13. De diebus intra Octavas quæ celebrantur in Adventu, cujuscunque sint gradûs, tantùm fit Commemoratio, (solâ Conceptionis beatæ Mariæ Octavâ exceptâ, ut in Proprio notatur,) et Preces integræ dicuntur flexis genibus ad omnes Horas; et si occurrat Semiduplex, non transfertur, sed fit de eo, cum Commemoratione Adventûs et Octavæ, omissis in Primâ et Completorio Precibus. Dies Octava est Duplex-minus, aut majus, secundùm gradum Festi, cujus celebratur Octava; sed Officium ejus, ut dictum est, nunquàm fit in Dominicâ, sed Commemoratio tantùm.

14. In Festis occurrentibus intra Octavas (quæ non sunt Domini) ad utrumque Completorium dicuntur Antiphonæ, Oratio, et Hymnus de Tempore, in cujus fine dicitur Doxologia de Octavâ, (si propriam habeat.) Item in Dominicis intra easdem Octavas, cùm Officium fit de Dominicâ, non de Octavâ; secùs tamen, si Festa occurrentia propriam habeant Doxologiam.

CAPUT XI.

De Officio beatæ Mariæ in Sabbato.

1. In omnibus Sabbatis per annum, præterquàm in Adventu, Quadragesimâ, Vigiliis cujuscunque Festi, tàm occurrentibus quàm anticipatis, intra Octavas quascunque, vel nisi fieri debeat de Feriâ propter Quatuor Tempora, vel propter Offic. Dominicæ Sabbato anticipandum, (ut in Rubricis de Dominicis dictum est,) vel nisi occurrat Festum Semiduplex aut suprà, fit Officium Simplex de beatâ Mariâ in Sabbato, ut circa finem Breviarii disponitur. De Festo autem Simplici in Sabbato occurrente fit tantùm Commemoratio, sine Lectione.

2. Quandò Feriâ sextâ occurrit Festum Semiduplex aut suprà (nisi sit de ipsâ beatâ Mariâ,) fit in Vesperis Commemoratio de eâ, et ad Completorium dicitur Hymnus de Psalterio, cum Doxologiâ de Beatâ; cetera ut in Psalterio. Aliàs Officium istud incipit Feriâ sextâ à Capitulo Vesperarum; et post Commemorationem de Simplici, si occurrat, fiunt Suffragia consueta de Sanctis. Completorium ut in Psalterio, cum Hymno *Virgineis titulis*. Si verò Officium Feriæ sextæ sit de ipsâ beatâ Mariâ, nulla alia fit de eà Commemoratio in Vesperis, et ad Completorium pariter nihil mutatur.

3. Nocturnum quod unicum est tùm Tempore Paschali, tùm extra, dicitur ut in Festis Simplicibus et Semiduplicibus, cum *Te Deum*, in utroque Tempore. Reliqua ut in Officio B. M. in Sabbato assignantur. Officium terminatur ad Nonam.

4. Quandò non fit Officium de beatâ Mariâ in Sabbato propter Festum superioris gradûs occurrentis, nulla fit in Officio Commemoratio de beatâ Mariâ in Sabbato. Circà Missam servetur Rubrica Missalis.

CAPUT XII.

De Concurrentiâ Officii.

1. Concurrere dicuntur Officia, quotiès II. Vesperæ Officii desinentis, cum I. Vesperis alterius Officii incipientis simul forent recitandæ. Sed, quia id fieri non potest, unum alteri cedat necesse est.

2. In concurrentiâ Officiorum hæc duo consideranda sunt: gradus et dignitas. Quodnam inter utrumque sit discrimen jàm dictum est suprà, Cap. IV. n. 2. 3. et 4.

3. Festa concurrentia quæ sunt inter se æqualis gradûs et dignitatis, dimidiant Vesperas; id est, Vesperæ dicuntur de præcedenti usquè ad Capitulum exclusivè, et de sequenti à Capitulo usquè ad finem, cum Commemoratione præcedentis.

4. Si verò sunt inæqualis gradûs, Vesperæ integræ dicuntur de Festo superiori; et Festi gradûs inferioris fit sola Commemoratio, dummodò pro solemnitate liceat.

5. Sed imprimìs notandum est quòd Festa Domini, B. Mariæ, Omnium Sanctorum, SS. Angelorum, S. Joannis-Baptistæ, S. Joseph, SS. Apostolorum et Evangelistarum, propter eorum dignitatem, nunquàm dimidiant Vesperas; et si quandò duo ex his Festis inter se concurrunt, Officium, æquali gradu, fit integrum de digniori, et Commemoratio tantùm de minùs digno.

6. Insuper, observandum est

quòd

ıtum in totâ Diœce-
um concurrat cum
liari alicujus Eccle-
lis gradûs et digni-
peræ sint de priori
memoratione alte-

ınica pariter nun-
ıidiat Vesperas. Si
uplex ex iis quæ in
celebrari licet, con-
n Dominicâ commu-
ræ sunt de Festo, et
mmemoratio Domi-
ominicis autem pri-
Vesperæ nulli Festo
isi sit Solemne-mi-
prà, exceptâ tamen
in Albis, quæ ad-
emnia duntaxat ma-

ominicâ quâcunque
te cum Festo etiam
tàm in I. quàm II.
fit semper Comme-

ncurrat Octava Festi
Christi cum Visita-
lariæ, Vesperæ erunt
e Octavâ, eò quòd
uasi solemni.

Annuali verò concur-
ı Epiphaniâ, Præsen-
Annuntiatione, As-
Domini, aut Festo
Christi, fit sola Com-
o, sive in primis, si-
ndis Vesperis.

Feriis privilegiatis,
non sunt earum pri-
rticipes, ideòque ad-
I. Vesperas, etiam
niduplicis, modò de
diè fiat Officium. Si
Officio locus non de-
: Vesperæ erunt Fe-
on quòd Feria habeat
ıs, sed quia nunquàm
um est Officium quod
ıon licet.

rs verna.

CAPUT XIII.

De Occurrentiâ et Translatione Officii.

1. Occurrere dicuntur Officia quæ in eamdem diem incidunt. Ex his unum aut alterum, vel transfertur, vel habet Commemorationem, vel omninò omittitur. Sequentia rem enucleabunt.

2. Si duo Festa eodem die occurrentia, sint diversi gradûs, Officium fit de Festo superioris gradûs, transfertur verò Festum gradûs inferioris. Quòd si sint ejusdem gradûs, Officium fit de digniori, et transfertur minùs dignum. Notandum tamen nullum transferri Festum, nisi sit Duplex-minus, et suprà.

3. Officium Dominicæ nunquàm transfertur: aliquandò tamen anticipatur una Dominica superabundans, ut dictum est suprà, Cap. I. n. 13.

4. Festum Simplex, quod nunquàm transfertur, occurrens in Annuali aut Solemni-majore, prætermittitur.

5. De Simplici occurrente in Solemni-minore fit Commemoratio ad Laudes: in aliis verò gradûs inferioris, ad primas Vesperas. Et si Festum Simplex habeat Lectionem propriam, hæc legitur pro ultimâ Officii Nocturni, nisi sit legenda Homilia in Evangelium Dominicæ vel Octavæ, vel Feriæ majoris eo die occurrentis.

6. Nunquàm pariter transfertur Festum Semiduplex, sed prætermittitur occurrens in Annuali, aut in Solemnibus-majoribus Domini, quæ gaudent privilegiis Annualium; Epiphaniâ videlicet, Præsentatione, Annuntiatione, et Ascensione, aut in Festo Corporis Christi. De Semiduplici autem occurrente in aliis So-

lemnibus-majoribus fit Commemoratio, sed in Laudibus tantùm.

7. Festi Semiduplicis occurrentis in Solemni-minore, Duplici quocunque, Dominicâ, et in die intra Octavam secundi ordinis, fit Commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus : et duæ ejus Lectiones, (si texantur de eâdem historiâ) in unam junctæ, substituuntur nonæ in Duplici-majore et suprà, aut tertiæ, intra Octavas, nisi legenda sit Homilia in Evangelium, ut dictum est suprà n. 5.; et in Duplici-minore dicuntur pro quartâ. Quandò autem occurrit in die intra Octavam tertii ordinis, fit de eo Officium et Commemoratio Octavæ, servato ritu qui servari solet in Festorum Semiduplicium concurrentiâ.

8. Festum Duplex - minus, quandò occurrit in Dñicâ quâcunque, vel in Festo superioris gradûs, transfertur in diem proximam non occupatam Festo Semiduplici et suprà, vel etiam, si necesse sit, in diem intra Octavam tertii ordinis.

9. Festum Duplex - minus, occurrens in die Octavâ Duplici-minore, ejusdem dignitatis, transfertur, et fit Officium de Octavâ.

10. Duplex-minus occurrens in Vigiliâ Annualis, anticipatur aut transfertur. De Duplici verò majore et suprà, fit Officium cum ultimâ Lectione et Commemoratione Vigiliæ.

11. Duplex-majus occurrens in Dominicâ privilegiatâ, aut in Festo superioris gradûs, transfertur in proximam diem non impeditam Festo Semiduplici et suprà; vel etiam in diem intra Octavam secundi aut tertii ordinis, si propter occurrentiam Festi cujus Octava decurrit, suo die fieri non potuit. Quòd si Festum Duplex commodè transferri non possit, anticipatur; si autem nec transferri nec anticipari commodè possit secundùm prædictam regulam, tunc pro hâc vice celebrari deberet proximâ die etiam Semiduplici occupatâ.

12. Officia diei Octavæ Epiphaniæ, Ascensionis, Corporis Christi, S. Laudi, et omnium Sanctorum, quæ diversa sunt à Festorum ipsorum Officio, anticipanda erunt ubicunque Festum Annuale vel Solemne-majus Patroni alicujus Ecclesiæ, ipsis diebus occurrens à Clero vel à populo ipsarum Ecclesiarum celebrari solet; non verò propter Festa privatæ devotionis, aut fundationis quarumdam sodalitatum, quæ in aliam diem transferenda sunt, nec debent publico et regulari Officio totius Diœceseos anteferri.

13. Si Festum Duplex-majus festivatum per universam Diœcesim, aut gradu vel dignitate superius, licet non festivatum, occurrat in die Octavâ Duplici-majore, fit Officium de eo, et in utrisque Vesperis et Laudibus Commemoratio Octavæ, cujus Homilia in Evangelium ponitur pro ultimâ Lectione Officii Nocturni, si diversum sit ab Evangelio Festi. Quòd si Festum Duplex-majus non feriatur à populo, transfertur, et fit Officium de Octavâ. De Duplici verò majore occurrente in die Octavâ Duplici-minore, fit Officium, et Commemoratio duntaxat Octavæ, utpotè gradûs inferioris.

14. Festa Annualia et Solemnia etiam minora, quæ suo die celebrari non possunt, transferuntur in proximiorem diem

em non impeditam Fes-
nni et suprà. Excipien-
en Annuntiatio et In-
o Domini, quæ transla-
lajori Hebdomadâ, ce-
r Feriâ secundâ post
icam in Albis; et quod-
atum, in eâ Feriâ oc-
, transfertur.
nnualia et Solemnia per
Diœcesim celebrata hoc
t privilegio, ut quod-
Festum peculiare ali-
cclesiæ in eis occurrens
ratur.
Feriâ IV. Cinerum in-
ad Dominicam Palma-
clusivè, de Simplicibus
iduplicibus fit tantùm
moratio, secundùm
am generalem, et eo-
ctiones propriæ legun-
Dominicis pro nonâ Of-
cturni, et in Feriis pro

Duplicia à populo non
quæ occurrunt in Qua-
mâ, transferuntur in
mpus, exceptis Officiis
e Plagarum et Compas-
Quòd si Officium quin-
garum alicubi incidat
m quod esset superioris
, (excepto Festo SS.
B.M.V., quod trans-
t notatur proprio lo-
t tantùm illius Officii
moratio ad utrasque
s et Laudes, cum Lec-
Iomiliæ in ejus Evan-
pro octavâ Lectione.
Officium Compassio-
urrat die 24 Martii,
tur ad Nonam: si die
25, transfertur in cras-
et terminatur ad No-
i demùm die 26, in se-
Vesperis Annuntiatio-
ninicæ, de eo non fit
moratio.
. Dominicâ Palmarum
inicam in Albis inclu-
sivè, et à Vigiliâ Pentecostes ad Dominicam SS. Trinitatis etiam inclusivè, de Simplicibus et Semiduplicibus nulla fit Commemoratio: Festa Duplicia, et suprà, occurrentia transferuntur; idque in proximum diem Solemni, vel suprà, non impeditum, si translatum sit Annuale aut Solemne; secùs verò, in primum diem Festo Semiduplici, et suprà, non impeditum.

19. Si contigerit transferri Festum Vigiliam habens, tunc de eo fit die proximè sequenti, etiamsi occurrat isto die Festum Semiduplex et suprà, nisi sit Solemne. Quandò autem dies proximè sequens festivatur à populo, aut est Solemne, Festum Vigiliam habens transfertur secundùm generalem Rubricam.

20. De concurrentiâ Festi SS. Cordis et SS. Apostolorum Petri et Pauli, Sacerdotii et S. J. Baptistæ, S. Michaelis et SS. Pontificum; de Festis Annuntiationis et S. Marci translatis, de Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum in Dominicâ occurrente, propriis in locis Rubricæ habentur.

21. Si plura Festa transferantur, priùs fit de superiori vel gradu vel dignitate; si sint inter se æquales, de iis fiet eo ordine quo occurrunt in Calendario.

22. Si Festum Simplex vel Semiduplex occurrat in die in quo fieri tantùm possit de eo Commemoratio, fit etiam tantùm Commemoratio de eo in Vesperis præcedentis diei, etiamsi dicantur de Feriâ. Si autem in die in quo nihil possit fieri de eo, nihil etiam fiet in Vesperis præcedentibus.

23. Cùm Festum habens Oc-

tavam transfertur, non transfertur ejus Octava, sed semper suo die terminatur; ità ut, verbi gratiâ, si aliquo anno Festum celebraretur eo die, qui, si non transferretur, esset ejus dies sexta, postridiè fieret de die septimâ, sequenti verò die de die Octavâ: si verò celebraretur post diem in quâ incidit Octava, eo anno nullam haberet Octavam. Translatis tamen Festis Patronorum, transferuntur et eorum Octavæ, nisi aliter notetur.

24. De diebus intra Octavas quæ celebrantur in Adventu, dictum est suprà, Cap. X. n. 13. *de Octavis*; Octavâ Conceptionis beatæ Mariæ solâ semper exceptâ, de quâ semper fit ut in aliis Octavis per annum occurrentibus, cum Commemoratione de Feriis Adventûs, et absque Precibus.

CAPUT XIV.

De Commemorationibus.

1. COMMEMORATIONES fiunt hoc modo: Post orationem diei, dictis *Dominus vobiscum*, vel *Domine, exaudi*, et *Benedicamus Domino*, in Vesperis, dicitur Antiphona quæ posita est ad *Magnificat*, et in Laudibus, quæ posita est ad *Benedictus*, in Officio de quo fit Commemoratio, sive in Proprio extet, sive de Communi sumatur; post Antiphonam dicitur Versiculus indè sumendus undè sumpta est Antiphona, scilicet post Hymnum Vesperarum, aut Laudum; deindè dicitur Oratio.

2. Si Sanctus de quo fit Commemoratio, sit ejusdem conditionis ac ille de quo fit Officium: putà, si in Festo Martyris proprium Officium non habentis, occurrat Commemoratio facienda de alio Martyre; tunc pridiè in Vesperis pro ejusmodi memoriâ sumitur Antiphona quæ in Communi habetur ad *Benedictus*, cum Versiculo Laudum, et Oratione, quæ ibidem notantur. Ad Laudes verò sumitur Antiphona quæ in Communi assignatur ad *Magnificat* secundarum Vesperarum, cum Versiculo et Oratione Officii, nisi Sanctus ille de quo fit Officium, aut ille de quo fit memoria, propriam habeant Orationem; tunc enim vel utraque, vel alterutra, de Proprio sumitur.

3. Si de Dominicâ, Vigiliâ, aut Feriâ, fiat Commemoratio; Antiphona, Versiculus, et Oratio, nisi aliter notetur, sumuntur è Proprio de Tempore. Si Versiculus defecerit, aut etiam Antiphona, sumuntur de Psalterio.

4. Quandò contingit plures fieri Commemorationes, semper Commemoratio Festi de quo fieret Officium, præcedit Commemorationem ejus de quo facienda tantùm esset memoria.

5. De Dominicâ quâcunque, vel de die Octavâ secundi ordinis, vel de Feriâ majore occurrentibus in Festo superioris gradûs, etiam Annuali, fit semper Commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus. Hæ Commemorationes dicuntur privilegiatæ.

6. Excipiuntur Dominicæ intra Octavas Natalis Domini et Epiphaniæ, quarum, cùm prior occurrit 31 Decembris, et posterior 12 Januarii, Officium terminatur ad Nonam. De Feriis etiam Quatuor Temporum et Rogationum non fit Commemoratio ad Vesperas.

7. Quotiescunquè fit in Laudibus memoria Dominicæ, seu diei Octavæ cujuscunque ha-

bentis Evangelium, diversum ab Evangelio Festi, vel Feriæ majoris, aut Vigiliæ; totiès pro nonâ Lectione Officii Nocturni in Duplici-majore et suprà, extra tempus Pasch., et pro quartâ in Duplici-minore, quocunque tempore, et in Duplici-majore, tempore Pasch., legitur Homilia in Evangelium Dominicæ, vel diei Octavæ, vel Feriæ, vel Vigiliæ. Si autem in Festo novem Lectionum fieri debeat Commemoratio diei Octavæ habentis Evangelium proprium, et etiam Dominicæ, vel Feriæ, vel Vigiliæ; tunc legitur utraque Homilia pro penultimâ et ultimâ Lectione Officii Noct., ità ut pro penultimâ Lectione legatur Homilia Officii gradûs superioris. Quòd si hujusmodi Commemoratio occurreret facienda in Festo trium Lectionum, scilicet Duplici-majore aut suprà, tempore Paschali, tunc omitteretur *Legenda*, et ij. iij. et iv. Lectio foret de Homiliâ.

8. In primis Vesperis Annualium, præter Commemorationes privilegiatas, (si quæ occurrant,) non fit alia, nisi de Duplici-majore concurrente, et suprà. Quid autem sit faciendum quandò concurrunt Festa Annualia Sanctorum cum Solemnibus-majoribus Domini, vide Cap. XII. *De Concurrentiâ Officii*; n.° 10.

9. In Laudibus Annualium fit Commemoratio de die Octavâ Duplici-minore, et de die intra Octavam secundi ordinis, si occurrant: in secundis verò Vesperis, de concurrente Festo duplici et suprà, vel de die intra Octavam secundi ordinis, aut etiam de Festo Semiduplici, si postridiè de eo fiat Officium, ut contingere potest in Adventu. Idem observandum est in secundis Vesperis Solemnium-majorum Domini, de quibus suprà n. 8.

10. In primis Vesperis Solemnium-majorum fit Commemoratio de Duplici-minore concurrente, et de die Octavâ Duplici pariter minore, seu concurrente, seu postridiè occurrente, ac de die intra Octavam secundi ordinis: in Laudibus autem, tàm de die Octavâ, quàm de diebus intra Octavas quascunque, aut alio Semiduplici, si occurrat. In secundis deniquè Vesperis fit Commemoratio Festi gradûs cujuslibet inferioris, non excepto Simplici, modò postridiè de eo fiat Officium: itemque dierum intra Octavas quascunque, aut Semiduplicis alterius, licèt horum die sequenti fiat tantùm memoria, propter Dominicam quæ occurrat, aut Festum duplex.

11. In primis Vesperis Solemnium-minorum fit Commemoratio Semiduplicis cujuscunque, et suprà: in Laudibus, etiam Simplicis, et similiter in secundis Vesperis, licèt de Simplici fiat postridiè tantùm memoria.

12. In Duplicibus-majoribus et infrà, ac in Dominicis, fit Commemoratio cujuscunque Officii gradûs inferioris vel minùs digni, quod eâ die nec celebrari, nec transferri, nec anticipari debet.

13. Quandò in Duplici-minore, quocunque tempore, aut in Duplici-majore, tempore Paschali, occurrit Commemoratio facienda de Sancto aut de Feriâ majore, tunc immediatè post ultimam Lectionem diei legitur, sub benedictione propriâ, quarta Lectio de Sancto vel de Homiliâ Feriæ, cujus

fieri debet Commemoratio ; deindè dicitur tertium Responsorium Officii diei. Idem observatur in Feriis Evangelium habentibus, quandò in eis facienda est aliqua Commemoratio.

14. Si diebus intra Octavas fieri debeat Commemoratio de Feriâ Majore, omittitur tertia Lectio diei, sive sit de Octavâ, sive de Sancto, et ejus loco ponitur Homilia in Evangelium Feriæ. Si verò Commemoratio Feriæ Majoris occurrat facienda in Semiduplici, tunc vel duæ Lectiones de Semiduplici texuntur de eâdem historiâ, vel non; si prius, duæ junguntur in unam quæ fit secunda, et tertia dicitur de Homiliâ Feriæ; si posterius, tertia de Semidupl. omittitur, eique substituitur Homil. Fer.

PARS SECUNDA.

De Horis Officii.

Officium est Nocturnum, vel Diurnum.

1. Officium Nocturnum, quod etiam Vigiliarum nomine nuncupatur, institutum est ut celebretur noctu ad exemplum Davidis, qui mediâ nocte surgebat ad confitendum nomini Domini : nunc quia in plerisque locis ex consensu Ecclesiæ manè persolvitur, dicitur vulgato nomine Matutinum.

2. Officium Diurnum (sic nuncupatum, quòd per diem celebrari soleat, ad exemplum ejusdem Davidis, qui septiès in die laudem dicebat Domino) in septem Horas dividitur, quæ sunt : *Laudes*, sic dictæ a Psalmis Laudum, qui hâc horâ Deo cantantur ; olim *Matutinæ*, quòd manè persolverentur, appellatæ : *Prima*, quæ, orto sole, ante Officium Capituli : *Tertia*, quæ inter ortum solis et meridiem : *Sexta*, quæ meridie ante prandium : *Nona*, quæ inter meridiem, et occasum solis : *Vesperæ*, quæ, occidente sole, sive advesperascente die, ante cœnam : *Completorium* deniquè, quod, completo die, ante cubitum Deo persolvitur ; sicque omne Officium consummatur.

3. De his octo Horis singillatìm agendum.

CAPUT I.

De Officio Nocturno.

1. Ad Officium Noctis hæc per ordinem regulariter dicuntur, nisi aliter quibusdam diebus notetur, *Pater... Ave... Credo*, secretò ; deindè *Domine, labia*, etc. *Deus, in adjutorium*, etc. eo modo qui notatur in Ordinario Breviarii. Dicto *Alleluia*, vel *Laus tibi, Domine*, etc. dicitur Invitatorium conveniens, cum Psalmo *Venite*, modo infrà præscripto in Capite I. tertiæ Partis. Posteà dicitur Hym.

2. Hymnum sequuntur Psalmi et Lectiones, sed diversâ ratione, pro diversitate Officii. Nam in Dominicis, in Duplicibus - majoribus et suprà, (extra Tempus Paschale) dicuntur novem Psalmi vel de Dominicâ, vel proprii, vel de Feriâ ; (scilicet in Solemnibus-minoribus Domini aut B. Mariæ, et suprà, dicuntur Psalmi proprii, vel, si desint, sumuntur de Dominicâ : in aliis Solemnibus-minoribus et infrà, Psalmi sunt semper de Feriâ ;) cum totidem Antiphonis, tribus Versiculis, novem Lectionibus ac Responsoriis, per tres Nocturnos distinctis hoc modo :

3. In I. Nocturno dicuntur tres Psalmi, cum tribus Antiphonis, scilicet post singulos Psalmos Antiphona una ; Antiphonam tertiam sequitur Ver-

post quem dicitur se-
'ater noster, usquè ad
s, etc. quod clarà vo-
ntiatur : (quod et in
is observatur in Cho-
ndò in ipsis dicitur O-
minica :) sequitur Ab-
deindè tres Lectiones :
et præcedit Benedic-
solutiones et Benedic-
abentur in Ordinario)
singulas conclusas, (vi-
, Part. III. Cap. VIII.
dicitur Responsorium,
modo pro Solemnitati-
t notatur infrà, Part.
. IX. n. 6. et seq.; Lec-
desumuntur ex sacrâ
râ, quæ per ordinem
io de Tempore occur-
nisi aliæ propriæ de
râ assignentur, quod
najoribus tantùm So-
tibus. Responsoria verò
r ut in Proprio de Tem-
Officium fiat de Tem-
verò de Sancto, ut in
vel in Communi Sanc-
etiamsi Lectiones fue-
Tempore.
II. Nocturno dicuntur
Psalmi, cum totidem
onis, Versiculus alius,
ster; Absolutio, et Be-
nes de Dominicâ in Of-
Tempore, et in Fes-
ini; de beatâ Virgine,
de eâ fit Officium; de
verò in omni Officio de
: Lectiones de aliquo
e aut Tractatu alicujus
aut de Vitâ illius Sanc-
o fit Officium; et post
et Lectionem, unum
sorium, eo ritu quo in
urno.
III. Nocturno alii tres
cum Antiphonis, Ver-
Pater noster, etc. ut
leguntur tres Lectiones
ilià in Evangelium de
e, vel de Festo, secundùm qualitatem Officii, ultimâ interdùm exceptâ, ut videbitur infrà; et primæ Lectioni de Homiliâ semper præponitur principium Evangelii de quò est Homilia. Post singulas Lectiones unum dicitur Responsorium, ut suprà, et post ultimum dicitur *Te Deum*, nisi aliter notetur : post *Te Deum*, vel, quandò non dicitur, post ultimum Responsorium, dicitur Versus Sacerdotalis, (si sit dicendus) quo dicto, inchoantur Laudes, ut infrà; vel terminatur Officium Noct., ut dicitur infrà, n. 10.

6. Excipiuntur ab hoc ordinario Officia tridui ante Pascha, et Defunctorum, in quibus in tertio Nocturno non legitur de Evangelio, nec de Homiliâ, sed de Apostolo.

7. In Festis Duplicibus-minoribus, Semiduplicibus et Simplicibus, post Invitatorium et Hymnum (extra Tempus Paschale) dicuntur novem Psalmi sub tribus Antiphonis, cum Versiculo ex Proprio, vel ex Nocturno de Communi, secundùm Feriam; tres videlicet Psalmi sub unâ Antiphonâ, posteà *Pater noster*, deindè Absolutio et tres Lectiones, sub tribus Benedictionibus : scilicet in Festis Duplicibus-minoribus Lectio j. erit de Scripturâ occurrente, tribus in unam junctis, ij. de Festo, et iij. de Homiliâ in Evangelium; quod et observatur in Duplicibus-majoribus Tempore Paschali. In Semiduplicibus Lectio j. pariter erit de Scripturâ occurrente, tribus in unam junctis; tùm ij. et iij. de Festo. In Simplicibus verò j. et ij. Lectio de Scripturâ occurrente; prima videlicet sola, secunda ex duabus aliis in unam junctis, iij. de Festo.

Post unamquamque Lectionem dicitur unum Responsorium ex Proprio, vel ex eodem Nocturno de Communi, secundùm Feriam. Posteà dicitur *Te Deum*; deindè Versus Sacerdotalis.

8. In Officio Feriæ (extra Tempus Paschale) Invitatorium et Hymnus, si non sint in Proprio de Tempore, de Psalterio sumentur, deindè novem Psalmi sub tribus Antiphonis, cum Versiculo, ut in Psalterio. Post Versiculum, *Pater noster*, Absolutio, et tres Lectiones, quæ erunt de Scripturâ occurrente, in Proprio de Tempore, nisi pro ultimâ Lectione legatur Evangelium cum suâ Homiliâ, vel Commemoratio facienda sit de Sancto per Lectionem de Vitâ illius; tunc enim tres Lectiones de Scripturâ in duas rediguntur. Post singulas Lectiones dicitur Responsorium, ut notatur in Proprio de tempore; si verò ultima Lectio sit de Homiliâ Dominicæ, quæ ex suprà dictis, Part. I. Cap. I. n. 13., aliquandò anticipanda est, eam sequitur vij. ℟. Officii Nocturni ejusdem Dominicæ, cui additur *Gloria Patri;* deindè Versus Sacerdotalis.

9. Quandò autem aliqua facienda est Commemoratio, vide suprà Part. I. Cap. XIV. n. 7. et 13.

10. Versum Sacerdotalem communiter sequuntur Laudes, ut infrà. Si verò non dicantur continuò, dicitur, cum integrâ conclusione, Oratio; et antè et pòst, dicitur *Dominus vobiscum*, vel *Domine, exaudi*, etc., deindè in fine, *Benedicamus Domino*. In Feriis majoribus (extra Tempus Paschale) ante Orationem et *Dominus vobiscum*, dicuntur flexis genibus Preces positæ ad Tertiam.

11. Tempore Paschali, id est, à Dominicâ Resurrectionis ad Sabbatum post Pentecosten inclusivè, tàm in Officio de Tempore, quàm de Sanctis, unicum Nocturnum dicitur, constans tribus Psalmis, totidem Lectionibus, et Responsoriis. Psalmi variantur, ut notatur in Proprio de Tempore; et in Solemnibus-minoribus, et infrà, dicuntur ut in Officio de Feriâ, sub unâ Antiphonâ. In Annualibus autem et Solemnibus-majoribus, Psalmi dicuntur sub tribus Antiphonis, ipso die Festo; non verò diebus intra Octavam, in quibus ex tribus Antiphonis diei unaquæque dicitur singulis diebus, secundùm Feriam.

CAPUT II.

De Laudibus.

1. AD Laudes (dictis *Pater* et *Ave*, si separentur ab Officio præcedenti; si verò non separentur, post Versum Sacerdotalem) dicitur absolutè *Deus, in adjutorium*, deindè Psalmi et Canticum cum Antiphonis Officio convenientibus, ut habetur in Psalterio pro unoquoque hebdomadæ die, vel ut notatur in Proprio de Tempore aut de Sanctis.

2. In Solemnibus-minoribus Domini vel B. Mariæ, et suprà, Psalmi semper dicuntur de Dominicâ cum Cantico proprio: in ceteris Solemnibus-minoribus et infrà, Psalmi sunt semper de Feriâ, cum Cantico vel proprio, vel de Communi, vel de Psalterio, pro qualitate Festorum.

3. In Semiduplicibus, et suprà, dicuntur quinque Antiphonæ; quæ, si non adsint propriæ, sumuntur de Communi.

tis Simplicibus, Psaltur sub quartâ Anti-
Laudibus illius Com-
e quo fit Officium :
avas, sub quartâ An-
Laudibus Festi, nisi
ıssignetur.
: Psalmos (nisi aliter
dicitur Capitulum,
, Versiculus, Canti-
dictus, cum Antipho-
ratione; omnia pro
Officii.
ces, quandò dicendæ
cuntur post Antipho-
Benedictus; ante Ora-
icitur *Dominus vobis-*
l *Domine, exaudi*, et
Post Orationem repe-
minus vobiscum, dein-
ır *Benedicamus*, et se-
rsiculus *Fidelium ani-*
Pater noster.
ommemorationes sunt
, fiunt post *Benedica-*
post ultimam Oratio-
tur iterùm *Benedica-*
ra ut suprà. vide Part.
XIV.
npore Paschali in Of-
Feriâ, ut in Simplici-
ılmi dicuntur sub unâ
nâ; in Semid. verò et
ıihil mutatur : cetera
Tempore.

CAPUT III.

s minoribus, Primâ,
ertiâ, Sextâ et Nonâ.
rimam, dictis *Pater* et
etò, (si separetur ab
ıræcedenti,) dicitur
adjutorium, et Hym-
lucis. Post Hymnum
ır Antiphona conve-
uod fit etiam ad cete-
s, in Choro tantùm,
nationem Psalmorum,
ır infrà, Part. III. Cap.
In Dominicali ac Fe-
cio, ad Horas mino-
untur Antiphonæ quæ
in Psalterio, vel in
Proprio de Tempore, pro unâquâque Horâ. In Festis verò Antiphonæ depromuntur ex Laudibus per ordinem; scilicet ad Primam, sumitur prima Antiphona; ad Tertiam, secunda; ad Sextam, tertia; ad Nonam, quinta : quarta autem prætermittitur. Psalmi tres de Dominicâ vel de Feriâ dicuntur, proùt de alterutrâ dicti sunt ad Laudes. In Officio Dominicali additur ad Primam post Psalmos Symbolum *Quicunque*, si dicendum sit. Vide Part. III. Cap. XIV. n. 2.

2. Post Psalmos, dictâ ad longum Antiphonâ, sequitur Capitulum de Dominicâ vel de Feriâ, proùt Psalmi usurpati sunt de alterutrâ; excepto toto Tempore Paschali, in quo legitur quotidiè Capitulum de Dominicâ : deindè ℟. br. *Christe Fili*, cujus Versus variatur pro diversitate Temporis ac Festorum. Post ℟. br. ℣. *Exurge*, quem sequitur *Dominus vobiscum*, vel *Domine, exaudi*; posteà Oratio *Domine Deus*, ac rursùs *Dominus vobiscum*; ultimò *Benedicamus.*

3. In Feriis verò, Preces, quandò dicendæ sunt, (vide Part. III. Cap. XVII. n. 2.) inseruntur post ℣. *Exurge*; cetera fiunt ut notatur in Ordinario Breviarii. Quandò autem Preces dictæ sunt ad Laudes, (vide Part. I. Cap. II. n. 10.) in Precibus ad Primam adjiciuntur Versiculi *Eripe me*, et qui sequuntur ante Confessionem, et post Versus qui sequuntur Confessionem, *Domine, exaudi*, deindè *Dominus vobiscum*, Oratio, ac rursùs *Dominus vobiscum*; ultimò *Benedicamus.*

4. Primæ adjungitur Officium Capituli, quòd quatuor constat partibus : 1. Lectione

Martyrologii, quæ Lectio extra Chorum fit ad libitum; deindè dicitur ℣. *Pretiosa*, et Oratio *Sancta Maria*; 2. Lectione Necrologii, (ubi legitur) cum Psalmo *De profundis* et Oratione *Absolve*, in Choro tantùm; 3. Precibus ad opera diurna, scilicet *Deus, in adjutorium* ter, etc. 4. Lectione Canonis, qui quâlibet die diversus est: demùm dicitur ℣. *Adjutorium* et Benedictio, ut in Ordinario Breviarii. Ad has autem Preces tenentur qui extra Chorum recitant.

5. Ad Tertiam, Sextam et Nonam (dictis secretò *Pater* et *Ave*, si separentur ab Officio præcedenti) dicitur *Deus, in adjutorium*, et Hymnus, deindè Psalmi Dominicales vel Feriales, proùt dicti sunt ad Primam; posteà Antiphona, Capitulum et Responsorium breve, pro qualitate Officii. Post Responsorium breve et Versiculum (nisi dicendæ sint Preces, vide Part. I. Cap. II. n.° 10.) dicitur *Dominus vobiscum*, vel *Domine, exaudi*, et Oratio quæ habetur in Proprio de Tempore; aut, si fiat de Sancto, in Proprio vel in Communi Sanctorum. Finitâ Oratione, repetitur *Dominus vobiscum*, deindè *Benedicamus*, et secretò, *Fidelium animæ*, demùm *Pater noster*.

6. Excipiuntur ab hoc Ordinario Prima et ceteræ minores Horæ Feriæ quintæ in Cœnâ Domini, tùm novem sequentium dierum, et Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, in quibus dicuntur ut notatur propriis locis.

CAPUT IV.

De Vesperis.

1. Ad Vesperas, dictis secretò *Pater* et *Ave*, (si separentur ab Officio præcedenti) dicitur *Deus, in adjutorium*, deindè quinque Psalmi, vel cum unâ, vel cum quinque Antiphonis.

2. In I. Vesperis Festorum quorumcunque, dicuntur Psalmi de Feriâ. Excipiuntur tamen I. Vesperæ Pentecostes, quibus assignantur Psalmi proprii; necnon I. Vesperæ quæ in concursu prævalere aliquandò possunt II. Vesperis alterius Officii, in quo ad Laudes et ad Horas dicti fuerunt Psalmi Dominicales; tunc enim in iis I. Vesperis pariter dicendi sunt Psalmi de Dominicâ.

3. Ad II. Vesperas, Psalmi Dominicales vel proprii usurpantur, quotiès in Laudibus Psalmi dicti fuerunt de Dominicâ: alioquin sumuntur de Feriâ. Excipiendæ sunt Vesperæ dierum intra Octavas Paschæ, Pentecostes, et Natalis Domini, ac tridui ante Pascha, quæ dicuntur ut habetur propriis locis.

4. Post singulos Psalmos singulæ dicuntur Antiphonæ, in Dominicis, in utrisque Vesperis Festorum Duplicium et suprà, in II. Vesperis Semiduplicium, et in diebus intra Octavas primi Ordinis.

5. Sub unâ duntaxat Antiphonâ ordinantur Vesperæ dierum intra Octavas secundi et tertii Ordinis.

6. Dicto ultimo Psalmo cum Antiphonâ, legitur Capitulum, (quod sequitur, in I. Vesperis aliquot Dominicarum, omniumque Festorum Duplicium et suprà, Responsorium:) deindè Hymnus, Canticum *Magnificat*, cum suâ Antiphonâ, posteà Oratio, cum *Dominus vobiscum*, vel *Domine, exaudi*, antè et pòst, et in fine *Benedicamus*.

7. Hymnus non dicitur à Fe-

à Majoris Hebdomadæ
n sextam in Albis in-
ieç in Officio Defunc-

ces, quandò dicendæ
ide Part. I. Cap. II. n.
erponuntur post An-
a ad *Magnificat*.
ndò autem aliquæ fa-
iunt Commemoratio-
e propriæ, sive com-
uæ Suffragia nuncu-
fiunt post *Benedica-*
prorsùs modo, qui su-
rt. I. Cap. XIV., et
. Cap. XVIII.

CAPUT V.

De Completorio.

Completorium absolu-
ır *Converte nos*, sig-
ollice pectus, tùm *De-*
'jutorium, faciendo sig-
ucis. Psalmi tres dis-
per Ferias omni die,
Solemnibus - majori-
aprà, in quibus dicun-
o die Festo, non autem
iâ, nec per Octavam)
de Dominicâ, qui et
r in Vigiliâ Pentecos-
nque intra Octavas in-
Natalis Domini, Pas-
Pentecostes. Antipho-
gò communis, de Psal-
propriæ verò in Festis
ibus-majoribus et su-
iam quandò Psalmi de
n Vigiliis, et per Oc-
licuntur (vide Part. I.
. n. 14., et Part. III.
n. 2.); Hymnus, Capi-
Responsorium *In ma-*
rsiculus, *Nunc dimittis*,
à Antiphonâ, ut habe-
Ordinario Breviarii vel
prio, tùm Oratio cum
is vobiscum, vel *Domi-*
udi, antè et pòst; et in
enedicamus, nisi aliter
.
ecum Versiculi (qui
què omittuntur, ut no-
tatur infrà, Parte III. Cap. XVII.) ceteris diebus dicuntur, ut habentur in Psalterio, tùm Oratio *Visita*, nisi alia assignetur, cum *Dominus vobiscum*, vel *Domine, exaudi*, antè et pòst; et in fine, *Benedicamus*.

3. Finito Completorio, dicitur secretò, *Gratia Domini*, etc. tùm una ex Antiphonis beatæ Mariæ ad devotionem. Post completum Officium dicitur secretò, *Pater..... Ave.... Credo...*

4. Excipitur ab hoc ordinario Completorium Feriæ IV. Majoris Hebdomadæ, et sequentium dierum, usquè ad Sabbatum in Albis exclusivè, in quibus dicitur proùt notatur propriis locis.

PARS TERTIA.

De Horarum Partibus.

SINGULÆ Horæ (nisi aliter notetur) inchoantur per *Deus, in adjutorium*, præmisso ad Officium Nocturnum, *Domine, labia*; et ad Completorium, *Converte nos*.

CAPUT I.

De Invitatorio.

1. INVITATORIUM dicitur regulariter in omni Officio Nocturno, cum Psalmo *Venite*, sed variatur pro Officii qualitate, ut in Psalterio, Proprio de Tempore, ac in Proprio et Communi Sanctorum. Variatur quoque pro modo et ordine quo dicitur, tàm ante, quàm post Psalmum, et post singulos versus Psalmi.

2. In Duplicibus et suprà, Invitatorium bis dicitur ante Psalmum *Venite*; et post quemque Psalmi versum, integrum repetitur: post *Gloria Patri*, cum *Sicut erat*, repetitur à reclamatione, quæ designatur per asteriscum *, et posteà denuò integrum dicitur.

3. In Dominicis quæ non sunt Duplices, in Semiduplicibus et infrà, Invitatorium semel dicitur integrum ante Psalmum *Venite*, et semel post primum versum, semelque post *Gloria Patri*: post alios versus, à reclamatione tantùm resumitur.

4. Tempore Paschali, in fine Invitatorii additur unicum *Alleluia*.

5. Non dicitur Invitatorium in Epiphaniâ Domini, nec triduo ante Pascha, nec in Officio Defunctorum, excepto Officio Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum.

CAPUT II.

De Hymnis.

1. HYMNUS dicitur in quâlibet Horâ, præterquàm in Natali Domini ad Laudes; ad Officium Nocturnum Epiphaniæ; et in omnibus Horis Officii à Vesperis Feriæ IV. Majoris Hebdomadæ usquè ad Nonam Sabbati in Albis inclusivè; et præterquàm in Officio Defunctorum.

2. Ad Officium Noctis, Hymnus dicitur post Psalmum *Venite*; ad Laudes post Capitulum; et ad Horas minores, post *Deus, in adjutorium*; ad Vesperas post Responsorium, si dicatur, alioquin post Capitulum; ad Completorium, post Antiphonam Psalmorum.

3. Dicuntur autem Hymni ad Nocturnum, Laudes et Vesperas, in Officio de Tempore ut in Psalterio, quandò proprii Hymni in Proprio de Tempore non adsunt: in Officio de Sanctis, dicuntur ut in Communi, nisi proprii in Proprio Sanctorum habeantur.

4. Doxologia, quæ reperitur in decursu Breviarii, mutatur in propriam, quotiès Officium habet propriam; et intra Octavas Doxologia propria de Octavâ dicitur etiam in omni Officio concurrente vel occurrente, nisi propriam habeat Doxologiam. Excipitur tamen Oct. Natalis Dñi, in quâ Doxologia *Qui natus es* non mutatur.

CAPUT III.

De Psalmis.

1. PSALMI eo modo et ordine quo sunt in Psalterio distributi, dicuntur singulis diebus ad omnes Horas, tàm Diurnas, quàm Nocturnas, non solùm in Officio de Tempore, sed etiam in Officio de Sanctis, iis exceptis pro quibus suo loco assignantur proprii.

2. In fine Psalmorum, et ad quamlibet Psalmorum divisionem semper dicitur, *Gloria Patri*, etc. et *Sicut erat*, etc. præterquàm in triduo ante Pascha; tunc enim in fine Psalmorum nihil dicitur; et in Officio Defunctorum, post Psalmos et Cantica, loco *Gloria Patri*, dicitur *Requiem*.

3. In Festis Solemnibus, et ubi indicantur Psalmi cum suis divisionibus, non dicitur *Gloria Patri*, nisi in fine divisionum.

CAPUT IV.

De Canticis.

1. CANTICA Evangelica dicuntur in omni Officio, tàm de Tempore, quàm de Sanctis, ad Laudes, Vesperas et Completorium, ut in Ordinario Breviarii habentur.

2. Canticum, quod post tres Psalmos priores dicitur in Laudibus, variatur secundùm diversitatem Officii. In Adventu, ab Epiphaniâ ad Præsentationem Domini, nisi priùs occurrat Septuag., in Quadragesimâ, et Tempore Paschali, omnibus Dominicis assignatum est Canticum proprium. In ce-

teris autem per annum Dominicis dicitur Canticum *Benedicite*, ut in Psalterio.

3. In omni Officio Feriali, excepto Tempore Passionis et Tempore Paschali, dicitur Canticum Feriale, ut in Psalterio.

4. Festa Duplicia, et suprà, habent suum Canticum, sive in Proprio, sive in Communi assignatum. Intra Octavas quascunque, dicitur Canticum de die, quotiès fit de Octavâ, et non aliter.

5. Suum etiam habent Canticum Officium Defunctorum, et Officium parvum beatæ Mariæ Virginis, ac Officium tridui ante Pascha.

6. In Festis Semiduplicibus et infrà, in Vigiliis Annualium, quibus proprium non assignatur, et in omnibus Feriis Paschalibus, dicitur Canticum è Psalterio pro Festis, secundùm Feriam.

7. In fine omnium Canticorum dicitur *Gloria Patri* et *Sicut erat*. Excipitur Canticum *Benedicite*, in cujus fine, loco *Gloria Patri* et *Sicut erat*, dicitur *Benedicamus Patrem*, et *Benedictus es*, ut ibidem ponitur. In Officio autem tridui ante Pascha, post Cantica, ut post Psalmos, nihil dicitur; et in Officio Defunctorum, omisso *Gloria Patri*, dicitur *Requiem æternam*.

CAPUT V.

De Antiphonis.

1. AD omnes Horas, Nocturnas et Diurnas, semper cum Psalmis dicuntur Antiphonæ, vel una, vel plures, pro diversitate Officii et Horarum.

2. Antiphonæ positæ ad Completorium in Psalterio non mutantur, nisi in Festis B. M. V. et in omnibus Festis Annualibus, aut Solemnibus-majoribus, ac per eorum Octavas, quandò fit Officium de Octavâ. Intra Octavas tamen Festorum Domini, etiamsi Officium non fiat de Octavâ, dicuntur Antiphonæ de Octavâ, nisi occurrat aliud Festum habens Antiphonas proprias.

3. In Officio Nocturno trium Lectionum, cujus Antiphonæ cum Versiculo ex Officio novem Lectionum desumenda sunt, hoc sumuntur Ordine: Feriâ secundâ et quintâ, è I. Nocturno; Feriâ tertiâ et sextâ, è II. Nocturno; Feriâ quartâ et Sabbato, è III. Nocturno. In Feriis autem Adventûs, etc. quandò et quo ordine è Dominicâ depromendæ sunt, notatur suis locis.

4. In Festis Semiduplicibus, et suprà, Antiphonæ quinque dicuntur ad Laudes et Vesperas, sive ex Proprio, sive ex Communi Sanctorum. In Simplicibus, et in diebus intra Octavas, secundi aut tertii ordinis, et ad Laudes dierum intra Octavam Natalis Domini, Psalmi dicuntur sub unicâ Antiphonâ propriâ, vel de Communi, quæ ad Laudes est quarta Laudum. In Semiduplicibus et suprà, ad Horas similiter, tàm in Proprio de Tempore, quàm de Sanctis, quandò propriæ habentur in Laudibus Antiphonæ, et aliæ propriæ non fuerint ad Horas, sumuntur ex Laudibus hoc ordine: Ad Primam, prima; ad Tertiam, secunda; ad Sextam, tertia; et ad Nonam, quinta.

5. Tempore Paschali, tàm in Officio de Tempore, quàm de Sanctis, Psalmi dicuntur ad Nocturnum sub unâ Antiphonâ, ut in suis locis ponitur, exceptis tamen Festis Annualibus et Solemnibus-majoribus, ipso die Festo. Ad alias

Horas, in Festis Semiduplicibus et suprà, nihil mutatur in numero Antiphonarum, sed in fine omnium additur *Alleluia*, quod à Septuagesimâ usquè ad Pascha demitur, et omittitur ubicunquè reperitur.

6. Antiphonæ in quocunque Officio eodem semper modo dicuntur, videlicet in Choro inchoantur tantùm ante Psalmos et Cantica; et post Psalmos et Cantica, sive in Choro, sive extra Chorum, integræ dicuntur.

7. Excipiuntur ab hâc regulâ Antiphonæ majores in Adventu, quæ *O* vocantur. Hæ enim ter repetuntur integræ; primò scilicet, ante *Magnificat;* secundò, ante *Gloria Patri;* tertiò, post *Sicut erat.* Vel si pro solâ Commemoratione dicantur, ter etiam hoc modo : Primò, ante *Gloria Patri;* secundò, inter *Gloria Patri* et *Sicut erat;* tertiò, post *Sicut erat.*

8. In Officio quod absque cantu recitatur, Psalmi et Cantica inchoantur absque Antiphonarum impositione.

9. Sabbato ante Septuagesimam, additur *Alleluia* in fine illius Antiphonæ quæ immediatè præcedit vel Capitulum, vel Commemorationem Septuagesimæ, in Vesperis illius Sabbati; et pòst deinceps, usquè ad Pascha, dimittitur.

CAPUT VI.

De Versiculis.

1. VERSICULUS semper dicitur post Antiphonam quæ sequitur ultimum Psalmum cujusque Nocturni : ad Laudes et Vesperas, dicitur post Hymnum, vel post Antiphonam ejus de quo fit commemoratio : ad Primam, et ad reliquas Horas, post Responsorium breve.

2. Quandò Versiculus cantatur cum Neumate in fine, ut observatur semper in medio Nocturnorum, ad illum non respondetur altâ voce, sed tantùm secretò, dùm protrahitur Neuma.

3. A Vesperis Feriæ IV. Majoris Hebdomadæ inclusivè, ad Nonam Sabbati in Albis inclusivè, non dicuntur Versiculi, nisi in Nocturnis.

4. Nullis versiculis, Tempore Paschali, additur *Alleluia.*

CAPUT VII.

De Absolutionibus et Benedictionibus ante Lectiones.

1. ABSOLUTIONES et Benedictiones dicuntur, ut in Ordinario Breviarii disponuntur; scilicet, post Versiculum, dicto *Pater noster*, fit Absolutio, et dantur Benedictiones, ut ibi; præterquàm triduo ante Pascha, et in Officio Defunctorum.

2. Variantur hæ Benedictiones pro diversitate Officiorum, id est, sive novem, sive trium Lectionum, sive de Tempore, sive de B. Mariâ, sive de Sanctis, et pro varietate Temp., ut ibidem notatur.

3. In Festis quæ sunt simul de Domino et de B. Mariâ, ut Annuntiatio, Præsentatio Domini, et Visitatio, dicuntur Benedictiones de Dominicis. In Officio Semiduplici aut Simplici de Sanctis, Absolutio sumitur secundùm Feriam; Benedictiones verò, ut notantur pro secundo Nocturno in Officio novem Lectionum de Sanctis.

In Officio autem trium Lectionum, cujus tertia est de Evangelio, tertia Benedictio semper est *Fulgeat.* Si addatur quarta, et sit de Evang., *Permaneamus*; si verò de Sancto, *Digni.*

4. Lector petens Benedictionem in Choro, dicit *Jube, Domne;* (apud Moniales *Lectrix* dicit *Domna* :) qui verò solus recitat, dicit *Domine*; et dicit Benedictionem.

5. Quandò Dominus Episcopus Lectionem lecturus est, postquàm ipse præmisit ex more *Jube, Domne*, dignior post ipsum, dicit illi : *Ora pro nobis, Pater*. Ipse autem Episcopus dicit pro Benedictione, *Oro ut caritas*, etc. et dicit Lectionem. Idem observatur ubi unicus est Presbyter; et cùm privatìm Officium recitat Sacerdos cum aliis Clericis, inter quos non est alius ab ipso Sacerdos.

6. Ad Absolutiones et Benedictiones semper respondetur, *Amen*.

CAPUT VIII.

De Lectionibus.

1. LECTIONES leguntur in quolibet Nocturno post Psalmos, præmisso semper *Pater noster*, etc.

2. In Dominicis, in Duplicibus-majoribus, et suprà (extra Tempus Paschale) leguntur novem Lectiones, tres scilicet in quolibet Nocturno; in Festis autem Duplicibus-minoribus, Semiduplicibus, ac Simplicibus, in Feriis, ac intra Octavas, et toto Tempore Paschali, in quo Nocturnum unum dicitur, tres tantùm Lectiones leguntur.

3. In Officio novem Lectionum, in primo Nocturno leguntur tres Lectiones ex sacrâ Scripturâ, quæ per ordinem et suâ quâque die in Officio de Tempore occurrunt legendæ, nisi aliæ suis locis assignentur. In secundo Nocturno leguntur, ut designantur in Proprio. In tertio Nocturno leguntur de Homiliâ in Evangelium, ut in Proprio assignantur, et primæ Lectioni de Homiliâ præponitur principium Evangelii quod eo die legitur in Missâ. Excipiuntur ab hoc Lectionum ordinario Officium tridui ante Pascha et Officium Defunctorum, in quibus Homiliæ non leguntur.

4. Si loco ultimæ Lectionis Officii poni debeat Lectio de aliquo Sancto, vel de Evangelio Dominicæ aut Feriæ majoris, cùm occurrunt, observetur quod dictum est suprà in primâ Parte. Cap. XIV. n. 7 et 13.

5. In Officio trium Lectionum, ordinabuntur Lectiones ut sequitur. Si Festum duas habeat Lectiones proprias, prima Lectio erit de Scripturâ occurrente, tribus in unam coactis: secunda et tertia, de Festo. Si unam tantùm habuerit Lectionem propriam, prima et secunda erunt de Scripturâ, tribus in duas redactis, tertia de Festo. Quod etiam servatur in Officio de beatâ Mariâ in Sabbato; in quo, si commemoratio alicujus Sancti occurrat, omittitur ejus Lectio. In Feriali verò Officio, tres Lectiones erunt de Scripturâ, nisi legenda sit Homilia pro tertiâ Lectione, aut alia pro Sancto qui solam habet commemorationem; tunc enim tres Lectiones de Scripturâ contrahentur in duas.

6. Quandò duæ tantùm leguntur Lectiones de Scripturâ, quæ prima assignatur, eo die legitur sola; secunda verò et tertia junguntur in unam.

7. In Duplicibus-minoribus, quocunque tempore, et in Duplicibus-majoribus et suprà, Tempore Paschali, prima Lectio erit de Scripturâ; secun-

da de Historiâ Sancti, vel de aliquo Sermone in ejus laudem; tertia, de Evangelio illius Officii, cum ejus Homiliâ. Quòd si in his Festis occurrat Commemoratio, vide Part. I. Cap. XIV. n. 13. et 7. In aliis verò Festis Lectiones ordinabuntur sicut alio tempore ordinantur, quandò tres tantùm leguntur Lectiones.

8. Si, in Festo non habente Evangelium cum Homiliâ ad Officium Nocturnum, facienda sit commemoratio de Officio occurrente, quod habeat Evangelium cum Homiliâ, prima Lectio erit de Scripturâ, tribus in unam junctis; secunda, de Festo, duabus pariter in unam coactis, modò sint de eodem Tractatu, aut historiâ; tertia, de Evangelio et Homiliâ Officii occurrentis, de quo facienda est commemoratio. De Simplici et Semiduplici, in Dominicam, aut in Festum Duplex et suprà, Tempore Paschali, incidentibus, dicitur quarta Lectio sub benedictione propriâ, ut notatur Part. I. Cap. XIV. n. 13, si de eisdem fiat commemoratio. De Simplici occurr. in Feriam VI. post Oct. Ascens. fit tantùm commem. sine Lectione.

9. Nulla prorsùs esse debet dies in anno, in quâ ad Officium Nocturnum non legatur de Scripturâ sacrâ, sive propriâ, sive occurrente. Si sit Officium novem Lectionum, tres Lectiones primi Nocturni erunt de Scripturâ; si sit Officium trium Lectionum, prima et secunda Lectio, aut saltem prima, erunt de Scripturâ, juxta regulam suprà positam.

10. Initia Librorum sacræ Scripturæ nunquàm omittuntur; sed si, in die in quâ ponitur initium Libri, contingat fieri Officium habens Scripturam propriam, ut sunt Officia Annualia, et Solemnia-majora, tunc initium Libri ponitur die sequenti. Quòd si contingat etiam in hâc die sequenti, poni initium alterius Libri, ut accidere interdùm potest quandò leguntur Prophetæ minores; tunc, si sit Officium novem Lectionum, prima Lectio erit de initio Libri die præcedente positi; secunda et tertia Lectio, de initio Libri hoc ipso die occurrentis, nisi sit Dominica, in cujus Officio Lectiones assignatæ in Breviario nunquàm mutantur. Itaque si ultimis duobus post Pentecosten Sabbatis, celebretur Festum aliquod Annuale aut Solemne-majus, propriam habens Scripturam, initia Michææ et Malachiæ quæ duobus illis Sabbatis assignantur, legentur die præcedenti, saltem pro tertiâ Lectione, si fortè duæ priores sint de alio initio; vel pro secundâ, si tertia sit de aliquo Festo occurrente. Si verò sit Officium Duplex-minus, omittitur secunda Lectio de Sancto; si autem sit Semiduplex in quo duæ sint Lectiones de Sancto, tunc hâc vice duæ Lectiones de Sancto coguntur in unam pro tertiâ Lectione, ut in primâ et secundâ Lectione poni possint duo initia librorum Scripturæ, scilicet diei præcedentis, et diei præsentis. Cùm autem omittuntur Lectiones de Scripturâ occurrente propter Festum habens Scripturam propriam, vel propter initium Libri quod in hanc diem translatum fuerit, non resumuntur illæ Lectiones omissæ; sed eo anno omittuntur, et tantùm

tantùm resumuntur initia Librorum omissorum.

11. Omnia Festa Annualia, et Solemnia-majora habent proprias de Scripturâ selectas Lectiones; in Solemnibus verò minoribus, paucis exceptis, et in omnibus aliis Officiis legitur de Scripturâ occurrente.

12. Lectiones primi Nocturni leguntur cum titulo Libri de quo sumuntur (nisi aliter in propriis locis notetur.) Lectiones etiam secundi Nocturni, quandò sunt ex aliquo Sermone, Tractatu, Epistolâ, aut alio quovis libro sanctorum Patrum, leguntur cum titulo et nomine auctoris, aliàs minimè; et similiter in tertio Nocturno præponitur titulus, et nomen auctoris cujus est Homilia quæ legitur.

13. Ante quamlibet Lectionem, nisi aliter notetur, Lector petit Benedictionem per verba solemnia *Jube, Domne*, de quibus dictum est Cap. præced.; et ità concludit quamlibet, dicens : *Tu autem, Domine, miserere nostri*, et respondetur, *Deo gratias*. Excipiuntur omnes Lectiones de Jeremiâ et de Baruch, à Dominicâ Passionis usquè ad Sabbatum Sanctum inclusivè, quæ hâc clausulâ terminantur : *Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum*, et nihil respondetur. In Adventu, ad Lectiones de Isaiâ, etiam in Officio de Sanctis, loco *Tu autem*, dicitur, *Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis*, et sic terminantur, nihil respondendo : aliæ verò Lectiones de Prophetis more solito terminantur. In II. et III. Nocturno tridui ante Pascha, et in cunctis Lectionibus Officii Defunctorum, non dicitur *Tu autem, nec* quidquam aliud.

CAPUT IX.

De Responsoriis post Lectiones.

1. Post quamlibet Officii Nocturni Lectionem, ac etiam post Capitulum primarum Vesperarum Duplicium et suprà, (exceptis Sabbatis, quandò Vesperæ dicuntur de Officio Dominicæ, nisi aliter notetur) dicitur Responsorium.

2. Sumuntur autem Responsoria in Officio Nocturno de Tempore ex eo loco ubi primò sunt posita, scilicet die quo inchoatur unus ex sacræ Scripturæ libris; et tandiù repetuntur, quandiù de illo Libro legitur.

3. In Officio autem de Sanctis, sumuntur ex Proprio aut ex Communi Sanctorum.

4. In Officio trium Lectionum, cujus Responsoria ex Officio novem Lectionum sumenda sunt, sumuntur hoc ordine : Feriâ secundâ et quintâ, è I. Nocturno; Feriâ tertiâ et sextâ, è II. Nocturno; Feriâ quartâ et Sabbato, è III. Nocturno.

5. In Feriali Officio Responsoria sumuntur ex Dominicâ præcedenti, nisi aliter notetur, aut propria Responsoria alicui Feriæ assignentur. Sumuntur autem alternatim ex primo et secundo Nocturno, hoc ordine : Feriâ secundâ, quartâ et sextâ, è I. Nocturno; Feriâ tertiâ, quintâ, et Sabbato (si fiat de Feriâ) e II. Nocturno. Sed quotiès anticipatur Lectio aliqua vel de Scripturâ, vel de Homiliâ in Evangelium, ut dictum est suprà, Part. II. Cap. I. n.° 8, et hujus Partis Cap. præcedenti, n.° 10, anticipanda sunt etiam Responsoria quæ has Lectiones sequuntur. Cùm autem

Responsoria propria cuidam Feriæ assignantur, et eâ die dici non possunt, propter Festum occurrens de quo eâ die fiat Officium, hæc Responsoria omittuntur eo anno. Responsoria verò quæ in aliquâ Dominicâ ponuntur, tandiù resumuntur in Officio, seu Feriarum, seu etiam Dominicarum sequentium, quandiù alia Responsoria non assignantur.

In Feriis Quadragesimæ et Temporis Paschalis, Responsoria dicuntur ut ibidem notatur.

6. In Responsoriis tres partes distingui solent, quarum prima Initium, secunda Reclamatio, tertia Versus dicitur. Reclamatio distinguitur ab Initio per Asteriscum *, et semper post Versum integra repetitur.

7. Prætereà post Versum et Reclamationem additur *Gloria Patri*, ad ultimum cujusque Nocturni Responsorium, et ad Responsorium primarum Vesperarum in Duplicibus (præterquàm in Officiis Defunctorum, in Compassione beatæ Mariæ Virginis, et in omni Officio de Tempore à Dominicâ Passionis ad Pascha;) et post *Gloria Patri*, iterùm repetitur Reclamatio; vel, si divisionem habeat, ejus ultima pars quæ hâc notulâ † signatur.

8. In Annualibus, *Gloria Patri*, cum Reclamatione ad omnia Responsoria dicitur; sed prætereà, ad ultimum cujusque Nocturni, post Reclamationem quæ sequitur *Gloria Patri*, fit resumptio integra Responsorii, id est, repetitio ab initio usquè ad Versum exclusivè.

9. In Dominicis, et Festis Duplicibus in quibus *Te* [...] *um* non dicitur, statim i[...] timo Responsorio, post [...] *ria Patri*, omissâ, quæ [...] deberet, Reclamatione, [...] mitur Responsorium usq[...] Versum exclusivè.

10. At in Dominicis Pa[...] nis et Palmarum, ac in [...] cio Compassionis, et t[...] ante Pascha, in nono Res[...] sorio fit statim resun[...] post Reclamationem quæ [...] sum sequitur: eo enim T[...] pore non dicitur *Gloria P*[...] In Officio quoque Defu[...] rum, propter eamdem r[...] nem, Responsorium ulti[...] *Libera* repetitur ab initio [...] ultimum Versum et ejus [...] clamationem.

11. In Feriis, etsi *Te D*[...] non dicatur, non resum[...] Responsorium ultimum [...] turni, sed Reclamatio [...] tùm.

CAPUT X.

De Cantico Te Deu[...]

1. IN omni Festo Simpl[...] suprà, et intra quamcu[...] Octavam per annum, [...] Officio de beatâ Mariâ in [...] bato, et per omne Te[...] Paschale, post ultimum [...] ponsorium, dicto *Gloria* [...] cum ejus Reclamatione, [...] post resumptionem in A[...] libus, dicitur immediat[...] *Deum*, exceptis Dominici[...] ventûs; et à Dominicâ in [...] tuagesimâ usquè ad Pa[...] necnon Festis quinque p[...] rum Christi, et Comp[...] nis beatæ Mariæ, quoru[...] ficia pro Quadragesim[...] habentur; ac, ipso Tem[...] Paschali, Feriâ secund[...] gationum.

2. In Choro, dùm can[...] Versus *Te ergo quæsu*[...] *famulis tuis subveni*, etc. [...] nes se convertunt ad alt[...]

CAPUT XI.

De Versu Sacerdotali.

1. VERSUS Sacerdotalis dicitur à Sacerdote post ultimum Responsorium, vel pòst *Te Deum*, quandò dicitur; quem Versum (nisi continuò sequantur Laudes) excipiunt in Feriis majoribus Preces positæ ad Tertiam; aliis verò diebus, Oratio tantùm, cum *Dominus vobiscum* vel *Domine, exaudi*, antè et pòst, et ultimò *Benedicamus, et Fidelium animæ*; et sic Officium noctis terminatur.

2. Excipitur ab ordinario supradicto Festum Natalis Domini; et si quod sit aliud Festum in aliquâ Ecclesiâ, in quo statim post ultimum Nocturturnum Missa major consueverit celebrari; eo enim casu Versus Sacerdotalis omittitur.

3. Non dicitur etiam in Officio tridui ante Pascha, nec in Officio Defunctorum.

CAPUT XII.

De Collectâ, seu Oratione.

1. ORATIO in Nocturnis, si Laudes iis non jungantur, dicitur post Versum Sacerdotalem; in Laudibus et Vesperis, post Antiphonas ad *Benedictus*, et ad *Magnificat*, nisi quandò dicendæ sunt Preces quæ dicuntur post Antiphonam; et in fine illarum, Oratio: ad Horas minores, post Versiculum qui Responsorium breve sequitur, nisi dicendæ sint Preces; tunc enim Oratio dicitur post ultimum Versiculum Precum: ad Completorium, post Antiphonam ad *Nunc dimittis*, nisi dicantur Preces.

2. Ad Primam, non mutatur Oratio quæ habetur in Ordinario, præterquàm in triduo ante Pascha, et in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum. Ad Completorium quandoquè propria assignatur. In aliis Horis dicitur Oratio quæ assignatur in Proprio.

3. Oratio præcedentis Dominicæ semper dicitur in Feriali Officio per hebdomadam, quandò propria non assignatur.

4. In Quadragesimâ, Quatuor Temporibus et Feriis Rogationum, Oratio quæ dicta est in Laudibus, dicitur tantùm ad Tertiam, Sextam et Nonam. In Vesperis autem sequentibus, si fiat de Feriâ, dicitur, vel alia propria, ut in Quadragesimâ, vel Dominicæ præcedentis, ut in aliis Feriis.

5. Ante Orationem dicitur *Dominus vobiscum*, non tamen ab eo qui solus recitat, nec ab eo qui non est saltem in ordine Diaconatûs; nec à Diacono, præsente Sacerdote, nisi de illius licentiâ; nec à Monialibus, etiam consecratis; sed ab iis omnibus ejus loco dicitur *Domine, exaudi*, deindè, *Oremus*. In fine Orationis, postquàm responsum fuerit *Amen*, repetitur *Dominus vobiscum*, vel *Domine, exaudi*: posteà *Benedicamus*; et respondetur, *Deo gratias*: quod semper servatur in fine primæ Orationis, sive unica, sive plures dicantur. Quòd si plures Orationes dicendæ sint (ratione Commemorationum,) ante quamlibet Orationem dicitur Antiphona, et Versiculus, deindè *Oremus*, et post ultimam Orationem, iterùm repetitur, *Domine, exaudi*, vel *Dominus vobiscum*, et *Benedicamus*; et statim secretò dicitur Versus *Fidelium animæ*, si aliud Officium non sequatur. Ad Primam non dici-

tur, etsi sæpiùs immediatè non succedit Tertia, si saltem Officium Capituli sequitur. Similiter nec post aliam Horam quamcunque cui subjiciuntur, vel Officium parvum B. Mariæ, vel Officium Defunctorum, vel Psalmi Pœnitentiales, aut Statio, aut Processio, aut Missa, aut Concio, aut Psalmus, sive Canticum pro Rege, aut pro aliquâ necessitate, aut aliud ejusmodi.

Toto Tempore Paschali, post ℣. *Benedicamus Domino*, in fine Laudum et Vesperarum tantùm, additur duplex *Alleluia;* et similiter ad illius ℟. *Deo gratias:* solummodò autem additur ad primum *Benedicamus Domino*, si contingat illud repeti propter unam aut plures Commemorationes.

6. Quandò Oratio dirigitur ad Patrem, sic concluditur: *Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia secula seculorum.* ℟. *Amen.* Si ad Filium, per *Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia*, etc. Si in principio vel serie Orationis fiat mentio Filii, dicitur: *Per eumdem Dominum nostrum*, etc. Si in fine Orationis, dicitur: *Qui tecum vivit et regnat in unitate*, etc. Si fiat mentio Spiritûs Sancti, dicitur: *In unitate ejusdem Spiritûs Sancti Deus*, etc. In Orationibus pro Defunctis, nisi aliter notetur, dicitur: *Per eum qui venturus est judicare vivos et mortuos, et seculum per ignem.* ℟. *Amen.*

7. Quandò plures Orationes dicendæ sunt, prima tantùm et ultima dicuntur cum magnâ conclusione, *Per Dominum nostrum*, etc. vel aliter, ut suprà; intermediæ autem sic concluduntur: *Per Christum Dominum nostrum.* ℟. *Amen*, vel: *Per cumdem Christum*, etc. vel: *Qui vivis et regnas Deus.* ℟. *Amen.* vel: *Qui tecum vivit et regnat Deus.* ℟. *Amen.*

8. Notandum autem quòd unicuique Orationi præmittitur *Oremus*, et levis pausa, præterquàm in Officio Defunctorum, et in Litaniis, cùm plures Orationes dicuntur conjunctim, sub uno *Oremus.*

9. In Orationibus, et Versiculis in quibus notatur *N.* pronuntiatur nomen Baptismale ejus de quo fit mentio.

CAPUT XIII.

De Oratione Dominicâ, et Salutatione Angelicâ.

1. ORATIO Dominica *Pater*, et Salutatio Angelica *Ave*, dicuntur secretò ante Horas quaslibet, excepto Completorio, post cujus finem dicuntur. Si Hora jungatur præcedenti Officio, non dicuntur ante ejus initium.

2. Quandò Oratio Dominica dicitur cum Precibus, dicitur secretò usquè ad *Et ne nos*, quod altâ voce profertur. Id quoque observatur in medio cujusque Nocturni, præterquàm triduo ante Pascha, quo tempore *Pater*, dicitur totum secretò.

3. In fine uniuscujusque Horæ, nisi aliud Officium sequatur, dicto submissiori voce *Fidelium animæ;* dicitur etiam secretò, *Pater noster.*

4. Salutatio Angelica sola dicitur ante Officium parvum beatæ Mariæ Virginis, quandò non jungitur Officio Canonico.

5. Si post Completorium immediatè sequatur Matuti-

:unc bis dicitur *Pater*,
edo, quod est finis Of-
; principium sequentis.

CAPUT XIV.

bolo Apostolorum, et
Symbolo Quicunque.

BOLUM Apostolorum
n *Deum*, dicitur inte-
cretò post *Ave*, ante
a Nocturnum, et post
ompletorii. Dicitur e-
cretò post *Pater*, ad
rimæ et Completorii;
ine, altâ voce profer-
rnis resurrectionem.
nbolum *Quicunque* non
ad Primam ab Adven-
iè ad Purificationem,
uadragesimâ usquè ad
sten inclusivè. Dicitur
n Festo SS. Trinitatis
nnibus aliis Dominicis
us Officium fit de Do-
, ut in Psalterio. In fi-
s dicitur *Gloria Patri*,
ne Psalmorum.

CAPUT XV.

De Capitulis et Canone.

PITULA dicuntur ad Ves-
Laudes, et alias Horas
almos, et Antiphonas;
npletorium verò, post
m.
ullum legitur Capitu-
. Laudes Natalis Domi-
que in toto Officio à
is Feriæ quartæ Majoris
nadæ inclusivè, ad No-
bbati in Albis inclusi-
ue in Officio Defuncto-

itula Primæ et Comple-
uæ habentur in Ordi-
reviarii, nunquàm mu-
, et dicuntur de Domi-
l de Feriâ, proùt Psal-
i fuerint de alterutrâ,
Tempore Paschali, in
itur quotidiè Capitu-
Dominicâ.
Horis omnibus ad Ca-

pitulum, quodcunque sit, respondetur, *Deo gratias.*

5. Ad Primam, Canon de quo dictum Parte II. Cap. III. n.° 4. legitur eâ die quâ occurrit, nisi alius assignetur in Proprio Sanctorum pro quibusdam Festis; tunc enim Canon qui eâ die occurrit in Proprio de Tempore, omittitur. Non dicitur Canon in triduo ante Pascha, nec in Commemorat. omnium Fidel. Defunctorum. Quòd si dimittantur aliquæ Lectiones Scripturæ, ut alius liber Scripturæ inchoetur, (sicut interdùm accidit intra Octavam Epiphaniæ,) omittuntur etiam Canones positi post Scripturam quæ dimittitur, et sumuntur Canones appositi post Scripturam quæ tunc legitur.

CAPUT XVI.

De Responsoriis brev.

1. RESPONSORIA brevia dicuntur post Capitulum ad Horas minores tantùm, id est, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, et Completorium, præterquàm in Feriâ quintâ in Cœnâ Domini, usquè ad Dominicam in Albis exclusivè, et in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, quibus diebus non dicuntur.

2. Quandò fit Officium de Dominicâ, aut Feriâ per annum, dicuntur ut habentur in Psalterio; in Adventu autem, Septuagesimâ, Quadragesimâ, Tempore Passionis, et Paschali, quibus Capitula de Psalterio mutantur, mutantur etiam Responsoria brevia, et dicuntur ut in propriis locis notantur. In Festis, si propria desint, dicuntur ut in Communi Sanctorum. Sed Responsoria brevia Primæ et Completorii semper dicuntur ut in Ordinario Breviarii.

3. A Dominicâ Passionis inclusivè usquè ad Pascha, in Responsoriis, tàm brevibus quàm prolixis, Officii cujuscunque de Tempore, *Gloria Patri*, non dicitur; sed post Versum, et ejus reclamationem, repetitur ab initio Responsorium breve usquè ad Versum.

4. In Responsorio brevi ad Primam, *Christe*, ℣. *Qui sedes*, qui dicitur per annum, mutatur aliquandò in Officio, sive de Tempore, sive de Sanctis, proùt in propriis locis notatur.

5. In omnibus Festis Solemnibus, et Annualibus (præterquàm à Septuagesimâ ad Pascha) et in diebus à Natali Domini ad Octavam Epiphaniæ, et toto Tempore Paschali, et intra Octavas primi et secundi Ordinis, necnon in Festo Transfigurationis, et Visitationis, in fine Responsoriorum brevium Tertiæ, Sextæ et Nonæ, ante Versum dicuntur duo *Allel.*, quæ etiam post dictum Versum pro Reclamatione repetuntur; sed ad Responsoria brevia Primæ et Completorii non additur *Alleluia*, nisi Tempore Paschali. Ad Versiculum qui post *Gloria Patri*, et repetitionem integram cujuscunque Responsorii brevis subjicitur, nunquàm dicitur *Alleluia*, nec ad Responsionem ejus, etiam Tempore Paschali.

CAPUT XVII.

De Precibus.

1. PRECES constant aliquot Versiculis sive pluribus, sive paucioribus, pro dierum diversitate, qui dicuntur ante Orationem, præmisso *Kyrie, eleison*, et *Pater noster*, cui additur *Credo*, ad Primam, et ad Completorium, ut habetur in Ordinario Breviarii.

2. Preces hæ non dicuntur, nequidem ad Primam et Completorium, in Dominicis ac Semiduplicibus quibuscunque, et suprà; nec à Vigiliâ Natalis Domini inclusivè ad Octavam Epiphaniæ, nec à Vesperis Feriæ quartæ Majoris Hebdomadæ inclusivè ad Trinitatem, nec intra quascunque Octavas, nisi intra eas quæ occurrunt in Adventu, intra quas fit Officium de Feriâ: tunc enim nihil omninò de his quæcunque Precum nomine continentur, nec ante nec post Confessionem omittitur.

3. Preces Feriales ad Laudes et Horas diei dicuntur in Feriis Adventûs, Quadragesimæ, et IV. Temporum, exceptis IV. Temporibus Pentecostes; ac etiam in Vigiliis, exceptis majoribus, de quibus dictum est Part. I. Cap. III. *de Officio Vigiliarum.*

4. Dicuntur etiam ad Vesperas in Feriis Adventûs, Quadragesimæ, et IV. Temporum, dummodò Vesperæ sint de Feriâ, præterquàm in illis Feriis Adventûs in quibus dicuntur Antiphonæ *O*.

5. In ceteris Feriis, ac Festis Simplicibus (extra Tempus Paschale,) Preces dicuntur ad Primam duntaxat et ad Completorium.

6. Quotiescunquè autem ad Laudes et ad Vesperas Preces dictæ sunt, tunc Preces ad Primam et ad Completorium dicuntur flexis genibus; aliàs flexis genibus non dicuntur, nequidem in ultimis Feriis Adventûs in quibus dicuntur Antiphonæ *O*: et ad Completorium ritus Simplex adhibetur.

7. Quandò dicuntur Preces flexis genibus, ceteris genua flectentibus, et conversis ad Altare, Celebrans solus genua

conversus ad Chorum, pit *Kyrie*, et in eodem tera prosequitur usquè *minus vobiscum.*

ı Precibus Laudum et arum, ad Versic. *Ore- o Papâ nostro, pro Pas- ostro, pro Rege nostro* litur nomen Papæ, E- i et Regis.

Quotiescunquè dicitur *ior*, ad Primam aut ad etorium, observanda uæ notantur in Ordina- eviarii, circa varietatem ı : *Vobis, fratres; et fratres.*

ld ℣. *Dominus vobiscum*, Celebrans, et elevat vo- ac recitat Orationem, ı usquè ad finem Oratio- ficii remanentibus genu- , et ad altare conversis.

CAPUT XVIII.

De Suffragiis.

FFRAGIA, seu Comme- iones communes de Bea- de Sanctis, dicuntur in audum et Vesperarum, Commemorationes occur- , eo modo qui sequitur.

Commemoratio de B. Vir- quæ habetur in Feriis itùs, fit quotidiè ad Lau- t ad Vesperas, exceptis Solemnibus et suprà, tavâ integrâ Conceptio- M. V., usquè ad Vigiliam is Domini. Commemora- atem de Virg. Deiparâ, habetur in Proprio Sanc- n die 2 Januarii, quoti- t ab eo die (exceptis Fes- Octavâ integrâ Epipha-) usquè ad Præsentatio- Domini exclusivè, etiam nplicibus-majoribus, non n in Solemnibus quibus- ue ac Annualibus. In Sim- ous verò et Feriis ejusdem poris, alia Suffragia non itur.

3. Commemoratio de Cruce, cum ceteris quæ in Psalterio sequuntur, fit tantùm in Feriis à Præsentatione Domini ad Feriam IV. Cinerum, et à Trinitate ad Adventum. A Feriâ autem quartâ Cinerum ad Dominicam Passionis, sola fit Commemoratio de Pace. A Dominicâ verò in Albis ad Ascensionem, in Feriis, ac etiam in Festis Simplicibus, fit memoria de Cruce, prout habetur in Proprio de Tempore post Dominicam in Albis; tuncque non fiunt aliæ Commemorationes. In Simplicibus à Trinitate ad Adventum, et à Præsentatione Domini ad Feriam IV. Cinerum, omittitur Commemoratio de Cruce; sed fiunt alia Suffragia.

4. Commemoratio de Beatâ, posita in Psalterio, non fit Sabbatis in quibus fit Officium de eâ, nec ubi ejus Officium parvum dicitur.

5. Commem. de Patrono ac Titulari fit post Commemorationem de S. Laudo, nisi Patronus sit dignior, v. g. Apostolus. Quòd si Ecclesia sub titulo sanctæ Trinitatis, aut alicujus ex Personis divinis dedicata sit, tunc fit ante Commemorationem Crucis: si autem sub titulo alicujus ex Mysteriis Christi Domini, fit de iis quæ Passionem ejus præcesserunt, ante Commemorationem Crucis; post ipsam verò, de iis quæ subsecuta sunt.

6. Si dicatur Officium parvum beatæ Mariæ, post Laudes et Vesperas diei fit tantùm Commemoratio de Cruce: aliæ Commemorationes communes fiunt post Laudes et Vesperas Officii parvi, nisi Commem. fieri debeat de SS. Trinitate, aut Mysteriis Christi; tunc enim fit in Officio diei

secundùm ordinem suprà enuntiatum.

7. Si facienda sit Commemoratio alicujus Festi occurrentis, fit ante ipsa Suffragia, etiam ante Commemorationem de Cruce.

CAPUT XIX.

De Officio parvo beatæ Mariæ, et Antiphonis de eâdem in fine Officii.

1. OFFICIUM parvum beatæ Mariæ non dicitur in Choro, quandò fit Officium Semiduplex et suprà; nec à primâ Dominicâ Adventûs usquè ad Festum Præsentationis Domini inclusivè; nec à Feriâ quartâ Cinerum usquè ad Octavam Paschæ inclusivè; nec tribus diebus Rogationum; nec intra Octavam Pentecostes: quibus diebus omittitur à primis Vesperis.

2. Singulæ Horæ hujus Officii dicuntur hoc modo: Officium Nocturnum, Laudes et Vesperæ dicuntur inter Suffragia: Prima post Primam diei, ante Officium Capituli: Tertia post *Benedicamus* Tertiæ; et sic de ceteris.

3. Extra Chorum dicitur pro temporis opportunitate, et ad devotionem.

4. Antiphonæ autem de eâdem positæ in fine Psalterii, post Completorium, variantur pro temporis diversitate, ut ibidem annotatur.

5. Dicuntur autem ad devotionem tàm in Choro, quàm extra Chorum, et juxta consuetudinem locorum, et Ecclesiarum.

6. Illæ Antiphonæ non dicuntur à Vesperis Feriæ quartæ Majoris Hebdomadæ, usquè ad Completorium Sabbati sancti inclusivè.

CAPUT XX.

De Psalmis Pœnitentialibus, et Psalmis Gradualibus.

1. PSALMI Pœnitentiales dicuntur in Choro Feriâ quartâ Cinerum, ac Feriâ quintâ in Cœnâ Domini, ut habetur in Missali.

2. Psalmi autem Graduales, qui indicantur circa finem Breviarii in hâc Parte Vernâ, dicuntur in Quadragesimâ, Feriâ quartâ cujuslibet Hebdomadæ, dummodò Officium fiat de eâ. In Choro post Matutinum diei: extra Chorum, pro opportunitate temporis, et ad devotionem tantùm. De iis habetur in fine Breviarii.

CAPUT XXI.

De Officio Defunctorum, et aliis usquè ad finem Breviarii.

1. OFFICIUM Defunctorum, sive fiat ritu Duplici vel Simplici, dicitur in Choro secundùm consuetudinem Ecclesiarum, cum uno vel tribus Nocturnis. Vesperæ, Matutinum et Laudes dicuntur post Vesperas diei. Privatim verò dicitur pro temporis opportunitate ad devotionem, primo die cujusque mensis non impedito saltem Semiduplici; alioqui remittitur in diem proximiorem similiter non impeditam: in Adventu autem et Quadragesimâ, Feriâ ij. cujuslibet Hebdomadæ similiter non impeditâ, præterquàm in Majori Hebdomadâ. Non dicitur verò Tempore Paschali, scilicet à die Resurrectionis, ad Octavam Pentecostes inclusivè.

2. De Commendationibus, de Benedictione mensæ, ac Itinerario, habentur suis locis Rubricæ, circa finem Breviarii.

FINIS RUBRICARUM.

TABULA

TABULA

rarum quibus pridiè Officium diei sequentis inchoari potest.

Ianuarii	2	h. 1/4	30 Julii	3	h. 3/4
Februarii	2	1/2	28 Augusti	3	1/2
Martii	2	3/4	7 Septembr.	3	1/4
ejusd	3	»	24 ejusd	3	»
Aprilis	3	1/4	13 Octobr.	2	3/4
ejusd	3	1/2	30 ejusd	2	1/2
Maii	3	3/4	18 Novembr.	2	1/4
Junii	4	»	15 Decembr.	2	»

ecipua Passionis Christi Capita, singulis Horis canonicis accommodata.

MATUTINA ligat Christum qui crimina solvit.
PRIMA replet sputis; causam dat TERTIA mortis.
SEXTA cruci nectit; latus ejus NONA bipartit.
VESPERA deponit; tumulo COMPLETA reponit.



CUM Domino psalles, psallendo tu tria serves:
Sit tibi cor sursùm, benè profer, respice sensum.
Auscultando cane, simul incipe, desine planè.
Sit mens sublimis, pes junctus, visus in imis.

DECEM PRÆCEPTA DEI.

UNUM crede Deum, nec jures vana per ipsum.
Sabbata sanctifices, caros venerare parentes.
Non sis occisor, fur, mœchus, testis iniquus.
Nec nuptam alterius, nec rem cupias alienam.

QUINQUE PRÆCEPTA ECCLESIÆ.

Observato dies quos vult Ecclesia festos :
Et Missæ intersis, sublatâ ad cœlica mente.
Indictasque tibi jejunans exige luces :
Et semel ad minimum retegas peccata quotannis.
Paschatis in *quindenâ ad* sacram accede synaxim.

LITANIÆ SS. NOMINIS JESU.

(*Quas devotè recitantibus* 300 *dies indulg. concesserunt, aut confirmaverunt* SIXTUS V, BENEDICTUS XIII et CLEMENS XIII.)

KYRIE, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.
Jesu, audi nos. Jesu, exaudi nos.
Pater de cœlis, Deus, miserére nobis.
Fili, Redemptor mundi, Deus, miserére nobis.
Spíritus Sancte, Deus,
Sancta Trínitas, unus Deus,
Jesu Fili Dei vivi,
Jesu splendor Patris,
Jesu candor lucis ætérnæ,
Jesu Rex glóriæ,
Jesu sol justítiæ,
Jesu Fili Maríæ Vírginis,
Jesu amábilis,
Jesu admirábilis,
Jesu Deus fortis,
Jesu Pater futúri séculi,
Jesu magni consílii Angele,
Jesu potentíssime,
Jesu patientíssime,
Jesu obedientíssime,
Jesu mitis et húmilis corde,
Jesu amátor castitátis,
Jesu amátor noster,
Jesu Deus pacis,
Jesu auctor vitæ,
Jesu exemplar virtútum,
Jesu zelátor animárum,
Jesu Deus noster,
Jesu refúgium nostrum,
Jesu Pater páuperum,
Jesu thesaurus fidélium,
Jesu bone Pastor,
Jesu lux vera,
Jesu sapiéntia ætérna,
Jesu bónitas infiníta,
Jesu via et vita nostra,
Jesu gáudium Angelórum,
Jesu rex Patriarchárum,
Jesu inspirátor Prophetárum,
Jesu magister Apostolórum,
Jesu doctor Evangelistárum,
Jesu fortitúdo Mártyrum,
Jesu lumen Confessórum,
Jesu púritas Vírginum,
Jesu coróna Sanctórum ómnium,

Miserére nobis.

Propítius esto, Parce nobis, Jesu.
Propítius esto, Exaudi nos, Jesu.
Ab omni malo, Líbera nos, Jesu.
Ab omni peccáto,
Ab irâ tuâ,
Ab insídiis diáboli,
A spíritu fornicatiónis,
A morte perpétuâ,
A neglectu inspiratiónum tuárum,
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ,
Per Nativitátem tuam,
Per infántiam tuam,
Per diviníssimam vitam tuam,
Per labóres tuos,
Per agóniam et passiónem tuam,
Per Crucem et derelictiónem tuam,
Per languóres tuos,
Per mortem et sepultúram tuam,
Per Resurrectiónem tuam,
Per Ascensiónem tuam,
Per gáudia tua,
Per glóriam tuam,

Líbera nos, Jesu.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Parce nobis, Jesu.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Exaudi nos, Jesu.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis, Jesu.
Jesu, audi nos. Jesu, exaudi nos.
℣. Confitébimur tibi, Deus; ℟. Et invocábimus nomen tuum. *Ps.* 74.

OREMUS.

DOMINE Jesu, cujus nomen nemo dícere potest, nisi in Spíritu Sancto: concéde, quæsumus, ut in eódem Spíritu sacratíssimum Nomen tuum invocantes salvos fácias à peccátis; Qui vivis et regnas... in unitáte ejusdem.

LITANIÆ B. M. VIRGINIS.

(Quas devotè recitantibus 300 *dies Indulgent. concessit* PIUS VII, *et ei qui quotidiè recitaverit, Indulg. plenar. in Concept., Nativ., Annunt., Purific. et Assumpt. B. M. V. modò contritus et confessus prædictis diebus communicaverit et Ecclesiam seu Capellam publicam visitaverit, ibique juxta mentem Pontificis oraverit.)*

KYRIE, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.
Christe, audi nos. Christe, exaudi nos.
Pater de cœlis, Deus, miserére nobis.
Fili, Redemptor mundi, Deus, miserére nobis.
Spíritus Sancte, Deus, miserére nobis.
Sancta Trínitas, unus Deus, miserére nobis.
Sancta María, ora pro nobis.
Sancta Dei génitrix,
Sancta Virgo Vírginum,
Mater Christi,
Mater divínæ grátiæ,
Mater puríssima,
Mater castíssima,
Mater invioláta,
Mater intemeráta,
Mater amábilis,
Mater admirábilis,
Mater Creatóris,
Mater Salvatóris,

Ora pro nobis.

Virgo prudentíssima,
Virgo veneranda,
Virgo prædicanda,
Virgo potens,
Virgo clemens,
Virgo fidélis,
Spéculum justítiæ,
Sedes Sapiéntiæ,
Causa nostræ lætítiæ,
Vas spirituále,
Vas honorábile,
Vas insigne devotiónis,
Rosa mystica,
Turris Davídica,
Turris ebúrnea,
Domus áurea,
Fœderis arca,
Jánua cœli,
Stella matutína,
Salus infirmórum,
Refúgium peccatórum,
Consolátrix afflictórum,
Auxílium Christianórum,
Regína Angelórum,
Regína Patriarchárum,

Ora pro nobis.

Regína Prophetárum,
Regína Apostolórum,
Regína Mártyrum,
Regína Confessórum,
Regína Vírginum,
Regína Sanctórum ómnium.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Parce nobis, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Exaudi nos, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.

Christe, audi nos.
Christe, exaudi nos.
℣. Ora pro nobis, san
Génitrix; ℟. Ut digni
mur promissiónibus C

OREMUS.

DEFENDE, quæsumus
mine, beátâ Maríâ s
Vírgine intercedente;
ab omni adversitáte l
am : et toto corde tibi
trátam, ab hóstium
tius tuére clementer ir
Per Christum.



PSALTERIUM
DISPOSITUM
PER HEBDOMADAM.
PARS VERNA.



DOMINICA,
AD OFFICIUM NOCTURNUM.

odò inchoandum et ordinandum sit Officium noc- icut et cæteræ horæ, habetur in Ordinario Bre- calcem Psalterii.

toriam, Hymnum, et ℣℣. require in

. NOCTURNO.

*s hic * notat media- t pausam.*

Psalmus 1.

o justi, impii cala- mitas.

s vir qui non ábiit in impiórum, et in atórum non stetit, * áthedrá pestiléntiæ it;

1 lege Dómini vo- ,us, * et in lege ejus itur die ac nocte.

it tanquàm lignum lantátum est secus s aquárum, * quod suum dabit in tém- o;

lium ejus non dé- et ómnia quæcum- et prosperabuntur.

sic ímpii, non sic; * quàm pulvis quem ventus à fácie terræ.

non resurgent ímpii

in judício, * neque peccató- res in concílio justórum;

Quóniam novit Dóminus viam justórum, * et iter im- piórum peribit.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui sancto:

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in sé- cula seculórum. Amen.

Hi versus Glória *et* Sicut erat *dicuntur in fine Psal- morum, Divisionum et Can- ticorum, nisi aliter notetur.*

Psalmus 2.

Conjuratio in Christum delu- sa: Christi æterna tem- poralisque generatio, vic- toria et imperium.

Quarè fremuérunt gentes, * et pópuli meditáti sunt inána- nia?

Astitérunt reges terræ, et príncipes convenérunt in unum * adversùs Dóminum, et adversùs Christum ejus.

Dirumpámus víncula eó- rum, * et projiciámus à no- bis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cœlis irridébit eos, * et Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in irâ suâ, * et in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dóminus dixit ad me: * Filius meus es tu, ego hódiè génui te.

Póstula à me, et dabo tibi gentes hæreditátem tuam, * et possessiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virgâ férreâ, * et tanquàm vas figuli confringes eos.

Et nunc, reges, intelligite: * erudímini, qui judicátis terram:

Servíte Dño in timóre, * et exultáte ei cum tremóre:

Appréhéndite disciplínam, nequandò irascátur Dóminus, * et pereátis de viâ justâ.

Cùm exárserit in brevi ira ejus, * beáti omnes qui confidunt in eo.

PSALMUS 3.

Christi Passio et Resurrectio: spes in se sperantium Deus.

DOMINE, quid multiplicáti sunt qui tríbulant me? * multi insurgunt adversùm me.

Multi dicunt ánimæ meæ: * Non est salus ipsi in *Deo ejus.*

Tu autem, Dómir
ceptor meus es, * glói
et exaltans caput me

Voce meâ ad Dó
clamávi, * et exaud
de monte sancto suo.

Ego dormívi, et s
tus sum; * et exurrex
Dóminus suscépit me

Non timébo míllia
circumdantis me: * (
Dómine: salvum n
Deus meus.

Quóniam tu per
omnes adversantes n
causâ, * dentes pecc
contrivisti.

Dómini est salus; '
per pópulum tuum
díctio tua.

IN II. NOCTUR

PSALMUS 17.

Christi resurgentis
clesiæ à persec
liberatæ gratiarun
Prædicatio Evange
catio gentiu

DILIGAM te, Dómir
titúdo mea: * Dómir
mamentum meum,
fúgium meum, et li
meus.

Deus meus adjútor
et sperábo in eum.

Protector meus, e
salútis meæ, * et su
meus.

Laudans invocábo
num; * et ab inimíc
salvus ero.

Circumdedérunt n
res mortis, * et torren

s conturbavérunt me.
;res inferni circumde-
me : * præoccupavé-
e láquei mortis.
ribulatióne meâ invo-
óminum,* et ad Deum
clamávi.
exaudívit de templo
suo vocem meam ; *
ıor meus in conspectu
ıtroivit in aures ejus.
ımóta est et contré-
terra : fundamenta
ım conturbáta sunt, et
óta sunt, * quóniam
est eis.
ndit fumus in irâ ejus,
s à fácie ejus exarsit;*
nes succensi sunt ab

linávit cœlos, et des-
: * et calígo sub pédi-
us.
ascendit super Chéru-
et volávit : * volávit
pennas ventórum.
pósuit ténebras latíbu-
suum : in circúitu ejus
náculum ejus; * tene-
aqua in núbibus áeris.
e fulgóre in conspectu
nubes transiérunt, *
lo, et carbónes ignis.
intónuit de cœlo Dó-
s, et Altíssimus dedit
n suam : * grando et
nes ignis.
misit sagittas suas, et
ávit eos : * fúlgura
plicávit, et contur-
eos.
apparuérunt fontes

aquárum, * et reveláta sunt fundamenta orbis terrárum,

Ab increpatióne tuâ, Dómine, * ab inspiratióne spíritûs iræ tuæ.

Divisio Psalmi 17.

Misit de summo [Dóminus,] et accépit me, * et assumpsit me de aquis multis.

Erípuit me de inimícis meis fortíssimis, et ab his qui odérunt me; * quóniam confortáti sunt super me.

Prævenérunt me in die afflictiónis meæ; * et factus est Dóminus protector meus.

Et eduxit me in latitúdinem : * salvum me fecit, quóniam vóluit me.

Et retríbuet mihi Dóminus secundùm justítiam meam,* et secundùm puritátem mánuum meárum retríbuet mihi;

Quia custodívi vias Dómini,* nec ímpiè gessi à Deo meo ;

Quóniam ómnia judícia ejus in conspectu meo, * et justítias ejus non répuli à me.

Et ero immaculátus cum eo, * et observábo me ab iniquitáte meâ.

Et retríbuet mihi Dóminus secundùm justítiam meam, * et secundùm puritátem mánuum meárum in conspectu oculórum ejus.

Cum sancto sanctus eris, * et cum viro innocente innocens eris ;

Et cum electo eléctus eris, * et cum perverso pervertéris.

Quóniam tu pópulum húmilem salvum fácies, * et óculos superbórum humiliábis.

Quóniam tu illúminas lucernam meam, Dómine: * Deus meus, illúmina ténebras meas.

Quóniam in te erípiar à tentatióne; * et in Deo meo transgrédiar murum.

Altera divisio Ps. 17.

DEUS meus, impollúta via ejus; elóquia Dómini igne examináta: * protector est ómnium sperántium in se.

Quóniam quis Deus præter Dóminum? * aut quis Deus præter Deum nostrum?

Deus qui præcinxit me virtúte, * et pósuit immaculátam viam meam;

Qui perfécit pedes meos tanquàm cervórum, * et super excelsa státuens me;

Qui docet manus meas ad prælium: * et posuisti ut arcum æreum bráchia mea,

Et dedisti mihi protectiónem salútis tuæ; * et déxtera tua suscépit me.

Et disciplína tua correxit me in finem, * et disciplína tua ipsa me docébit.

Dilatasti gressus meos subtùs me, * et non sunt infirmáta vestigia mea.

Pérsequar inimícos meos, *et comprehendam* illos; * et non convertar done[c]
ciant.

Confringam illos, n
terunt stare: * caden
tùs pedes meos.

Et præcinxisti me
ad bellum; * et suppl
insurgentes in me
me.

Et inimícos meos
mihi dorsum, * et o
me disperdidisti.

Clamavérunt, nec e
salvos fáceret: * ad
num, nec exaudívit

Et commínuam eos
verem ante fáciem v
ut lutum plateárum
eos.

Erípies me de cont
tiónibus pópuli: * con
me in caput géntium.

Pópulus, quem no
nóvi, servívit mihi; *
dítu auris obedívit mi

Fílii aliéni mentíti
mihi: * fílii aliéni inv
ti sunt, et claudicavé
sémitis suis.

Vivit Dóminus, et
dictus Deus meus; * e
tétur Deus salútis me

Deus, qui das vi
mihi, et subdis pópul
me, * liberátor meus
mícis meis iracundis.

Et ab insurgéntibu
exaltábis me: * à viro
erípies me.

Proptéreà confitéb
in natiónibus, Dómi
et nómini tuo psalm
cam.

Magníficans salútes regis ejus, * et fáciens misericórdiam christo suo David, et sémini ejus usquè in séculum.

IN III. NOCTURNO.

Psalmus 27.

Christi et Justorum inter adversa oratio et spes resurgendi.

Ad te, Dómine, clamábo: Deus meus, ne síleas à me; * nequandò táceas à me, et assimilábor descendéntibus in lacum.

Exaudi, Dómine, vocem deprecatiónis meæ, dùm oro ad te, * dùm extollo manus meas ad templum sanctum tuum.

Ne simul trahas me cum peccatóribus; * et cum operántibus iniquitátem ne perdas me:

Qui loquuntur pacem cum próximo suo; * mala autem in córdibus eórum.

Da illis secundùm ópera eórum, * et secundùm nequítiam adinventiónum ipsórum.

Secundùm ópera mánuum eórum tríbue illis: * redde retributiónem eórum ipsis.

Quóniam non intellexérunt ópera Dómini, et in ópera mánuum ejus, * déstrues illos, et non ædificábis eos.

Benedictus Dóminus, * quóniam exaudívit vocem deprecatiónis meæ.

Dóminus adjútor meus, et protector meus: * in ipso sperávit cor meum, et adjútus sum.

Et reflóruit caro mea; * et ex voluntáte meâ confitébor ei.

Dóminus fortitúdo plebis suæ, * et protector salvatiónum christi sui est.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, et bénedic hæreditáti tuæ; * et rege eos, et extolle illos usquè in æternum.

Psalmus 29.

Christus post suos in passione labores et suam in resurrectione victoriam; Fidelis à peccato, aut persecutione, aut quocumque periculo liberatus, gratias agit.

Exaltabo te, Dómine, quóniam suscepisti me, * nec delectasti inimícos meos super me.

Dómine Deus meus, clamávi ad te, * et sanasti me.

Dómine, eduxisti ab inferno ánimam meam: * salvasti me à descendéntibus in lacum.

Psállite Dómino, sancti ejus, * et confitémini memóriæ sanctitátis ejus;

Quóniam ira in indignatióne ejus, * et vita in voluntáte ejus.

Ad vésperum demorábitur fletus, * et ad matutínum lætitia.

Ego autem dixi in abundántiâ meâ : * Non movébor in æternum.

Dómine, in voluntáte tuâ* præstitisti decóri meo virtútem :

Avertisti fáciem tuam à me, * et factus sum conturbátus.

Ad te, Dómine, clamábo,* et ad Deum meum deprecábor.

Quæ utílitas in sánguine meo,* dùm descendo in corruptiónem ?

Nunquìd confitébitur tibi pulvis, * aut annuntiábit veritátem tuam ?

Audívit Dóminus, et misertus est meî : * Dóminus factus est adjútor meus.

Convertisti planctum meum in gáudium mihi : * conscidisti saccum meum, et circumdedisti me lætítiâ ;

Ut cantet tibi glória mea, et non compungar : * Dómine Deus meus, in æternum confitébor tibi.

PSALMUS 65.

Invitatio ad celebrandum Christi resurrectionem, et innumera Dei in nos beneficia.

JUBILATE Deo, omnis terra, psalmum dícite nómini ejus,* date glóriam laudi ejus.

Dícite Deo : Quàm terribília sunt ópera tua, Dómine! * in multitúdine virtútis tuæ mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adóret te, et psallat tibi : * psalmum dicat nómini tuo.

Veníte, et vidéte ópera Dei : * terríbilis in consíliis super fílios hóminum.

Qui convertit mare in áridam ; in flúmine pertransíbunt pede : * ibì lætábimur in ipso.

Qui dominátur in virtúte suâ in æternum ; óculi ejus super gentes respíciunt : * qui exásperant, non exalteatur in semetipsis.

Benedícite, gentes, Deum nostrum ; * et audítam fácite vocem laudis ejus.

Qui pósuit ánimam meam ad vitam, * et non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probasti nos, Deus : * igne nos examinasti, sicut examinátur argentum :

Induxisti nos in láqueum, posuisti tribulatiónes in dorso nostro : * imposuisti hómines super cápita nostra.

Transívimus per ignem et aquam ; * et eduxisti nos in refrigérium.

Introíbo in domum tuam in holocaustis : * reddam tibi vota mea,

Quæ distinxérunt lábia mea, et locútum est os meum * in tribulatióne meâ.

Holocausta medulláta ófferam tibi cum incenso aríetum : * ófferam tibi boves cum hircis.

:, audíte, et nar-
omnes qui timétis
quanta fecit ánimæ

ıum ore meo clamá-
exaltávi sub linguâ

tátem si aspexi in
eo, * non exáudiet
s.
reà exaudívit Deus,*
dit voci deprecatió-
.
ctus Deus,* qui non
ɔratiónem meam, et
rdiam suam à me.
D LAUDES.
PSALMUS 62.
*am suspirat exul, di-
bonitatis contempla-
tione.*
, Deus meus,* ad te
vígilo.
t in te ánima mea,
ıultiplíciter tibi caro
ı terrâ desertâ, et ín-
inaquósâ.
ı sancto appárui ti-
vidérem virtútem
: glóriam tuam.
iam mélior est mise-
tua super vitas, *
ɛa laudábunt te.
enedícam te in vitâ
et in nómine tuo le-
ınus meas.
ádipe et pinguédine
ır ánima mea, * et
xultatiónis laudábit
n.
emor fui tuî super
meum, * *in matutí-*

nis meditábor in te.

Quia fuisti adjútor meus,* et in velamento alárum tuárum exultábo.

Adhæsit ánima mea post te; * me suscépit déxtera tua.

Ipsi verò in vanum quæsiérunt ánimam meam,* introíbunt in inferióra terræ:

Tradentur in manus gládii,* partes vúlpium erunt.

Rex verò lætábitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo;* quia obstructum est os loquéntium iníqua.

PSALMUS 69.

Justus sibi opem precatur.

DEUS, in adjutórium meum intende:* Dómine, ad adjuvandum me festína.

Confundantur, et revereantur,* qui quærunt ánimam meam.

Avertantur retrorsùm, et erubescant,* qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent et lætentur in te omnes qui quærunt te; * et dicant semper: Magnificétur Dóminus, qui díligunt salutáre tuum.

Ego verò egénus et pauper sum:* Deus, ádjuva me.

Adjútor meus et liberátor meus es tu:* Dómine, ne moréris.

PSALMUS 99.

Ad Dei laudes et cultum exhortatio.

JUBILATE Deo, omnis terra,* servíte Dómino in lætítiâ.

Introíte in conspectu ejus, * in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus: * ipse fecit nos, et non ipsi nos.

Pópulus ejus, et oves páscuæ ejus, introíte portas ejus in confessióne, átria ejus in hymnis: * confitémini illi.

Laudáte nomen ejus, * quóniam suávis est Dóminus.

In æternum misericórdia ejus, * et usquè in generatiónem et generatiónem véritas ejus.

In Dominicis Quadrages.

CANTICUM. *Baruch.* 2.

PECCAVIMUS, impiè égimus, iniquè géssimus, Dómine Deus noster, * in ómnibus justítiis tuis.

Avertátur ira tua à nobis... : * exaudi, Dómine, preces nostras, et oratiónes nostras...

Ut sciat omnis terra * quia tu es Dóminus Deus noster,

Et quia nomen tuum invocátum est super Israel, * et super genus ipsíus.

Réspice, Dómine, de domo sanctâ tuâ in nos; * et inclína aurem tuam, et exaudi nos; áperi óculos tuos et vide:

Quia non mórtui, qui sunt in inferno, quorum spíritus acceptus est à viscéribus suis, * dabunt honórem et justificatiónem Dómino;

Sed ánima, quæ tristis est super magnitúdine mali, * et incédit curva et infirma,

Et óculi deficientes, et ánima esúriens * dat tibi glóriam et justitíam Dómino.

(Tempore Passionis et Pasch. Cantic. ut in propr.).

PSALMUS 148.

Ad Dei laudes omnes invitantur creaturæ.

LAUDATE Dóminum, de cœlis; * laudáte eum in excelsis.

Laudáte eum, omnes Angeli ejus: * laudáte eum, omnes virtútes ejus.

Laudáte eum, sol et luna: * laudáte eum, omnes stellæ et lumen.

Laudáte eum, cœli cœlórum; * et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Dómini;

Quia ipse dixit, et facta sunt; * ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in æternum, et in séculum séculi: * præceptum pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum, de terrâ; * dracónes, et omnes abyssi;

Ignis, grando, nix, glá-

cies, spíritus procellárum,* quæ fáciunt verbum ejus;

Montes, et omnes colles;* ligna fructífera, et omnes cedri;

Béstiæ, et universa pécora;* serpentes, et vólucres pennátæ;

Reges terræ, et omnes pópuli;* príncipes, et omnes júdices terræ;

Júvenes et vírgines, senes cum junióribus, laudent nomen Dómini,* quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super cœlum et terram;* et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus,* fíliis Israel, pópulo appropinquanti sibi.

AD PRIMAM.

Psalmus 117.

Vox Christi resurgentis et Ecclesiæ gratias agentis pro suâ redemptione et innumeris sibi à Deo præstitis beneficiis.

Confitemini Dómino quóniam bonus,* quóniam in séculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israel quóniam bonus,* quóniam in séculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron,* quóniam in séculum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum,* quóniam in séculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum,* et exaudívit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor,* non timebo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor,* et ego despíciam inimícos meos.

Bonum est confídere in Dómino,* quàm confídere in hómine.

Bonum est speráre in Dómino,* quàm speráre in princípibus.

Omnes gentes circuiérunt me;* et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdantes circumdedérunt me,* et in nómine Dñi quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes, et exarsérunt sicut ignis in spinis;* et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Impulsus, eversus sum ut cáderem;* et Dóminus suscépit me.

Fortitúdo mea, et laus mea Dóminus,* et factus est mihi in salútem.

Vox exultatiónis et salútis* in tabernáculis justórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem: déxtera Dómini exaltávit me,* déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, sed vivam,* et narrábo ópera Dómini.

Castígans castigávit me Dóminus:* et morti non trádidit me.

Aperíte mihi portas justí-

tiæ; * ingressus in eas, confitébor Dómino.

Hæc porta Dómini, * justi intrábunt in eam.

Confitébor tibi quóniam exaudisti me, * et factus es mihi in salútem.

Lápidem quem reprobavérunt ædificantes, * hic factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est istud, * et est mirábile in óculis nostris.

Hæc est dies quam fecit Dóminus: * exultémus et lætémur in eâ.

O Dómine, salvum me fac, ô Dómine, benè prosperáre: * benedictus qui venit in nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini: * Deus Dóminus, et illuxit nobis.

Constitúite diem solemnem in condensis, * usquè ad cornu altáris.

Deus meus es tu, et confitébor tibi: * Deus meus es tu, et exaltábo te.

Confitébor tibi, quóniam exaudisti me; * et factus es mihi in salútem.

Confitémini Dómino quóniam bonus, * quóniam in séculum misericórdia ejus.

PSALMUS 118.

Divinæ legis laus et amor: piæ in Deum cordis effusiones.

BEATI immaculáti in viâ, * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui scrutantur testimónia ejus, * in toto corde exquírunt eum.

Non enim qui operantur iniquitátem, * in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandasti * mandáta tua custodíri nimis.

Utinam dirigantur viæ meæ * ad custodiendas justificatiónes tuas!

Tunc non confundar, * cùm perspéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis; * in eo quòd dídici judícia justítiæ tuæ.

Justificatiónes tuas custódiam; * non me derelinquas usquequáquè.

In quo córrigit adolescéntior viam suam? * in custodiendo sermónes tuos.

In toto corde meo exquisívi te; * ne repellas me à mandátis tuis.

In corde meo abscondi elóquia tua, * ut non peccem tibi.

Benedictus es, Dómine, * doce me justificatiónes tuas.

In lábiis meis * pronuntiávi ómnia judícia oris tui.

In viâ testimoniórum tuórum delectátus sum, * sicut in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exercébor, * et considerábo vias tuas.

In justificatiónibus tuis meditábor, * non obliviscar sermónes tuos.

Divisio Psalmi 118.

RETRIBUE servo tuo, vivífica me; * et custódiam sermónes tuos.

Revéla óculos meos, * et considerábo mirabília de lege tuâ.

Incola ego sum in terrâ, * non abscondas à me mandáta tua.

Concupívit ánima mea desideráre justificatiónes tuas, * in omni témpore.

Increpasti superbos: * maledicti qui declínant à mandátis tuis.

Aufer à me oppróbrium et contemptum: * quia testimónia tua exquisívi.

Etenim sedérunt príncipes, et adversùm me loquebantur; * servus autem tuus exercebátur in justificatiónibus tuis,

Nam et testimónia tua meditátio mea est, * et consílium meum justificatiónes tuæ.

Adhæsit pavimento ánima mea, * vivífica me secundùm verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, et exaudisti me; * doce me justificatiónes tuas.

Viam justificatiónum tuárum ínstrue me; * et exercébor in mirabílibus tuis.

Dormitávit ánima mea præ tædio, * confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove à me, * et de lege tuâ miserére meî.

Viam veritátis elégi, * judícia tua non sum oblítus.

Adhæsi testimóniis tuis, Dñe: * noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum cucurri, * cùm dilatasti cor meum.

A Dominicâ primâ Quadrages. ad Pentecost. inclus., non dicitur Symbolum Quicumque.

AD TERTIAM.

Ex Psalmo 118.

LEGEM pone mihi, Dómine, viam justificatiónum tuárum, * et exquíram eam semper.

Da mihi intellectum, et scrutábor legem tuam; * et custódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in sémitam mandatórum tuórum, * quia ipsam vólui.

Inclina cor meum in testimónia tua, * et non in avarítiam.

Averte óculos meos ne vídeant vanitátem: * in viâ tuâ vivífica me.

Státue servo tuo elóquium tuum, * in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum quod suspicátus sum, * quia judícia tua jucunda.

Eccè concupívi mandáta tua: * in æquitáte tuâ vivífica me.

Et véniat super me misericórdia tua, Dómine, * salutáre tuum secundùm elóquium tuum.

Et respondébo exprobrántibus mihi verbum, * quia sperávi in sermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis usquequáquè, * quia in judíciis tuis supersperávi.

Et custódiam legem tuam semper, * in séculum, et in séculum séculi.

Et ambulábam in latitúdine, * quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar de testimóniis tuis in conspectu regum, * et non confundébar.

Et meditábar in mandátis tuis, * quæ dilexi.

Et levávi manus meas ad mandáta tua quæ dilexi, * et exercébar in justificatiónibus tuis.

Divisio Psalmi 118.

MEMOR esto verbi tui servo tuo, * in quo mihi spem dedisti.

Hæc me consoláta est in humilitáte meâ, * quia elóquium tuum vivificávit me.

Superbi iníquè agébant usquequáquè, * à lege autem tuâ non declinávi.

Memor fui judiciórum tuórum à século, Dómine; * et consolátus sum.

Deféctio ténuit me * pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant justificatiónes tuæ * in loco peregrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui, Dómine; * et cus legem tuam.

Hæc facta est mihi, justificatiónes tuas ex vi.

Pórtio mea, Dóm dixi, custodíre legem

Deprecátus sum tuam in toto corde m miserére meî secundù quium tuum.

Cogitávi vias meas converti pedes meos timónia tua.

Parátus sum, et no turbátus, * ut cust mandáta tua.

Funes peccatórum cumplexi sunt me; * gem tuam non sum ob

Médiâ nocte surgéb confiténdum tibi * sup dícia justificatiónis tua

Párticeps ego sum nium timéntium te, * todiéntium mandáta t

Misericórdiâ tuâ, ne, plena est terra, * j catiónes tuas doce me.

Divisio Psalmi 1

BONITATEM fecisti cu vo tuo, Dómine, * s dùm verbum tuum.

Bonitátem et discip et sciéntiam doce me; mandátis tuis crédidi.

Priusquàm humili ego deliqui; * proptér quium tuum custodív

Bonus es tu; * et in táte tuâ doce me ju tiónes tuas.

plicáta est super me
superbórum; * ego
n toto corde meo
r mandáta tua.
látum est sicut lac
m; * ego verò legem
ditátus sum.
n mihi quia humi-
, * ut discam justifi-
tuas.
n mihi lex oris tui *
llia auri et argenti.
s tuæ fecérunt me,
navérunt me : * da
llectum, et discam
tua.
iment te vidébunt
etabuntur, * quia in
a supersperávi.
vi, Dómine, quia
judícia tua, * et in
uâ humiliasti me.
nisericórdia tua ut
ur me, * secundùm
n tuum servo tuo.
nt mihi miseratió-
et vivam; * quia lex
tátio mea est.
ndantur superbi,
ustè iniquitátem fe-
n me; * ego autem
or in mandátis tuis.
rtantur mihi timen-
et qui novérunt tes-
tua.
or meum immacu-
in justificatiónibus
t non confundar.

D SEXTAM.

Ex Psalmo 118.

IT in salutáre tuum
nea, * et in verbum
tuum supersperávi.

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, * dicentes: Quandò consoláberis me ?

Quia factus sum sicut uter in pruínâ; * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Quot sunt dies servi tui? * quandò fácies de persequéntibus me judícium ?

Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes; * sed non ut lex tua.

Omnia mandáta tua véritas : * iníquè persecúti sunt me, ádjuva me.

Paulò minùs consummavérunt me in terrâ; * ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secundùm misericórdiam tuam vivífica me, * et custódiam testimónia oris tui.

In æternum, Dómine, * verbum tuum pérmanet in cœlo.

In generatiónem et generatiónem véritas tua : * fundasti terram, et pérmanet.

Ordinatióne tuâ persevérat dies, * quóniam ómnia sérviunt tibi.

Nisi quòd lex tua meditátio mea est, * tunc fortè periissem in humilitáte meâ.

In æternum non obliviscar justificatiónes tuas, * quia in ipsis vivificasti me.

Tuus sum ego, salvum me fac, * quóniam justificatiónes tuas exquisívi.

Me expectavérunt pecca-

tóres ut pérderent me: * testimónia tua intellexi.

Omnis consummatiónis vidi finem: * latum mandátum tuum nimis.

Divisio Psalmi 118.

QUOMODÒ dilexi legem tuam, Dómine! * totâ die meditátio mea est.

Super inimícos meos prudentem me fecisti mandáto tuo, * quia in æternum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi, * quia testimónia tua meditátio mea est.

Super senes intellexi, * quia mandáta tua quæsívi.

Ab omni viâ malâ prohíbui pedes meos * ut custódiam verba tua.

A judíciis tuis non declinávi, * quia tu legem posuisti mihi.

Quàm dúlcia fáucibus meis elóquia tua! * super mel ori meo.

A mandátis tuis intellexi; * proptéreà odívi omnem viam iniquitátis.

Lucerna pédibus meis verbum tuum, * et lumen sémitis meis.

Jurávi et státui * custodíre judícia justítiæ tuæ.

Humiliátus sum usquequáquè, Dómine, * vivífica me secundùm verbum tuum.

Voluntária oris mei beneplácita fac, Dómine, * et judícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis semper, * et legem tuam non sum oblítus.

Posuérunt peccatóres láqueum mihi, * et de mandátis tuis non errávi.

Hæreditáte acquisívi testimónia tua in æternum, * quia exultátio cordis mei sunt.

Inclinávi cor meum ad faciendas justificatiónes tuas in æternum, * propter retributiónem.

Divisio Psalmi 118.

INIQUOS ódio hábui, * et legem tuam dilexi.

Adjútor et susceptor meus es tu; * et in verbum tuum supersperávi.

Declináte à me, maligni, * et scrutábor mandáta Dei mei.

Súscipe me secundùm elóquium tuum, et vivam; * et non confundas me ab expectatióne meâ.

Adjuva me, et salvus ero; * et meditábor in justificatiónibus tuis semper.

Sprevisti omnes discedentes à judíciis tuis, * quia injusta cogitátio eórum.

Prævaricantes reputávi omnes peccatóres terræ; * ideò dilexi testimónia tua.

Confíge timóre tuo carnes meas; * à judíciis enim tuis tímui.

Feci judícium et justítiam, * non tradas me calumniántibus me.

Súscipe servum tuum in bonum, * non calumnientur me superbi.

li mei defecérunt in
e tuum, * et in eló-
justítiæ tuæ.
cum servo tuo secun-
Benedicámus Dómino.

Preces, si dicendæ sint, habentur in Feriis Quadrag., *infrà. p.* 142.

AD HOR

Omnia ut in]

AD VESPE

Pater *et* Ave, *tur à Nonâ:*

℣. Deus, ✠ in a

Psalmi ut in

Ant. Capit. Hymi ad Magníficat, *s Proprio.*

CANTICUM B. M

Luc. 1.

Dei laus ob inca

Myster

MAGNIFICAT * Dóminum,

Et exultávit sp us * in Deo salut

Quia respexit tem ancillæ suæ: * ex hoc beátam omnes generatión

Quia fecit mi qui potens est; tum nomen ejus.

Et misericórd progénie in prog méntibus eum.

Fecit poténtia chio suo: * dispe bos mente cordis

Depósuit poter de, * et exaltávit

Esurientes im nis, * et dívites d nes.

Suscépit Israe suum, * recordát córdiæ suæ,

Sicut locútus es nostros: * Abrah mini ejus in sécul

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui sancto;
℣. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in sǽcula seculórum. Amen.
Post Antiphonam, dicitur:
Dóminus vobíscum.
Oratio conveniens.
Dóminus vobíscum.
Benedicámus Dómino.
Si quæ faciendæ sint Commemorationes, fiunt eo loco.
[*Preces, si dicendæ sint, habentur infrà in Feriis Quadragesimæ.*]

AD COMPLETORIUM.

Omnia ut in Proprio.

Orationem sequentem devotè post Officium recitantibus, Leo Papa X, defectus et culpas in eo persolvendo ex humanâ fragilitate contractas indulsit.

SACROSANCTÆ et indivíduæ Trinitáti, Crucifixi Dómini ostri Jesu Christi humanitáti, beatíssimæ et gloriosismæ semperque Vírginis Maríæ fœcúndæ integritáti, et mnium Sanctórum universitáti, sit sempitérna laus, hoɔr, virtus et glória, ab omni creatúrâ, nobísque remíso ómnium peccatórum, per infiníta sécula seculórum.
℟. Amen.
℣. Beáta víscera Maríæ Vírginis, quæ portavérunt ætérPatris Fílium; ℟. Et beáta úbera quæ lactavérunt Chrism Dóminum..... Pater noster.... Ave, María.

OBLATIO ACTIONIS SS. CORDI JESU.

O clementíssime Jesu, grátias ago tibi ex toto corde ɔo. Propítius esto mihi vilíssimo peccatóri. Ego hanc tiónem óffero divíno cordi tuo emendandam atque perendam, ad laudem et glóriam sanctíssimi Nóminis tui, atíssimæ Matris tuæ, et ómnium Sanctórum tuórum; salútem ánimæ meæ totiúsque Ecclésiæ tuæ sanctæ. Amen.

Post Laudes, additur Ps. De profundis, 72.
℣. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine;
℟. Et lux perpétua lúceat eis.
℣. Requiéscant in pace.
℟. Amen.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam;
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DEUS véniæ largitor et humánæ salútis amátor, q
mus cleméntiam tuam ut nostræ congregatiónis fr
propinquos et benefactóres qui ex hoc século transi
beátâ Maríâ semper Vírgine intercedente cum ón
sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium p
nire concédas.

FIDELIUM Deus ómnium cónditor et redemptor, a
bus famulórum famulárumque tuárum remissiónem
tórum tribue peccatórum; ut indulgéntiam quam se
optavérunt, piis supplicatiónibus consequantur. Qui
et regnas Deus in sécula seculórum.

℟. Amen.

℣. Requiescant in pace.

℟. Amen.]

Ant. Sub tuum præsídium confúgimus, Sancta
Génitrix, nostras deprecatiónes ne despícias in ne
tátibus, sed à periculis cunctis líbera nos semper,
go glorióa et benedicta.

MONSTRA te esse Matrem,
Sumat per te preces
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.



PROPRIUM
DE TEMPORE.

PARS VERNA.



IN FERIIS
-id IV Cinerum us-
Dñicam Passionis.
FFICIUM NOCT.
Dóminum qui vo-
:atóres ad pœnitén-
Veníte, adorémus.

eníte, 130.
Hymnus. C.
lex adumbrávit ve-
,
ɪse sacrávit novi
minister fœderis,
mus jejúnium.
ur ergò párciùs
cibis et pótibus,
jocis; et árctiùs
us in custódiâ.
ta mens cupídinis
rebelles ímpetus;
is arcem, jánua
dat, hostis óccupet.
:s ad aram cérnuo
recémur súpplices:
ɪs, atque víndicem
us iram Júdicis.
ɪ tremende, nos pre-
t
a moles críminum:
a, sed, clemens Pa-
',
lo vinces crímina.
testa quanquàm fíc-
s,
Opus tuum sumus tamen;
Períre ne plebem sinas
Christi redemptam sángui-
ne.
Quod fécimus sana ma-
lum,
Auge bonum quod póscimus;
Da corde contríto, Deus,
Tuam meréri grátiam.
Æterna laus et glória
Tibi sit, ô clemens Deus,
Qui nostra per jejúnium
Das expiáre crímina.
Amen.

Psalmi ad omnes HORAS ut in Psalterio.

Feriâ II et V.

Ant. 4. d. Convertímini ad me, ait Dóminus exercítuum; et convertar ad vos. *Zach.* 1.

Ant. 1. a. Revertátur unusquisque à viâ suâ malâ, et dirígite vias vestras et stúdia vestra. *Jerem.* 18.

Ant. 6. F. Convertímini, convertímini à viis vestris péssimis: et quarè moriémini, domus Israel? *Ezech.* 33.

℣. Ut quid, Dómine, recessisti longè? ℟. Déspicis in opportunitátibus, in tribulatióne. *Ps.* 9.

Absolutio et Benedictiones, ut in Ordinario Breviarii, 133.

Post. 1. *Lect.* ℟. Projícite à vobis omnes prævaricatiónes vestras; et fácite vobis cor novum, et spíritum novum; quia * Nolo mortem morientis, dicit Dñus: revertímini, et vívite. ℣. Patienter agit Dñus propter vos, nolens áliquos períre, sed omnes ad pœniténtiam reverti.* Nolo. *Ezech.* 18. 2. *Petr.* 3.

Post ij Lect. ℟. Quasì columbæ meditantes gemémus; multiplicátæ sunt enim iniquitátes nostræ, et * Peccáta nostra respondérunt nobis; quia scélera nostra nobiscum, et iniquitátes nostras cognóvimus. ℣. Si dixérimus quóniam peccátum non habémus, ipsi nos sedúcimus, et véritas in nobis non est. * Peccáta. *Is.* 59. 1. *Joan.* 1.

℟. iij *Evangelicum, ut in quálibet Feriá.*

Feriá III et VI.

Ant. 4. A. Expectat Dóminus ut misereátur vestrì, et ídeò exaltábitur parcens vobis. *Is.* 30.

Ant. 7. c. Pius et miséricors est Deus, et remíttet in die tribulatiónis peccáta. *Eccli.* 2.

Ant. 2. D. Convertímini, et ágite pæniténtiam, et non erit vobis in ruínam iniquitas. *Ezech.* 18.

℣. Juxtà est Dóm[inus] qui tribuláto sunt [corde.] ℟. Et húmiles spíritu [salvá]bit. *Ps.* 33.

Post j Lect. ℟. Sci[mus qui] dixit: Mihi vindicta, [et ego] retríbuam. * Horren[dum est] incídere in manus [Dei vi]ventis. ℣. Si pœni[téntiam] non egérimus, in[cidémus] in manus Dómini, et [non in] manus hóminum.* H[orren]dum. *Hebr.* 10. *Eccl*[i.]

Post ij Lect. ℟. Tu [quid obliviscé]ris in æternum pe[... nos]bis, * Quarè in per[pétuum] oblivisceris nostrì? C[onvérte] te nos, Dómine, ad [te, et] convertémur. ℣. D[ómine] salva nos, perímus.* [Quarè.] *Thren.* 5. *Matth.* 8.

℟. iij *Evangelicum* [*ut in*] *quálibet Feriá.*

Feriá IV et Sabb[*ato.*]

Ant. 3. à. Mundém[us nos] ab omni inquinamen[to car]nis et spíritûs. 2. *Cor.*

Ant. 8 G. Non es[t abbre]viáta manus Dómini, [ut sal]váre néqueat; neque [aggra]váta est auris ejus, [ut non] exáudiat. *Is.* 59.

Ant. 5. a Adéamu[s] cum fidúciá ad th[ronum] grátiæ, ut miseric[ordiam] consequámur. *Hebr.*

℣. Non repellet [Dóminus] plebem suam. ℟. [Et hæ]reditátem suam non [derelin]quet. *Ps.* 93.

Post j Lect. ℟. Jur...

odíre judícia jus-
' Humiliátus sum
uè, Dómine: vi-
ecundùm verbum
Deus, propítius
peccatóri. * Hu-
's. 118. Luc. 18.
Lect. ℟. Pósui fá-
m ad Dóminum
ım rogáre, et de-
n jejúniis, sacco,
℣. Memor esto
leris, et age pœ-
, * In jejúniis.
Doc. 2.
angelicum, ut in
rià.
itur Te Deum.
d. Orábit ad te,
omnis sanctus,
pore opportúno.

inuò Laudes non
, dicendæ sunt,
ius, Preces positæ
Tertiam.]
LAUDES.
de Psalterio, se-
riam.
MINO Deo nostro
ustítia; nobis au-
sio faciéi nostræ:
s ante Dóminum
rum. Baruch. 1.
). Operiantur sac-
s, et clament ad
in fortitúdine, et
ır vir à vià suà
n. 3.
b. Quiéscite ágere
díscite benefáce-
e judícium. Si fú-

erint peccáta vestra ut cóc-
cinum, quasi nix dealba-
buntur. *Is.* 1.

Ant. 4. d. Non audívimus vocem Dómini, et abívimus in sensum cordis nostri maligni; faciéntes mala ante conspectum Dei nostri. *Bar.* 1.

Ant. 6. C. Purificáte corda, peccatóres; lugéte et ploráte: humiliámini in conspectu Dómini. *Jac.* 4.

Capitulum. *Joel.* 2.

Convertímini ad Dóminum Deum vestrum; quia benignus et miséricors est, pátiens, et multæ misericórdiæ, et præstábilis super malítiâ.

Hymnus. C.

Solemne nos jejúnii
Nunc tempus ad planctum vocat;
Plorat sacerdos; flébili
Clamóre templa pérsonant.

Lugubris at frustrà sonus
Ad Numen irátum venit,
Ni corde pulsus íntimo
Sensum dolóris índicet.

Nil fróntibus sparsus cinis,
Nil scissa vestis próderit,
Ni fracta scindantur simul
Vivo dolóre péctora.

Vultum rigantes flétibus
Flectámus iram Núminis,
Quæ críminis nostri memor,
Inténtat ultríces minas.

O juste Judex! ò Deus!
Sis lentus ad pœnam, Pater;

Das pœnitendi témpora,
Et cor simul da pœnitens.

ÆTERNA laus et glória
Tibi sit, ô clemens Deus,
Qui nostra per jejúnium
Das expiáre crímina. Amen.

℣. Si iniquitátes observáveris, Dómine; ℟. Dómine, quis sustinébit? *Ps.* 129.

Ad Benedictus, *Antiphona ut in quâlibet Feriâ.*

Deindè dicuntur, flexis genibus, sequentes

PRECES.

KYRIE, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater noster, *secretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Ego dixi: Dómine, miserére meî, ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. *Ps.* 40.

℣. Convértere, Dómine, úsquequò? ℟. Et deprecábilis esto super servos tuos. *Ps.* 89.

℣. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos; ℟. Quemádmodùm sperávimus in te. *Ps.* 32.

℣. Sacerdótes tui induantur justítiam, ℟. Et sancti tui exultent. *Ps.* 131.

℣. Orémus pro Papâ nostro *N.* ℟. Pascat hæreditátem Dómini in innocéntiâ cordis sui. *Ps.* 77.

℣. Pro Pastóre nostro *N.* ℟. Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum. *Ps.* 40.

℣. Pro universâ
℟. Memor esto
tiónis tuæ, quam
ab inítio. *Ps.* 73.

℣. Pro Rege
℟. Dñe, salvum fa
et exaudi nos in d
vocavérimus te.

℣. Pro cuncto
℟. Salvum fac po
um, Dñe, et bén
ditáti tuæ: et re
extolle illos usqu
num. *Ps.* 27.

℣. Pro pace. ℟
in virtúte tuâ, a
et abundántia in
tuis. *Ps.* 121.

℣. Pro frátrib
abséntibus. ℟. Bén
mine, bonis et re
Ps. 124.

℣. Pro infirmi
et captívis. ℟. Líb
Israel ex ómnibu
tiónibus suis. *Ps.*

℣. Pro cunctis
defunctis. ℟. Edú
minus in lucem,
justítiam ejus. *M*

Deindè dicitur
fundis, *pag.* 72;
Glória Patri. *Post*

℣. Dómine De
tum, converte n
ostende fáciem tu
vi érimus. *Ps.* 79

℣. Exurge, Dó
juva nos: ℟. Et
propter nomen
43.

℣. Dómine, e

ieam : ℟. Et clamor
te véniat. *Ps.* 101.
ninus vobiscum.
:um spiritu tuo.
: *dicitur Oratio ut*
et Feriâ.
Benedicámus, *si fa-*
: *Commemoratio de*
ncto, fit eo loco.
: *usquè ad Domi-*
ssionis, fit tantùm
ratio pro Pace, ut

eus qui fecit nobis-
ndùm suam miseri-
det nobis jucundi-
dis, et fíeri pacem
nostris. *Eccli.* 50.
ninus virtútem pó-
dabit : ℟. Dómi-
lícet pópulo suo in
28.

Oratio.

quo sancta desidé-
consília, et justa
ra : da servis tuis
m mundus dare
st pacem; ut et
tra mandátis tuis
t hóstium sublátâ
, témpora sint tuâ
e tranquilla; Per.
s vobiscum. *vel*
exaudi. Benedi-
mino.

PRIMAM.

, ✝ in adjutórium.

Hymnus. C.

orto sídere,
cémur súpplices,
: ipse dírigat,
íta, sémitas.

Nil lingua, nil peccet manus;
Nil mens ináne cógitet:
In ore simplex véritas,
In corde regnet cáritas.

Incoepta dùm fluet dies,
O Christe, custos pérvigil,
Quas sævus hostis óbsidet,
Portas tuére sénsuum.

Præsta diurnus ut tuæ
Subsérviat laudi labor:
Auctóre quæ te cœpimus,
Da, te favente, prósequi.

Superba ne nimis caro
Menti licenter ímperet,
Carnis domet supérbiam
Potûs cibique párcitas.

In Quadragesimâ.

¶ Æterna laus et glória
Tibi sit, ô clemens Deus,
Qui nostra per jejúnium
Das expiáre crímina.
Amen.

Tempore Passionis.

¶ Qui Fílium tradit, Patri,
Natoque sit laus víctimæ;
Par sit tibi laus, qui sacram
Succendis aram; Spíritus.
Amen.

¶ *Hæc utraque Doxologia omittitur in Festis, quandò propria assignatur.*

Psalmi de Feriâ; et sic ad alias HORAS.

Ant. 2. D. Dómino Deo nostro justítia, nobis autem confúsio faciéi nostræ : peccávimus ante Dñum Deum nostrum *Baruch.* 1.

[*Quotiès dicti sunt Psalmi de Dominicâ, dicitur sequens*

Capitulum. *Ephes.* 5.

Eratis aliquandò ténebræ; nunc autem lux in Dómino. Ut fílii lucis ambuláte; fructus enim lucis est in omni bonitáte, et justítiâ, et veritáte : probantes quid sit beneplácitum Deo.

℟. Deo grátias.]

[*Aliis diebus,*

Capitulum. *Ephes.* 5.

Videte, fratres, quómodò cautè ambulétis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quóniam dies mali sunt.

℟. Deo grátias.]

℟. *br.* Christe, Fili Dei vivi, * Miserére nobis. *Repet.* Christe, Fili Dei vivi, * Miserére nobis. ℣. Qui venisti * peccatóres salvos fácere, * Miserére nobis. Glória Patri, et Filio, * et Spirítui sancto. *Repet.* Christe, Fili Dei vivi, * Miserére nobis. *Matth.* 16. *Tob.* 8. *Timoth.* 1.

{ *Temp. Pass.* ℣. Qui passus es * pro nobis, * Miserére nobis. *Non dicitur* Glória Patri. *sed repet.* Christe, Fili.]

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Ps.* 43.

(*In Dominicis et in Festis, hic dicitur:* Dóminus vobiscum. ℟. Et cum Spíritu tuo. *Deindè Oratio* Dómine Deus, *ut infrà, omissis precibus.*)

Deindè dicuntur
nibus sequentes

Preces

Kyrie, eléison.
eléison. Kyrie, el

Pater noster, *s*

℣. Et ne nos i
tentatiónem; ℟. S
nos à malo.

Credo in Deum

℣. Carnis resurr

℟. Vitam ætern

℣. Et ego ad te
clamávi; ℟. Et m
mea prævéniet te.

℣. Repleátur
laude; ℟. Ut ca
riam tuam, totâ
túdinem tuam. *P*

℣. Averte fácie
peccátis meis; ℟.
iniquitátes meas d

℣. Cor mundu
me, Deus; ℟. E
rectum ínnova in
meis. *Ps.* 50.

℣. Ne projícias
tuâ; ℟. Et Spírit
tum tuum ne áuf
Ps. 50.

℣. Redde mih
salutáris tui; ℟.
principáli confirm
50.

℣. Eripe me,
ab hómine malo;
iniquo éripe me.

℣. Eripe me d
meis, Deus meus
insurgentibus in
me. *Ps.* 58.

℣. Eripe me de

tátem; ℟. Et de
ùnum salva me.

psalmum dicam
› in séculum sé-
Ut reddam vota
: in diem. *Ps.* 60.
;e me, Dómine,
tuâ, et doce me;
. es Deus salvátor
24.
ıiníscere misera-
ıárum, Dómine,
:ricordiárum tuá-
e à século sunt.

dic, ánima mea,
℟. Et ómnia quæ
unt, nómini sanc-
s. 102.
edic, ánima mea,
℟. Et noli oblivis-
retributiónes ejus.

propitiátur ómni-
itátibus tuis;
sanat omnes infir-
as. *Ps.* 102.
rédimit de intéri-
tuam; ℟. Qui co-
in misericórdiâ et
nibus. *Ps.* 102.
replet in bonis de-
tuum: ℟. Renová-
quilæ juventus tua.
]
lè signando se,
ıtórium nostrum ✝
e Dómini,
fecit cœlum et ter-
123.
nadarius facit con-
rs verna.

fessionem, mediocri voce di-
cens:

Confiteor Deo omnipo-tenti, beátæ Maríæ semper vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joanni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, (et vobis, fratres;) quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere; [*Ad hæc verba, ter percutitur pectus:*] meâ culpâ, meâ culpâ, meâ máximâ culpâ. Ideò precor beátam Maríam semper vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joannem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, (et vos, fratres,) oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus dicit:

Misereátur tuî omnípotens Deus; et, dimissis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætcrnam. *Hebdomadarius respondet,* Amen.

Deindè Chorus facit Confessionem; et ubì dictum est: vobis, fratres, *et* vos, fratres, *dicit:* tibi, pater, *et* te, pater.

[*Mulieres in suis Conventibus, loco* fratres *et* pater, *dicunt:* soróres *et* mater.]

Factâ Confessione à Choro, Hebdomadarius dicit:

Misereatur vestrì omnípotens Deus; et, dimissis

peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam.

℟. Amen.

[*Qui solus recitat, semel dicit,* Confiteor. *omissis vocibus quæ clauduntur parenthesi, et additâ particulâ* et, *ante voces* ómnibus *et* omnes. *Deindè* Misereátur. *semel, ad quod dicit,* nostrî, nostris, nos.]

Deindè signando se,

INDULGENTIAM, ✝ absolutiónem, et remissiónem peccatórum nostrórum tribuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus. ℟. Amen.

Elevans vocem, dicit:

℣. Exaudi nos, Deus salutáris noster, ℟. Spes ómnium fínium terræ. *Ps.* 64.

℣. Miserére nostrî, Dómine, ℟. Miserére nostrî. *Ps.* 122.

℣. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, ℟. Quemádmodùm sperávimus in te. *Ps.* 32.

℣. Dñe, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101.]

℣. Dóminus vobiscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

DOMINE Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos pervenire fecisti: tuâ nos hódiè salva virtúte; ut ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justítiam faciendam nostra procédant elóquia, dirigantur cogitatiónes ra; Per Dóminum Jesum, etc.

℣. Dóminus vobi

℟. Et cum spíritu

℣. Benedicámus

℟. Deo grátias.

AD OFFICIUM CA

Post lectionem M gii, in cujus fine n pondetur, Hebdom

℣. Pretiósa in c Dómini ℟. Mors Sa ejus. *Ps.* 11

SANCTA María, e Sancti ádjuvent no tiónibus suis pro Deum; ut secund qui vocávit nos, S et ipsi in omni con ne sancti simus. 1 *Rom.* 15. 1. *Petr.* 1

Deindè, ubi leg crologium, post e nem dicitur Ps. De dis. *et in fine,* Réqu ℣. ℣. Requiescant Dómine, exaudi. vobiscum. *et Orat* ve. *ut habetur in Noct Officii Defun*

Posteà dicitur: in adjutórium meu de: ℟. Dómine, vandum me festín

℣. Deus, in a meum intende: ℟ ad adjuvandum n

℣. Deus, in a meum intende: ℟ ad adjuvandum n

Glória Patri, et

Sancto : Sicut erat
pio, et nunc, et
et in sécula secu-
men.
, eléison. Christe,
Kyrie, eléison. *Se-*
ter. *Altâ voce*, ℣. Et
indúcas in tenta-
℟. Sed líbera nos à

pice in servos tuos,
et in ópera tua;
fílios eórum. ℟. Et
ndor Dómini Dei
per nos; et ópera
nostrárum dírige
s, et opus mánuum
m dírige. *Ps.* 89.
. Patri. *et* Sicut erat.
Oremus.
ne et sanctificáre,
t gubernáre digná-
nine Deus, Rex cœ-
ræ, hódiè corda et
nostra, sensus,
s et actus nostros,
tuâ et in opéribus
órum tuórum; ut
in æternum, te au-
,. salvi et líberi esse
ur, Salvátor mun-
. vivis et regnas in
eculórum.
nen.
r, Jube, Domne,
ere. [*Lectrix dicit :*
: solus vel sola reci-
it : Dómine.] *Bened.*
minus leges suas in
n nostram, et in cor-
ro superscríbat eas.
. ℟. Amen.

Tùm fit lectio Canonis, qui pro singulis diebus habetur suo loco; in cujus fine dicitur : Tu autem, Dñe, miserére nostrî.

℟. Deo grátias.

Post Lectionem, Hebdomadarius dicit : Adjutórium ✝ nostrum in nómine Dómini, ℟. Qui fecit cœlum et terram. *Ps.* 123.

Submissiori voce dicit : Benedícite. *Lector versus ad eum*, Deus. *Hebd.* Deus pacis aptet nos in omni bono, ut faciámus ejus voluntátem, fáciens in nobis quod pláceat coram se, per Jesum Christum, cui est glória in sécula seculórum. *Hebr.* 13.

Lector, Amen.

Post quamlibet Horam, si aliud Officium non sequatur, dicitur secretò : Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

Deindè Pater noster.

AD TERTIAM.

Pater *et* Ave, *si separetur à Primâ.*

℣. Deus, ✝ in adjutórium.

Hymnus. C.

O fons amóris, Spíritus,
O sancte donórum parens,
Tuas refúsus íntimis
Accende flammas córdibus.

Qui caritátis vínculo
Cum Patre nectis Fílium,
Et nos amóris mútui
Arctis coapta néxibus.

In Quadragesimâ.

ÆTERNA laus et glória
Tibi sit, ô clemens Deus;
Qui nostra per jejúnium
Das expiáre crímina. Amen.

Tempore Passionis.

QUI Fílium tradit, Patri,
Natoque sit laus victimæ;
Par sit tibi laus, qui sacram
Succendis aram, Spíritus.
Amen.

[*In Dom. et in Festis, Ant. Capit.* ℟. *br. et* ℣. *habentur in Proprio vel in Communi; et sic ad Sextam et Nonam.*]

Ant. 7. b. Operiantur saccis hómines, et clament ad Dóminum in fortitúdine, et convertátur vir à viâ suâ malâ. *Jonæ* 3.

CAPITULUM. *Joel.* 2.

NUNC, dicit Dóminus, convertímini ad me in toto corde vestro, in jejúnio, et in fletu, et in planctu; et scíndite corda vestra, et non vestimenta vestra.

℟. *br.* Converte nos, * Deus salutáris noster. Converte. ℣. Et averte iram tuam * à nobis, * Deus. Glória Patri. Converte. *Ps.* 84.

℣. Oculi nostri ad Dñum Deum nostrum, ℟. Donec misereátur nostrî. *Ps.* 122.

Deindè dicuntur, flexis genibus, sequentes

PRECES.

KYRIE, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater noster. *secretò.*

℣. *Et ne* nos indúcas in tentatiónem; ℟. Se nos à malo.

℣. Dómine Deus tum, converte nos ostende fáciem tu salvi érimus. *Ps.* 79

℣. Exurge, Dñe, nos; ℟. Et rédime n ter nomen tuum. *Ps*

℣. Dómine, exa tiónem meam; ℟. Et meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobi
℟. Et cum spíritu

Oratio conveni

℣. Dóminus vobi
℟. Et cum spíritu
℣. Benedicámus
℟. Deo grátias.

AD SEXTA

Pater *et* Ave, *si tur ab Horâ præced. ad Nonam.*

℣. Deus, † in adj

HYMNUS.

NUNC solis excelsu
Pleno coruscat lúmi
Sic, Christe, tu
novâ,
Sol verus, accendis

FAC pura nostris
Lux veritátis ménti
Fac nostra plenam
Crescendo surgat a

In Quadrag. Æt *suprà.*

Temp. Passioni Fílium. *ut suprà.*

Ant. 3. b. Quiésc re perversè, díscite cere: quærite judi fúerint peccáta

, quasi nix deal-
Is. 1.
tulum. *Is.* 55.
quat ímpius viam
ir iníquus cogi-
tas, et revertátur
im, et miserébi-
et ad Deum nos-
óniam multus est
ndum.
Miserére nostrî,
* Miserére nos-
re. ℣. Quia mul-
i sumus * despec-
Miserére. Glória.
Ps. 122.
a flagella pecca-
perantem autem
misericórdia cir-
Ps. 31.
suprà ad Tertiam.
o convenicns.

NONAM.

, † in adjutórium.
Hymnus. C.
olútus ímpetu,
noctem dies;
prémam cito
l metam gradu.
iste, dùm fixus

orbi bráchia,
crucem; tuo
amplexu mori.
lrag. Ætérna. *ut*

e Passionis, Qui
suprà.
. Purificáte corda,
: lugéte, et plo-
iliámini in cons-
uini. *Jac.* 4.

Capitulum. *Joel.* 2.

Inter vestíbulum et altáre plorábunt Sacerdótes, minístri Dómini; et dicent: Parce, Dómine, parce pópulo tuo; et ne des hæreditátem tuam in oppróbrium.

℟. *br.* Propter glóriam nóminis tui, * Dómine, líbera nos. Propter. ℣. Et propítius esto peccátis nostris * propter nomen tuum. * Dómine. Glória. Propter. *Ps.* 78.

℣. Sacrifícium Deo spíritus contribulátus: ℟. Cor contrítum et humiliátum, Deus, non despícies. *Ps.* 50.

Preces, ut suprà ad Tertiam.

Oratio convéniens.

AD VESPERAS.

Psalmi de Psalterio, secundùm Feriam.

Ant. 2. D. Pœniténtiam ágite: appropinquávit enim regnum cœlórum. *Matth.* 3.

Ant. 4. A. Si pœniténtiam non egéritis, omnes simíliter períbitis. *Luc.* 13.

Ant. 6. F. Si revertámini et quiescátis, salvi éritis. *Is.* 30.

Ant. 7. d. Auferte deos aliénos de médio vestrî: et præparáte corda vestra Dómino. 1. *Reg.* 7.

Ant. 5. a. Exáudiet Dóminus preces vestras, si permanséritis in jejúniis, et oratiónibus. *Judith.* 4.

Capitulum. *Ezech.* 33.

Si impius in mandátis vitæ ambuláverit, nec fécerit quidquam injustum, vitâ vivet, et non moriétur. Omnia peccáta ejus, quæ peccávit, non imputabuntur ei.

Hymnus. *S. Ambr.*

Audi, benigne Cónditor,
Nostras preces cum flétibus,
In hoc sacro jejúnio
Fusas quadragenário.

Scrutator alme córdium,
Infirma tu scis vírium;
Ad te reversis éxhibe
Remissiónis grátiam.

Multum quidem peccávimus;
Sed parce confiténtibus:
Ad nóminis laudem tui
Confer medélam lánguidis.

Sic corpus extrà cónteri
Dona per abstinéntiam,
Jejúnet ut mens sóbria
A labe prorsùs críminum.

Præsta, beáta Trínitas,
Concéde, simplex Unitas,
Ut fructuósa sint tuis
Jejuniórum múnera.
Amen.

℣. Tempus beneplácit i, Deus: ℟. In multitúdine misericórdiæ tuæ exaudi me. *Ps.* 68.

Ad Magníficat. *Antiphona ut in quálibet Feriâ.*

Deindè dicuntur preces, ut suprà ad Laudes, 142. *In iis, loco Ps.* De profundis. *dicitur Ps.* Miserére. 126.

Oratio, ut infrà bet Feriâ, post Magníficat.

Dicto Benedicám *cienda sit Comme aliquo Sancto, fit*

(In feriis Qua fit de ullo Festo, n lemne-minus aut s plicia vel antici transferuntur. De simpl. fit commem de illis legitur qu in Noct.)

Deindè, usquè Passionis, pro Pa

Ant. Deus men tamenti sui, et cem; nec déserat re malo. 2. *Mach*

℣. Dóminus D tur pacem ℟. In p am. *Ps.* 84.

Oremu

Deus, à quo sanc ria, recta consília sunt ópera: da illam quam mu non potest pacem da nostra mandáti dita, et hóstium s mídine, témpor protectióne tranq Dóminum nostru

℣. Dóminus vo

℣. Benedicámu

AD COMPLET

Pollice signand

℣. Converte ✠ salutáris noster; te iram tuam à no

℣. Deus, ✠ in a

ì et Antiph. de Psal- 'undùm Feriam.

Hymnus. C.

oon æterni Patris,
ste, qui verus dies,
ux de lúmine,
gas calíginem:
lis abscessit jubar,
e succédunt vices:
erum donas diem,
octis ótia.
sa torpent lúmina,
ad te mens vigil:
qui te díligunt,
ére dexterâ.
s molesti córporis
tardat sárcina,
is alis libero
olátu téndere.
salútis única,
sto súpplicum:
quos mercátus es
fusi sánguinis.

Quadragesimâ.

ana laus et glória
ô clemens Deus,
a per jejúnium
áre crímina.
Amen.

ore Passionis.

Fílium tradit, Patri,
sit laus víctimæ;
i laus, qui sacram
s aram, Spíritus.
Amen.

ès dicti sunt Ps. , dicitur sequens

itulum. 1. Thes. 5.

os filii lucis estis, éi: non sumus noc- e tenebrárum; ígitur non dormiámus sicut et céteri; sed vigilémus et sóbrii simus.]

Aliis diebus.

Capitulum. 1. *Petr.* 5.

Sobrii estóte, et vigiláte; quia adversárius vester diábolus, tanquàm leo rúgiens, circuit quærens quem dévoret: cui resístite fortes in fide.

Temp. Quadrag. ℟. *br.* In manus tuas, Dómine, * Commendo spíritum meum. In manus. ℣. Redemisti me, Dómine, * Deus veritátis: * Commendo. Glória. In manus. *Ps.* 30.

[*Temp. Pass. omisso* Glória Patri, *post reclamationem repetitur* In manus.]

℣. Custódi me, Dómine, ut pupillam óculi: ℟. Sub umbrâ alárum tuárum prótege me. *Ps.* 16.

Ant. 2. D. Recogitábo.

Canticum *Simeonis.*

Luc. 2.

Nunc dimittis servum tuum, Dómine, * secundùm verbum tuum, in pace.

Quia vidérunt óculi mei * Salutáre tuum,

Quod parasti * ante fáciem ómnium populórum,

Lumen ad revelatiónem géntium, * et glóriam plebis tuæ Israel.

Ant. Recogitábo tibi, Dómine, omnes annos meos in amaritúdine ánimæ meæ. *Is.* 38.

[*In Dominicis et in Festis, hic dicitur :* Dóminus vobiscum. *deindè oratio* Visita, etc. *infrà, omissis precibus.*]

In Feriis, dicuntur, flexis genibus, sequentes

PRECES.

KYRIE, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater noster. *secretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed libera nos à malo.

Credo in Deum. *secretò.*

℣. Carnis resurrectiónem, ℟. Vitam æternam. Amen.

℣. Benedictus es, Dómine, Deus patrum nostrórum; ℟. Et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sécula. *Dan.* 3.

℣. Benedictum nomen glóriæ tuæ sanctum; ℟. Et laudábile, et superexaltátum in ómnibus séculis. *Dan.* 3.

℣. Benedictus es in firmamento cœli; ℟. Et laudábilis, et gloriósus in sécula. *Dan.* 3.

℣. Benedícat nos Deus, Deus noster; ℟. Benedícat nos Deus. *Ps.* 66.

Deindè fit Confessio, ut suprà ad Primam. 145.

℣. Exaudi nos, Deus salutáris noster, ℟. Spes ómnium finium terræ. *Ps.* 64.

℣. Miserére nostrî, Dómine : ℟. Miserére nostrî. *Ps.* 122.

℣. Fiat misericórdia Dómine, super nos,

℟. Quemádmodùm rávimus in te. *Ps.* 32.

℣. Dómine, exaudi o nem meam; ℟. Et cl meus ad te véniat. *Ps.*

℣. Dóminus vobiscu

OREMUS.

VISITA, quæsumus, I ne, habitatiónem nost et omnes insídias inim eâ longè repelle : Ang sancti hábitent in e nos in pace custódia benedictio tua sit sup semper ; Per.

℣. Dóminus vobi

℣. Benedicámus Dî

Finito Completorio missâ voce dicitur : (Dómini nostri Jesu Cl et cáritas Dei, et com cátio Sancti Spiritûs s ómnibus vobis. ℟. Am *Cor.* 13.

[*Solus recitans,* N

Posteà, si sit usus rum, dicitur usquè riam iv Majoris Hebd quens

ANTIPHONA DE B

AVE, Regína cœlór Ave, dómina Angeló Salve, radix; salve, Ex quâ mundo lux es Gaude, Virgo glorió Super omnes speciós Vale, ô valdè decóra Et pro nobis Christ xóra.

℣. Elégit eam Dó

ıabitatiónem sibi.

OREMUS.

, misericors Deus, nostræ præsídi-ui sanctæ Dei Ge-emóriam ágimus, ónis ejus auxilio à ıiquitátibus resur-'er eumdem.

mpletum Officium :retò, Pater. Ave.

DOMINICIS ADRAGESIMÆ.

ut in Proprio, præ-e sequuntur.

'FIC. NOCT., In-: et Hymnus, ut suprà in Feriis; In I. Nocturno Antiphonæ et versiculus notati pro Fer. II. et V.; In II. Noct. notati pro Fer. III. et VI.; In III. Noct. notati pro Fer. IV. et Sabb.

AD LAUDES, HORAS et VESP., Hymni ut in Feriis.

AD HORAS, Antiphonæ de II. Vesperis, primâ prætermissâ.

AD PRIMAM, Capit. Eratis. *reliq. ut in Feriis.*

AD COMPLET. Capit. Omnes vos. *reliq. ut in Feriis.*

Non dicuntur preces ad ullas Horas, nec Suffrag.

RIA QUARTA CINERUM,

IN CAPITE JEJUNII.

ut suprà in Offi-ırum Quadragesi-ìitis quæ sequun-

FICIUM NOCT.

LECTIO j.

libro Génesis.

Cap. 37.

çùm sédecim esset , pascébat gregem :ribus suis adhuc :rat cum filiis Balæ æ uxórum patris sávitque fratres su-patrem crímine Israel autem dili-seph, super omnes fílios suos, eò quòd in senectúte genuisset eum; fecítque ei túnicam polymitam. Videntes autem fratres ejus quòd à patre plùs cunctis fíliis amarétur, óderant eum; nec póterant ei quidquam pacíficè loqui. Accidit quoque ut visum sómnium referret frátribus suis, quæ causa majóris ódii semináricum fuit. Dixitque ad eos : Audíte sómnium meum quod vidi : Putábam nos ligáre manípulos in agro, et quasi consúrgere manípulum meum, et stare; vestrosque manípulos circum-

stantes adoráre manípulum meum. Respondérunt fratres ejus: Nunquìd rex noster eris? aut subjiciémur ditióni tuæ? Hæc ergò causa somniórum atque sermónum, invídiæ et ódii fómitem ministrávit.

Lectio ij.

Cumque fratres illíus in pascendis grégibus patris morarentur in Sichem, dixit ad eum Israel: Fratres tui pascunt oves in Síchimis: veni, mittam te ad eos. Quo respondente, Præstò sum, ait ei: Vade, et vide si cuncta próspera sint erga fratres tuos et pécora; et renúntia mihi quid agátur. Missus de valle Hebron, venit in Sichem: invénitque eum vir errantem in agro, et interrogávit quid quæreret. At ille respondit: Fratres meos quæro, índica mihi ubì pascant greges. Dixitque ei vir: Recessérunt de loco isto; audívi autem eos dicentes: Eámus in Dóthain. Perrexit ergò Joseph post fratres suos, et invénit eos in Dóthain. Qui cùm vidissent eum procùl, ántequàm accéderet ad eos, cogitavérunt illum occídere; et mútuò loquebantur: Eccè somniátor venit; veníte, occidámus eum, et mittámus in cisternam véterem; dicémusque: Fera péssima devorávit eum; et tunc apparébit quid illi sómnia sua.

Lectio iij.

Léctio sancti Evan
cundùm Matth
Cap. 6.

In illo témpore; di
discípulis suis: Cùn
tis, nolíte fíeri sic
critæ, tristes. Et ré

Homília sancti A
Epíscopi.

Serm. 207. *in Qu*
tertius.

Jejunemus humilia
mas nostras, appro
te die quo magister
tis humiliávit sem
factus súbditus u
mortem crucis. Imi
jus crucem, abstiné
vis edómitas conc
tias configentes. Ca
corpus nostrum,
túti subjiciámus;
indómitam carnem
ta prolabámur, in
mandâ aliquantùm
subtrahámus. Cráp
brietas étiam per d
ros devitanda; per
tem dies étiam
prándia removend
tibi obtemperábit
inhæreat aliénis,
frænári consuéve
suis. Cavendum est
tes, non mínuas vo
Parcimónia jejúniis
gátur. Sicut vent
ganda satúritas,
irritamenta cavend

rtímini ad me,
ius, in toto cor-
in jejúnio, et in
in planctu; et
corda vestra
stimenta vestra.
nátis, nolíte fieri
critæ, tristes :
it enim fácies su-
páreant hómini-
ntes. * Scíndite.
cíndite. *Joel.* 2.

dictus. *Ant.* 2. Ɒ.
ias, unge capút
ciem tuam lava,
hominibus jejú-
h: 6.

Oratio.

ómine, fidélibus
niórum veneran-
, et cóngruâ pie-
iant, et secúrâ
percurrant; Per.

ANON.

llio Coloniensi.
536. *Part.* 9.
Can. 6.

simæ institútio
ia est, et à tem-
ostolórum ad nos
icta; cujus viola-
que generálibus
præsertim Tole-
, acérrimè redar-
religiónique con-
nstrantur. Quos
curvat, aut lan-
iuat, aut necés-
, non ante pro-
áre præsúmant,
cerdóte permis-
sum esse percípiant.

[*Hodiè, et deinceps usquè ad Pascha, præterquàm diebus Dom., Vesp. dicuntur in Ecclesiis ante comestionem.*]

Ad Magníficat. *Ant.* 4. A. Thesaurizáte vobis thesauros in cœlo, ubi neque ærúgo, neque tínea demolítur. *Matth.* 6.

Oratio.

Inclinantes se, Dómine, majestáti tuæ, propítius intuére; ut qui sancta jejúnia contríti suscípiunt, ad festa ventúra cœléstibus læti pervéniant auxíliis; Per.

FERIA QUINTA

Post Cineres.

Lectio. j.

De libro Génesis.

Cap. 37.

Dixit Judas frátribus suis : Quid nobis prodest, si occidérimus fratrem nostrum, et celavérimus sánguinem ipsíus? Méliùs est ut venundétur Ismaelítis, et manus nostræ non polluantur; frater enim et caro nostra est. Acquievérunt fratres sermónibus illíus. Et prætereúntibus Madianítis negotiatóribus, extrahentes eum de cisternâ, vendidérunt eum Ismaelítis, viginti argénteis : qui duxérunt eum in Ægyptum. Reversusque Ruben ad cisternam, non invénit púerum. Et scissis véstibus, pergens ad fratres suos, ait :

Puer non compáret, et ego quò ibo? * Tulérunt autem túnicam ejus, et in sánguine hædi, quem occíderant, tinxérunt, mittentes qui ferrent ad patrem, et dícerent: Hanc invénimus; vide utrùm túnica filii tui sit, an non. Quam cùm agnovisset pater, ait: Túnica filii mei est; fera péssima comédit eum, béstia devorávit Joseph. Scissisque véstibus, indútus est cilício, lugens filium suum multo tempore.

Lectio ij. *Cap.* 39.

Igitur Joseph ductus est in Ægyptum, emitque eum Pútiphar eunúchus Pharaónis, princeps exércitûs, vir Ægyptius, de manu Ismaelitárum à quibus perductus erat. Fuitque Dóminus cum eo, et erat vir in cunctis próspere agens: habitávitque in domo dómini sui, qui óptimè nóverat Dóminum esse cum eo; et ómnia quæ géreret, ab eo dírigi in manu illíus. Invénitque Joseph grátiam coram dómino suo, et ministrábat ei, à quo præpósitus ómnibus, gubernábat créditam sibi domum, et universa quæ ei trádita fúerant: benedixitque Dóminus dómui Ægyptii propter Joseph, et multiplicávit tàm in ædibus quàm in agris cunctam ejus substántiam; nec quidquam áliud nóverat, nisi panem quo vescebátur. Erat autem Joseph pulchrâ fácie, et decórus aspectu.

Lectio iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Matthæum.

Cap. 8.

In illo témpore; Cùm introisset Jesus Caphárnaum, accessit ad eum Centúrio, rogans eum, et dicens: Dómine, puer meus jacet in domo paralyticus, et malè torquétur. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Episcopi.

Serm. 62. *de verb. Evang. Matth.* 8.

Audivimus, cùm Evangélium legerétur, fidem nostram in humilitáte laudári. Ad domum quippè Centuriónis cùm se promítteret Dóminus Jesus itúrum, ut púerum ejus sanáret, ille respondit: Non sum dignus, ut sub tectum meum intres, sed tantùm dic verbum, et sanábitur. Dicendo se indignum, præstitit dignum; non in cujus paríetes, sed in cujus cor Christus intráret. Neque hoc díceret cum tantâ fide et humilitáte, nisi illum quem timébat intráre in domum suam, corde gestáret. Nam non erat magna felícitas, si Dóminus Jesus intráret in paríetes ejus, et non esset in péctore ejus.

℟. Centúrio, ait: Dómi-

a dignus, ut in-
tum meum; sed
c verbo, et † Sa-
r meus. ℣. Dó-
, eccè tu fecisti
rram in fortitú-
gnâ : non erit
omne verbum :
lória Patri. † Sa-
tth. 8. *Jerem.* 32.
lictus. *Ant.* 2. D.
nturiónem Jesus,
, et sequéntibus
nen dico vobis,
tantam fidem in
th. 8.

Oratio.

culpâ offénderis,
placáris; preces
supplicantis pro-
e, et flagella tuæ
quæ pro peccátis
rémur, averte ;
um.

ANON.

ilio Toletáno
ctávo.
653. *Can.* 9.
interdícitur, ut
osque inevitábili
atque fragilitá-
i languóre, seu
is impossibilitáte,
adragésimæ esum
præsúmpserit at-
non solùm reus
ectiónis domíni-
étiam aliénus ab
sanctâ commu-

RÆ de sequenti.

FERIA SEXTA
Post Cineres, fit Officium
De quinque Plagis
Christi.
Duplex-majus.
Psalmi de Feriâ in omni Officio.

IN I. VESPERIS.

Ant. 4. f. Quid sunt plagæ istæ in médio mánuum tuárum? *Zach.* 13.

Ant. 7. b. His plagátus sum in domo eórum, qui diligébant me. *Zach.* 13.

Ant. 3. a. Quarè rubrum est indumentum tuum, et vestimenta tua sicut calcántium in torculári? *Is.* 63.

Ant. 2. D. Tórcular calcávi solus, et aspersus est sanguis eórum super vestimenta mea : annus redemptiónis meæ venit. *Is.* 63.

Ant. 1. a. Ego sum, ego sum ipse qui déleo iniquitátes tuas propter me; et peccatórum tuórum non recordábor. *Is.* 43.

Capitulum. *Zach.* 12.

Effundam super domum David, et super habitatóres Jerúsalem spíritum grátiæ et precum; et aspícient ad me, quem confixérunt.

℟. Aspiciámus in auctórem fídei, et consummatórem Jesum, * Qui propósito sibi gáudio, sustínuit crucem, † Confusióne contemptâ. ℣. Omnes nos quasi oves errávimus, unusquisque in viam suam declinávit : et

pósuit Dóminus in eo iniquitátem ómnium nostrûm; * Qui propósito. Glória. † Confusióne contemptâ. *Hebr.* 12. *Is.* 53.

HYMNUS. S. M.

PROME vocem, mens, canóram,
Plange tristi cármine;
Dic crucifixi dolóres,
Mórtui dic vúlnera,
Innocens quæ sponte Christus
Pro reis fert víctima.

CÆSUS immíti furóre
Nostra propter crímina,
Nos suo livóre sanat,
Nos jacentes érigit;
Et fovet plagas tumentes,
Et cruentas álligat.

TRANS manus pedesque fixus,
Nostra rumpit víncula;
Totque fontes sunt salútis,
Quot fluit plagis cruor;
Et quibus clavis tenétur,
Nos tenet fixos cruci.

MORTUI pectus sacrátum
Vulnerátur lánceâ;
Indè sanguis mistus undâ
Férvidus prolábitur:
Ad lavácrum præbet undam,
Ad corónas sánguinem.

FAC, Redemptor, hauriámus
His aquas de fóntibus:
Póculum sint ac medéla,
Sint et olim præmium;
Ut redemptus, te per omne
Laudet orbis séculum.
Amen.

℣. Supra dorsum meum fabricavérunt pecca
℟. Prolongavérunt in tem suam. *Ps.* 128.

Ad Magníficat. *An*
Propter scelus pópu percussi eum; et D vóluit contérere eum firmitáte: si posúer peccáto ánimam sua débit semen longævi 53.

Oratio, ut infrà ad

Pro Commem. Fe

Ant. Multi ab ori occidente vénient, cumbent cum Abrah Isaac, et Jacob in cœlórum; filii auter ejicientur in ténebri rióres. *Matth.* 8.

℣. Tempus bene Deus: ℟. In multitúd sericórdiæ tuæ, exa *Ps.* 68.

ORATIO.

IMPLORANTES, Dóm sericórdiam tuam, pópulos propítius i ut qui præter te áli novérunt, tuis semp fíciis glorientur; Pe

Ad Complet. ut sup

Dox. Qui Fílium

AD OFFICIUM N

Invit. Christum iniquitátes nostras v tum, * Veníte, ad *Is.* 53.

Ps. 94. Veníte. 1

HYMNUS. C. et

LUGETE, pacis Ang
Mortális en ultrò D

ns imáginem,
:entùm sústinet.
:e corpus ínno-

;ellis scíndere.
s addis vúlneri?
otum vulnus est.
ra ossa cárnibus,
artus it cruor;
s uvæ sic fluit
ı vis præli domat.
ıanus, clavis pe-

ıæret stípiti:
ıui tenáciùs
ret vínculis!
) miráculum!
ımáni stupor!
ıs neci datur;
ıontes pàti!
piternis crux tua,
flammis éruit:
ıdex, hìc seca,
æternum modò.
:lámat; sed Patris
ıntas: nos tuâ
fortes sequi,
l exemplo doces.
sanátos tuo,
tos sánguine,
ne novam sinas
; tibi crucem.
ium tradit, Patri,
it laus víctimæ:
i laus, qui sacram
aram, Spíritus.
Amen.

NOCTURNO.

à. Conclúsit me
l iníquum, et má-
ɔiórum me trádi-
6.

Ant. 2. D. Circúmdedit me lánceis suis, convulnerávit lumbos meos, et non pepercit. *Job.* 16.

Ant. 5. a. Concídit me vúlnere super vulnus, írruit in me quasi gigas. *Job.* 16.

℣. Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi; ℟. Et confirmasti super me manum tuam. *Ps.* 37.

Lectio j.

De libro Génesis.

Cap. 42.

Erat fames in terrâ Chánaan; et Joseph erat princeps in terrâ Ægypti, atque ad ejus nutum frumenta pópulis vendebantur. Cùmque adorassent eum fratres sui, et agnovisset eos, quasì ad aliénos dúriùs loquebátur, intérrogans eos: Undè venistis? Qui respondérunt: De terrâ Chánaan, ut emámus víctui necessária. Et tamen fratres ipse cognoscens, non est cógnitus ab eis. Recordátusque somniórum quæ aliquandò víderat, ait ad eos: Exploratóres estis; ut videátis infirmióra terræ venistis. Qui dixérunt: Non est ità, dómine; sed servi tui venérunt ut émerent cibos. Omnes fílii uníus viri sumus: pacífici vénimus, nec quidquam fámuli tui machinantur mali.

℟. In conspectu tuo, Dómine, sunt omnes qui tribulant me: * Et sustínui qui simul contristarétur, et non

fuit; quóniam quem tu percussisti, persecúti sunt, et super dolórem vúlnerum meórum áddidérunt. ℣. Christus non sibi plácuit; sed, sicut scriptum est : Impropéria improperántium tibi cecidérunt super me: * Et. *Ps.* 68. *Rom.* 15.

LECTIO ij. *Cap.* 45.

ELEVAVIT Joseph vocem cum fletu: quam audiérunt Ægyptii, omnisque domus Pharaónis, et dixit frátribus suis: Ego sum Joseph: adhuc pater meus vivit? Non póterant respondére fratres nímio terróre pertérriti. Ad quos ille clementer : Accédite, inquit, ad me. Et cùm accessissent propè: Ego sum, ait, Joseph, frater vester, quem vendidistis in Ægyptum. Nolíte pavére, neque vobis durum esse videátur quòd vendidistis me in his regiónibus; pro salúte enim vestrâ misit me Deus ante vos in Ægyptum. Biénnium est enim quòd cœpit fames esse; et adhuc quinque anni restant, quibus nec arári póterit nec meti. Præmísitque me Deus ut reservémini super terram, et escas ad vivendum habére possitis. Non vestro consílio, sed Dei voluntáte hùc missus sum: qui fecit me quasi patrem Pharaónis, et dóminum universæ domûs ejus, ac príncipem in

omni terrâ Ægypti te, et ascéndite a meum, et dicétis mandat fílius tuus Deus fecit me dón niversæ terræ Æg cende ad me, ne m habitábis in terrâ

℟. Dñus Deus apé aurem, ego autem tradíco: * Retrorsù bii; corpus meum cutiéntibus. ℣. Bap beo baptizári; et coarctor usquè dù átur? * Retrorsù *Luc.* 12.

LECTIO i

DIMISIT ergò Jose suos, et profic ait: Ne irascámi Qui ascendentes to, venérunt in te naan ad patrem su Et nuntiavérunt tes: Joseph filius vit, et ipse don omni terrâ Ægypt díto Jacob, quasi somno evígilans, credébat eis. Illi è ferébant omnem rei. Cùmque vidi tra, et universa rat, revixit spírit ait: Sufficit mihi Joseph fílius m Vadam, et vidébo tequàm móriar.

℟. Fodérunt m et pedes meos: di runt ómnia ossa

›nsideravérunt et
at me : ✝ Tu au-
nine, ne elongá-
lium tuum à me.
ınt hæc, ut imple-
lia Scriptúra : Vi-
. quem transfixé-
Consideravérunt.
Tu autem. *Ps.* 21.

NOCTURNO.

a. Sagittæ Dómi-
sunt, et terróres
ıilitant contra me.

b. Non concédit
re spíritum meum,
me amaritudíni-
9.

℣. Instauras testes
ra me, et multípli-
ıam adversùm me.

ıve à me plagas tu-
ne : ℟. A fortitú-
ıis tuæ ego deféci.

Lectio iv.
sáncti Bernardi
Abbátis.
In Cant. 61.
.ta firmaque infir-
ritas et réquies,
ulnéribus Salvató-
tò illic secúrior há-
ıntò ille poténtior
alvandum. Peccávi
ı grande ; turbábi-
iéntia, sed non per-
ar; quóniam vúlne-
recordábor : nem-
erátus est propter
ırs verna.

iniquitátes nostras. Quid tàm ad mortem, quod non Christi morte solvátur? Si ergò in mentem vénerit tàm potens tàmque éfficax medicamentum, nullâ jàm possum morbi malignitáte terréri.

℟. Ut vidérunt Jesum jàm mórtuum, non fregérunt ejus crura; sed * Unus mílitum lánceâ latus ejus apéruit, et continuò exívit sanguis et aqua. ℣. Humiliavérunt pedes ejus, ferrum pertránsiit ánimam ejus : * Unus mílitum. *Joan.* 19. *Ps.* 104.

Lectio v.

Ego fidenter quod ex me mihi deest, usurpo mihi ex viscéribus Dómini; quóniam misericórdiâ áffluunt, nec desunt forámina per quæ éffluant. Fodérunt manus ejus et pedes, latusque lánceâ foravérunt; et per has rimas licet mihi súgere mel de petrâ, óleumque de saxo duríssimo, id est, gustáre et vidére quóniam suávis est Dóminus. Cogitábat cogitatiónes pacis, et ego nesciébam. Quis enim cognóvit sensum Dómini, aut quis consiliárius ejus fuit? At clavus réserans, clavus pénetrans factus est mihi, ut vídeam voluptátem Dómini. Quidni vídeam per forámen? Clamat clavus, clamat vulnus, quòd verè Deus sit in

Christo mundum reconcílians sibi.

℟. Quid turbáti estis, et cogitatiónes ascendunt in corda vestra? * Vidéte manus meas et pedes, quia ego ipse sum. ℣. Nolíte pavére; pro salúte vestrâ misit me Deus: * Vidéte manus meas. *Luc.* 24. *Gen.* 45.

LECTIO vj.

FERRUM pertránsiit ánimam ejus, et appropinquávit cor illíus, ut non jàm non sciat cómpati infirmitátibus meis. Patet arcánum cordis per forámina córporis: patet magnum illud pietátis sacraméntum: patent víscera misericórdiæ Dei nostri, in quibus visitávit nos óriens ex alto. Quidni víscera per vúlnera páteant? In quo enim clàriùs quàm in vulnéribus tuis eluxisset, quòd tu, Dómine, suávis et mitis et multæ misericórdiæ? Majórem enim miseratiónem nemo habet, quàm ut ánimam suam ponat quis pro addictis morti, et damnátis.

℟. Infer dígitum tuum hùc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum: * Et † Noli esse incrédulus, sed fidélis. ℣. Delévi iniquitátes tuas: revértere ad me, quóniam redémi te: * Et noli. Glória. † Noli. *Joan.* 20. *Is.* 44.

IN III. NOCTU

Ant. 8. c. Quid cl per contritióne tu Obdúcam enim ci tibi, et à vulnéribu nábo te, dicit Dóm *rem.* 30.

Ant. 4. A. Dómi vúlnerat, et medé cutit, et manus e bunt. *Job.* 5.

Ant. 3. b. San gam, et revertentu minum; et placál et sanábit eos. *Is.* 1

℣. Sanat Dómini tos corde, ℟. Et ál tritiónes eórum. *Ps*

LECTIO vij

Léctio sancti Ev secundùm Joa

Cap. 19.

IN illo témpore; sus quia ómnia con sunt, ut consum Scriptúra, dixit: réliqua.

Homília sancti A ni Episcop

In Joan. Trac

VIGILANTI verbo lista usus est, ut n ret, Latus ejus p aut vulnerávit, au liud; sed, Apéruit quodámmodò vita panderétur, undè sa ta Ecclésiæ manav ne quibus ad vita vera vita est, non Ille sanguis in rem

catórum : aqua
émperat pócu-
lavácrum præs-
i.
qui venit per
nguinem, Jesus
Non in aquâ so-
iquâ et sángui-
us est qui testi-
am Christus est
In die illâ erit
dómui David ,
us Jerúsalem in
peccatóris :
n. 5. *Zach.* 13.
TIO viij.
ntiábat , quòd
e arcæ óstium
est, quà intrá-
a quæ non e-
peritúra, qui-
rabátur Eccle-
hoc, prima mú-
de látere viri
et appelláta est
que vivórum.
ippè significávit
: magnum præ-
malum. Hic se-
m inclináto cá-
e dormívit; ut
étur ei conjux,
tere dormientis
iors undè mór-
unt ! Quid isto
úndius ? quid
salúbrius ?
icávit nos Deus
lio suo, * In quo
lemptiónem per
ejus, remissió-
rum. ℣. Iste as-

perget gentes multas, * In.
Ephes. 1. *Is.* 52.

LECTIO IX.

Léctio sancti Evangélii secundùm Matthæum.

Cap. 5.

IN illo témpore; Dixit Jesus discípulis suis : Audistis quia dictum est : Díliges próximum tuum , et ódio habébis inimícum tuum; ego autem dico vobis : Dilígite inimícos vestros. Et réliqua.

Homília sancti Hierónymi Presbyteri.

Lib. 1. *in Matth.*

EGO autem dico vobis : Dilígite inimícos vestros; benefácite his qui odérunt vos. Multi præcepta Dei, imbecillitáte suâ, non Sanctórum víribus æstimantes, putant esse impossibília quæ præcepta sunt : et dicunt sufficere virtútibus, non odisse inimícos : céterum dilígere, plùs præcipi, quàm humána natúra patiátur. Sciendum est ergò Christum non impossibília præcípere, sed perfecta : quæ fecit David in Saül et in Absalom. Stéphanus quoque martyr pro inimícis lapidántibus deprecátus est; et Paulus anathéma cupit esse pro persecutóribus suis. Hæc autem Jesus et dócuit et fecit, dicens : Pater, ignosce illis.

℟. Commendat Deus caritátem suam in nobis ; * Quóniam cùm adhuc pec-

catóres essémus secundùm tempus, Christus pro nobis mórtuus est. ℣. Non óderis fratrem tuum in corde tuo, non quæras ultiónem, nec memor eris injúriæ; * Quóniam. Glória. *Repetit.* ℟. Commendat. *usquè ad* ℣. Non. *Rom.* 5. *Lev.* 19.

Non dicitur Te Deum.

℣. *Sacerd.* Ipse rédimet Israel ℟. Ex ómnibus iniquitátibus ejus. *Ps.* 129.

AD LAUDES.

Ant. 1. *f.* VIDIMUS eum, et non erat aspectus; et nos putávimus eum quasi leprósum, et percussum à Deo, et humiliátum. *Is.* 53.

Ant. 6. F. Vestítus erat veste aspersâ sánguine; et vocátur nomen ejus, Verbum Dei. *Apocal.* 19.

Ant. 2. D. Ipse autem vulnerátus est propter iniquitátes nostras, attrítus est propter scélera nostra. *Is.* 53.

Ant. 3. b. Verè languóres.

CANTICUM. *Isaiæ* 63.

QUIS est iste qui venit de Edom, * tinctis véstibus de Bosra?

Iste formósus in stolâ suâ, * grádiens in multitúdine fortitúdinis suæ.

Ego qui loquor justítiam, * et propugnátor sum ad salvandum.

Quarè ergò rubrum est indumentum tuum, * et vestimenta tua sicut calcántium in torculári?

Tórcular calcávi so
et de géntibus non e
mecum.

Calcávi eos in
meo, * et conculcávi
irâ meâ.

Et aspersus est s
eórum super vesti
mea, * et ómnia indu
mea inquinávi.

Dies enim ultiónis
de meo, * annus rede
nis meæ venit.

Circumspexi, et n
auxiliátor : * quæsi
nón fuit qui adjuváre

Et salvávit mihi b
um meum; * et ind
mea ipsa auxiliáta es

Ant. Verè languór
tros ipse tulit, et
nostros ipse portávit.

Ant. 4. a. Discipli
cis nostræ super eum
vóre ejus sanáti sum
53.

CAPITULUM. I. *P*

NON corruptibílibu
vel argento redempt
sed pretióso sánguin
Agni immaculáti Chr
incontamináti.

HYMNUS. S. M

QUÆ te pro populi
nibus nova
Insontem properat p
cáritas?
Quid non pro miseri
luis volens,
Factus víctima pónti
CLAVI qui geminum

nt pedem,
aqueo dæmonis é-
:;
que manus excu-
vetus,
dus premitur, ju-

ux penitùs láncea
rat,
parturiat, pectus
ile :
fonte fluit, nos a-
nos cruor
erat, ábluit.
latices, vívida flú-
!
ditus péctoris ín-

olidæ tuta forá-
!
penetrália !
stra, Pater, crí-
próvocant,
, lubens vúlnera
e,
er laceras objiciet

ninibus manus.
sæva, Pater, vúl-
, per cruces,
a tuos quærere
a;
role tibi júgiter,
o
Spirituí decus.
Amen.
ector noster áspi-
℟. Et réspice in
risti tui. *Ps.* 83.
edictus. *Ant.* 7. G.
s discípulis suis :
. Et cùm hoc di-

xisset, ostendit eis manus et latus. *Joan.* 20.

ORATIO.

Concede, quæsumus, misericors Deus, ut sacræ Unigéniti tui Plagæ sint nobis medéla vúlnerum, et fontes salútis æternæ; Per eumdem.

Pro Commem. Feriæ.

Ant. Dilígite inimícos vestros, benefácite his qui odérunt vos; et oráte pro persequéntibus et calumniántibus vos. *Matth.* 5.

℣. Si iniquitátes observáveris, Dómine : ℟. Dómine, quis sustinébit? *Ps.* 129.

ORATIO.

Inchoata jejúnia, quæsumus, Dómine, benigno favóre proséquere; ut observántiam, quam corporáliter exhibémus, cáritas sincéra sanctíficet; Per Dóminum.

AD HORAS, Doxologia,

Quì Fílium tradit, Patri,
Natoque sit laus víctimæ;
Par sit tibi laus, qui sacram
Succendis aram, Spíritus.
Amen.

Ad PRIMAM.

Ant. 1. *f.* Vídimus.

In ℟. *br.* ℣. Qui passus es * pro nobis. 1. *Petr.* 2.

CANON.

Ex Synodo Diœcesánâ Mediolanensi undécimâ.

Ann. 1584. *inter monit. exec. decret.*

In Quadragésimâ, Fériis sextis precum Officia non

festam áliquam Dómini celebritátem, sed potiùs pium religiósumque mœrórem significant, quem ex acerbitáte passiónis Christi Dómini, fidéles præ pietáte concípere, omnique devotiónis offício, atque ádeò salutáribus lácrymis exprímere debent. Quámobrem, illis sextis Fériis, ob memóriam passiónis Dómini nostri Jesu Christi, pópulus frequéntior convocétur ad orandum, propósitâ étiam à Sacerdóte piâ meditatióne de Christi Dómini passióne.

AD TERTIAM.

Ant. 6. F. Vestítus.

CAPITULUM. *Ephes.* 1.

In Christo habémus redemptiónem per sánguinem ejus, remissionem peccatórum, secundùm divítias grátiæ ejus, quæ superabundávit in nobis.

℟. *br.* Protector noster, * Aspice, Deus. Protector. ℣. Et réspice * in fáciem Christi tui. * Aspice. Glória. Protector. *Ps.* 83.

℣. Egressus es in salútem pópuli tui; ℟. In salútem cum Christo tuo. *Hab.* 3.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Ipse.

CAPITULUM. *Is.* 53.

Pro eo quòd laborávit ánima ejus, vidébit et saturábitur: in sciéntiâ suâ justificábit ipse justus servus meus multos, et iniquitátes

eórum ipse portá

Móyses et Aaron cecidérunt proni in terram coram omni multitúdine filiórum Israel. At verò Jósue filius Nun, et Caleb filius Jéphone, qui et ipsi lustráverant terram, scidérunt vestimenta sua, et ad omnem multitúdinem filiórum Israel locúti sunt: Terra quam circuívimus, valdè bona est. Si propítius fúerit Dóminus, indúcet nos in eam, et tradet humum lacte et melle manantem. Nolíte rebelles esse contra Dóminum, neque timeátis pópulum terræ hujus; quia sicut panem ità eos póssumus devoráre: recessit ab eis omne præsídium: Dóminus nobiscum est, nolíte metúere. Cùmque clamáret omnis multitúdo, et lapídibus eos vellet opprímere, appáruit glória Dómini super tectum fœderis cunctis fíliis Israel.

Lectio ij.

Locutusque est Dóminus ad Móysen et Aaron, dicens: Usquequò multitúdo hæc péssima múrmurat contra me? Querélas filiórum Israel audívi. Dic ergò eis: Vivo ego, ait Dóminus; sicut locúti estis, audiente me, sic fáciam vobis. In solitúdine hàc jacébunt cadávera vestra. Omnes qui numeráti estis à viginti annis et suprà, et murmurastis contra me, non intrábitis terram

super quam lev
meam, ut habit
cerem, præter (
Jéphone, et Jó
Nun. * Párvulos
tros de quibus d
prædæ hóstibus
trodúcam ut vid
quæ vobis displi
cadávera jacébu
dine. Filii vestri
in deserto annis
ta, et portábunt
nem vestram, d
mantur cadáver
deserto, juxta
quadraginta diér
considerastis ter
pro die imputáb

Lectio

Léctio sancti E
cundùm Ma

Cap. :

In illo témpore
Jesus Jerosóly
sumpsit duódec
los secrétò, et a
ascéndimus Je
et Fílius hómi
Princípibus Sac
Scribis; et co
eum morte. Et
Homília sanc
tíni Epís
In Psal

Filii Zebedæi
humiliarentur
passiónem Dóm
loca eligébant,
unus ad déxter
sinistram. Rev
Dóminus ad

diret, et ait illis:
ibere cálicem,
bitúrus sum? E-
is ántequàm hu-
ominus ipse ves-
lax vestra; hu-
ut exaltarétur.
ere, inquit, cá-
ı ego bibitúrus
illi, póssumus.
licem, inquit,
s; sedére autem
n vel ad sinis-
, ait, non est
vobis; áliis pa-
'atre meo. Quid
st meum dare
est meum dare
c enim adhuc
valtis illud ac-
e esse quod es-
itum est, et vos
et vobis pará-
d est, Alii es-
iumiliámini, qui
xaltári. Intelle-
ɔ humilitátem
sibi, et correcti
t nos hoc audi-

dixit: Nescítis
: * Sedére ad
ieam vel sinis-
est meum dare
uibus parátum
meo. ℣. Vidit
iem cordis eó-
ndit eis viam æ-
lére. Glória.* Se-
20. *Eccli.* 18.
ictus. *Ant.* 7. *d.*
ríncipes *génti-*

um dominantur eórum; et qui majóres sunt, potestátem exercent in eos: non ità erit inter vos. *Matth.* 20.

ORATIO.

Deus totíus bonitátis fons et orígo, réspice propítius confiténtis tibi plebis humilitátem; ut quos peccatórum consciéntia déjicit, tua semper misericórdia érigat; Per.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. 1547. *Sess.* 6. *de Justif.* c. 5, 6.

Qui per peccáta à Deo aversi erant, disponuntur ad justítiam, dùm excitáti divínâ grátiâ et adjúti, líberè moventur in Deum, credentes vera esse quæ divínitùs reveláta et promissa sunt; et dùm peccatóres se esse intelligentes, à divínæ justítiæ timóre, quo utíliter concutiuntur, ad consequendam Dei misericórdiam se convertendo, in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propítium fore, illumque tanquàm omnis justítiæ fontem dilígere incípiunt: ac proptéreà moventur adversùs peccáta per ódium áliquod et detestatiónem.

Ad Magníficat. *Ant.* 1. *f.* Qui voluérit inter vos primus esse, erit vester servus; sicut Fílius hóminis non venit *ministrári*, sed ministrá-

re, et dare ánimam suam redemptiónem pro multis. *Matth.* 20.

Oratio.

Deus innocéntiæ restitútor et amátor, dírige ad te tuórum corda servórum; ut, spíritûs tui fervóre concepto, et in fide inveniantur stábiles, et in ópere efficáces; Per Dóminum.

FERIA QUINTA.

Lectio j.

Incipit liber Deuteronómii.

Cap. 1.

Hæc sunt verba quæ locútus est Móyses ad omnem Israel trans Jordánem in solitúdine campestri, contra mare rubrum, inter Pharan, et Thophel, et Laban, et Háseroth, ubì auri est plúrimùm: úndecim diébus de Horeb per viam montis Seir usquè ad Cadesbarne. Quadragésimo anno, undécimo mense, primâ die mensis, locútus est Móyses ad fílios Israel ómnia quæ præcéperat illi Dóminus, ut díceret eis: postquàm percussit Sehon regem Amorrhæórum, qui habitábat in Hésebon; et Og regem Basan, qui mansit in Astaroth, et in Edrai, trans Jordánem in terrâ Moab. Cœpitque Móyses explanáre legem.

Lectio ij. *Cap.* 6.

Hæc sunt præcepta, et cæremóniæ, atque judícia quæ mandávit Dóminus Deus ves-

ter, ut doc
ciátis ea in
transgredin
dam; ut ti
Deum tuu
ómnia man
ejus, qu
tibi, et
tibus tuis, e
tæ tuæ, ut
es tui. Aud
serva ut fác
tibi Dómin
bi, et mult
sicut pollíci
Deus patru
terram lact
tem. * Audi
nus Deus
unus est: D
Deum tuun
tuo, et ex
et ex totâ
Eruntque v
ego præcip
corde tuo
liis tuis, e
eis sedens
ámbulans i
ens, atque
ligábis ea
manu tuâ,
vebuntur i
scribesque
óstiis dom

Lec

Léctio san
cundi

C

In illo tén
Pharisæis:
rat dives,

ysso, et epula-
iè spléndidè. Et

ncti Gregórii
pæ.
Evang. 40.
non abstulisse
ehénditur, sed
dedisse. Nec di-
quemquam op-
in acceptis re-
dit. Hinc ergò
colligendum est
mulctandus sit
ripit, si inferni
percútitur, qui
largítur. Nemo
a se æstimet,
aliéna non rá-
cessis lícitè re-
quia dives iste
punítus est,
na ábstulit, sed
rebus semetip-
relíquit. Hoc
quod hunc in
dit: quia in suâ
idus non fuit,
a dona ad u-
ntiæ inflexit,
pietátis ignorá-
cáta sua redí-
cùm sibi abun-
m, nóluit. Et
li qui cultum
retiosárumque
putant esse pec-
d si vidélicet
et, nequáquàm
n vigilanter ex-
uòd dives qui
apud ínferos,

bysso et púrpurâ indútus fuisset. Nemo quippè vestimenta pretiósa, nisi ad inánem glóriam, quærit: vidélicet ut honorabílior céteris esse videátur. Nam quia pro solâ ináni glóriâ vestimentum pretiósius quæritur; res ipsa testátur quòd nemo vult ibi pretiósis véstibus índui, ubì ab áliis non possit vidéri.

℟. Qui obtúrat aurem suam ad clamórem páuperis, et ipse * Clamábit, et non exaudiétur. † Qui séquitur misericórdiam, invéniet vitam, justítiam et glóriam. ℣. Dives cùm esset in torméntis, vidit Abraham à longè, et Lázarum in sinu ejus; et clamans, dixit: Pater Abraham, miserére meî, quia crúcior in hâc flammâ. * Clamábit. Glória. † Qui. *Prov.* 21. *Luc.* 16.

Ad Benedictus. *Ant.* 8. *G.* Fili, recordáre quia recepisti bona in vitâ tuâ, et Lázarus simíliter mala; nunc autem hic consolátur, tu verò cruciáris. *Luc.* 16.

ORATIO.

Omnipotens sempiterne Deus, qui jejúnia et eleemósynas nostrórum posuisti remédia peccatórum: fac nos ópere mentis et córporis semper tibi esse devótos; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

An. 1551. *Sess.* 14.

Cap. 4.

Contritio, quæ primum locum inter pœnitentis actus habet, ánimi dolor ac detestátio est de peccáto commisso, cum propósito non peccandi de cétero. Fuit autem quovis témpore ad impetrandam véniam peccatórum hic contritiónis motus necessárius; et in hómine post baptismum lapso, ità demùm præparat ad remissiónem peccatórum, si cum fidúciâ divínæ misericórdiæ, et voto præstandi réliqua, conjunctus sit, quæ ad ritè suscipiendum pœniténtiæ Sacramentum requiruntur. Declárat ígitur sancta Synodus, hanc contritiónem, non solùm cessatiónem à peccáto, et vitæ novæ propósitum et inchoatiónem, sed véteris étiam ódium continére.

Ad Magníficat. *Ant.* 3. c. Si Móysen et Prophétas non áudiunt; neque si quis ex mórtuis resurréxerit, credent. *Luc.* 16.

Oratio.

Tribue jejunántibus, Dómine, metum judiciórum tuórum salutárem; ut peccáta nostra temporáliter castigantes, æterna supplícia devitémus; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum.

FERIA SEXTA.

Lectio j.

De libro Deuteronó

Cap. 16.

Tribus vícibus per a apparébit omne ma num tuum in conspect mini Dei tui, in loco elégerit, in solemnitát mórum, in solemnitát domadárum, et in sol táte tabernaculórum. apparébit ante Dó vácuus; sed ófferet quisque secundùm qu búerit juxta benedict Dómini Dei sui, qua derit ei. * Júdices et tros constítues in ón portis tuis, quas Dó Deus tuus déderit tib síngulas tribus tuas; dicent pópulum just cio, nec in álteram p declínent. Non accípi sónam, nec múnera múnera excæcant ócu pientum, et mutant justórum. Justè quo tum est persequéris; vas et possídeas quam Dóminus Deu déderit tibi. Non pl lucum et omnem ár juxta altáre Dómini D nec fácies tibi, neque títues státuam; qu Dóminus Deus tuus.

Lectio ij.

Cap. 17.

Si diffícile et amb apud te judícium ess

inter sánguinem et em, causam et cau- pram et lepram; et a intra portas tuas verba variári; surge, ide ad locum quem Dóminus Deus tuus. que ad sacerdótes Le- éneris, et ad Júdi- i fúerit illo témpo- æresque ab eis, qui unt tibi judícii veri- Et fácies quodcun- ierint qui præsunt lo- n elégerit Dóminus, ierint te juxta legem sequérisque sentén- rum: nec declinábis teram, neque ad si- L Qui autem super- nolens obedíre sacer- mpério, qui eo tém- inistrat Dómino Deo decréto júdicis, mo- homo ille, et áufe- lum de Israel: cunc- pópulus áudiens ti- , ut nullus deinceps scat supérbiâ.

Lectio iij.

o sancti Evangélii ndùm Matthæum.

Cap. 21.

tempore; Dixit Jesus pibus Sacerdótum, et ibus pópuli, parábo- idíte: Homo erat pa- ilias, qui plantávit ví- et sepem circúmde- Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Episcopi.

Serm. 87. *C.* 2. *n.* 3. *et sequent.*

Plantata est vínea, lege datâ in córdibus Judæórum. Missi sunt Prophétæ, quærentes fructum, bonam vitam eórum. Prophétæ ab eis contuméliis affecti, et occísi sunt. Missus est et Christus únicus fílius patrisfamílias; et ipsum occidérunt hærédem, et ideò perdidérunt hæreditátem. In contrárium eis vertit malum consílium. Ut possidérent, occidérunt: et quia occidérunt, perdidérunt. Nos servi; de famíliâ ipsíus sumus. Inter Judæos visus est húmilis, contemptus est; occultábat enim majestátem, promptam habébat infirmitátem. Contemptum est in illo quod promptum erat, nec cógnitum quod occultum erat. Si enim cognovissent, nunquàm Dóminum glóriæ crucifixissent. Nunquid adhuc contemnendus est sedens in cœlo, si contemptus est cùm penderet in ligno? Eccè indulgéntiæ dator áperit tibi óstium: Quid moráris? Gaudére debéres, si aperíret aliquandò pulsanti: non pulsasti, et áperit, et foris rémanes? Ne ergò dífferas. Miserére ánimæ tuæ placens Deo. Exhibe ánimæ tuæ e-

leemósynam. Non dícimus ut tu ei des, sed ne repellas manum dantis.

℟. Agrícolæ videntes fílium patrisfamílias, dixérunt intra se: Hic est hæres, veníte, occidámus eum. Cùm vénerit dóminus, quid fáciet agrícolis? Malos malè perdet; et * Víneam suam locábit áliis agrícolis qui reddant ei fructum. ℣. Vidit Dóminus, et ad iracúndiam concitátus est; quia provocavérunt eum fílii sui: * Víneam. Glória. * Víneam. *Matth.* 21. *Deuteron.* 32.

Ad Benedictus. *Ant.* 4. A. Auferétur à vobis regnum Dei, et dábitur genti faciénti fructus ejus. *Matth.* 21.

ORATIO.

DEUS, qui peccatóres períre non vis, sed ad te converti et vívere desíderas, te súpplices exorámus ut, quiescénte irâ tuâ, optátam nobis véniam largiáris; Per.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. 1551. *Sess.* 14. *de Pœnit.* *c.* 4.

CONTRITIONEM imperfectam quæ Attrítio dícitur, quóniam vel ex turpitúdinis peccáti consideratióne, vel ex gehennæ et pœnárum metu commúniter concípitur, si voluntátem peccandi exclúdat cum spe véniæ, declárat (sancta Sy-

nodus) non soli
cere hóminem
et magis pecca
rùm étiam donu
et Spíritûs san
sum, non adh
inhabitantis, s
moventis; quo p
jútus, viam sibi
parat. Et quam
cramento Pœnit
ad justificatióne
re peccatórem r
men eum ad De
Sacramento Pœ
petrandam disp

Ad Magníficat
Quærentes Jesu
timuérunt turba
sicut prophétam
bant. *Matth.* 21

ORAT

ECCLESIAM tuam
grátiæ tuæ piæs
ádjuva ut, con
insídias, et impu
quítiam, invícta
Per.

SABBA

LECTIO

De libro Deut

Cap.

ASCENDIT Mó
péstribus Moab
tem Nebo, invé
ga contra Jéric
ditque ei Dómi
terram Gálaad
et universum N
ramque Ephrai
se, et omnem
usquè ad mare

partem, et la-
mpi Jéricho ci-
írum usquè Se-
ue Dóminus ad
est terra, pro
Abraham, Isaac
licens : Sémini
am. Vidisti eam
et non transíbis
Mórtuusque est
servus Dómini,
ab, jubente Dó-
pelívit eum in
Moab contra
t non cognóvit
lcrum ejus in
diem.

ECTIO ij.

ntum et viginti
at, quandò mór-
n caligávit ócu-
ec dentes illíus
Flevéruntque
rael in campés-
triginta diébus:
sunt dies planc-
m Móysen. * Jó-
lius Nun replé-
ritu sapiéntiæ,
es pósuit super
suas. Et obedié-
srael, fecérunt-
præcépit Dómi-
Et non surrexit
héta in Israel si-
s, quem nosset
ície ad fáciem, in
ignis atque por-
misit per eum,
in terrâ Ægypti
et ómnibus ser-
niversæque terræ
illíus, et cunctam manum robustam, magnaque mirabília, quæ fecit Móyses coram universo Israel.

LECTIO iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Lucam.

Cap. 15.

In illo témpore; Ait Jesus ad Pharisæos, et Scribas: Homo quidam hábuit duos fílios; et dixit adolescéntior ex illis patri: Pater, da mihi portiónem substántiæ quæ me contingit. Et divísit illis substántiam. Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii Epíscopi.

Lib. 7. *Comment. in Lucam.*

Qui se à Christo séparat, exul est pátriæ, civis est mundi. Benè autem in se revértitur, qui à se recessit. Etenim qui ad Dóminum regréditur, se sibi reddit; et qui recédit à Christo, se sibi ábdicat. Jàm redeámus ad patrem, ne nos ei reconciliatiónis faciámus moram, quam non fecit pater. Fácilè reconciliátur, quandò impensè rogátur. Sed etsi novit Deus ómnia, vocem tamen tuæ confessiónis expectat. Confitére magis, ut roget pro te Ecclésia, et illácrymet pópulus. Exurge ergò, curro ad Ecclésiam; hic est Pater, hìc est Fílius, hìc est Spíritus sanctus. Oc-

currit tibi quia audit te intra mentis secréta tractantem. Et cùm adhuc longè sis, videt et accurrit, ne quis impédiat. Compléctitur quoque; supra collum cadit, ut jacentem érigat, et onerátum peccátis atque in terréna deflexum, reflectat ad cœlum, in quo suum quærat auctórem. Qui lapsus fúerit, per pœniténtiam reviviscit.

℟. Surgam, et ibo ad patrem meum, et dicam ei: Pater, peccávi in cœlum, et coram te; * Jàm non sum dignus vocári filius tuus; † Fac me sicut unum de mercenáriis tuis. ℣. Deus meus, confundor, et erubesco leváre fáciem meam; * Jàm. Glória. † Fac. *Luc.* 15. 1. *Esdr.* 9.

Ad Benedictus. *Ant.* 8. G. Cùm adhuc longè esset, vidit illum pater ipsíus, et misericórdiâ motus est; et accurrens cécidit super collum ejus, et osculátus est eum. *Luc.* 15.

ORATIO.

POPULUM tuum, quæsumus, misericors Deus, ad te confugientem paternâ récipe pietáte; ut qui tuam iracúndiam méritò formídant, de tuâ possint véniâ gratulári; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte.

CAN

Ex Declarati

Cleri G

Anno 170

nan

DE dilectión

ad sacrament

in adultis, ità

tum pœniténti

laboriósus ba

quisitâ, ne nec

trínam omittán

imprímis ex sa

nodo Tridenti

et docenda e

Primùm, ne q

utróque sacra

ri, ut prævia

nem eam qua

perfecta, et q

sacramenti, ár

suscipiátur, h

reconcíliet, a

quis putet in

cramento secú

si præter fidei

non incípiat di

tanquàm om

fontem.

AD VES

Psal. de Psal

ut suprà in Fer

CAPIT.

HÆC dixit

us: Ego sum

us vester, in p

ambuláte, judí

todíte, et fácit

bata mea sa

sint signum int

et sciátis quia

minus Deus ve

. *ut suprà*, 150.
ificat. *Ant.* 1. g.
lo Jesus Nave,
óysi in prophé-
is in salútem e-
ei, expugnáre
hostes, ut con-
hæreditátem Is-
§6.
frà ad Laudes.
NICA III.
agesimæ.
ICTUM NOCT.
nus. Antiph. et
notatur suprà,
de Psalt.
OCTURNO.
CTIO j.
liber Jósue.
Cap. 1.
n est post mor-
servi Dómini,
ur Dóminus ad
n Nun, minis-
, et díceret ei:
rus meus mór-
surge et transi
tum, tu, et om-
tecum, in ter-
ego dabo fíliis
em locum quem
vestígium pedis
s tradam, sicut
Móysi. A de-
oano usquè ad
gnum Euphrá-
terra Hethæó-
ad mare mag-
solis occásum
s vester. Nullus
s resístere cunc-
vitæ tuæ: sicut
verna.

fui cum Móyse, ità ero tecum: non dimittam, nec derelinquam te. Confortáre, et esto robustus. Tu enim sorte dívides pópulo huic terram, pro quâ jurávi pátribus suis ut tráderem eam illis.

℟. Egressus est pópulus ut transíret Jordánem; et sacerdótes qui portábant arcam fœderis, pergébant ante eum: * Ingressisque eis Jordánem, stetérunt aquæ, omnisque pópulus per arentem álveum transíbat. ℣. Tabernáculum testimónii induxérunt, suscipientes patres nostri cum Jesu in possessiónem géntium. * Ingressisque. *Josue* 3. *Act.* 7.

Lectio ij. *Cap.* 2.

Misit ígitur Jósue fílius Nun de Setim duos viros exploratóres in abscóndito, et dixit eis: Ite, et consideráte terram, urbemque Jéricho. Qui pergentes, ingressi sunt domum mulíeris meretrícis, nómine Rahab, et quievérunt apud eam. Nuntiátumque est regi Jéricho, et dictum: Eccè viri ingressi sunt hùc per noctem de fíliis Israel, ut explorárent terram. Misitque rex Jéricho ad Rahab, dicens: Educ viros qui venérunt ad te, et ingressi sunt domum tuam: exploratóres quippè sunt, et omnem terram consideráre ve-

nérunt. Tollensque múlier viros, abscondit, et ait : Fáteor ; venérunt ad me, sed nesciébam undè essent: cùmque porta clauderétur in ténebris, et illi páriter exiérunt, néscio quò abiérunt: persequímini citò, et comprehendétis eos. Ipsa autem fecit ascéndere viros in solárium domûs suæ, operuitque eos stípulâ lini, quæ ibi erat.

℟. Ex opéribus justificátur homo, et non ex fide tantùm : Rahab méretrix, * Nonne ex opéribus justificáta est, suscípiens núntios, et áliâ viâ ejíciens ? ℣. Tollens múlier viros, abscondit, et demísit eos per funem de fenestrâ. *Nonne, *Jac.* 2. *Josue* 2.

LECTIO iij. *Cap.* 3.

IGITUR Jósue de nocte consurgens, movit castra : egredientesque de Setim, venérunt ad Jordánem ipse, et omnes filii Israel, et moráti sunt ibi tres dies. Quibus evolútis, transiérunt præcónes per castrórum médium, et clamáre cœpérunt: Quandò vidéritis arcam fœderis Dómini Dei vestri, et sacerdótes stirpis Levíticæ portantes eam, vos quoque consúrgite, et sequímini præcedentes : sitque inter vos, et arcam, spátium cubitórum duórum millium : *ut procul* vidére possítis, et

nosse per quam
diámini: quia pri
bulastis per eam
ne appropinqué
cam. Dixitque J
pulum: Sanctific
enim fáciet Dó
vos mirabília. E
cerdótes: Tóllite
deris, et præcé
lum. Qui jussa c
tulérunt, et am
ante eos. Dixitq
ad Jósue: Hódi
exaltáre te cora
rael; ut sciant
cum Móyse fui,
cum sim.

℟. Stetérunt
donec ulcisceré
de inimícis sui
scriptum est in
rum: † Stetit s
cœli, et non fe
cúmbere spátio
obediente Dóm
minis? ℣. Dixit
sus: Si habuéri
cut granum si
impossíbile erit
ne. Glória. † S
10. *Matth.* 17.

IN II. NOC

LECTIO

Ex libro sanc
Epíscopi et

de I

QUÆSO vos,
quiéscite salúbi
diis; consíliis
lióribus; cum li
tris vestras lácr

stro gémitu gé-
s copuláte. Ro-
it pro vobis De-
possimus. Agite
a plenám, do-
mentántis ánimi
stitiam. Nec vos
i móveat, aut
ividus, aut stu-
qui percussi sunt
áte, ut nec in-
licta, nec plan-
iántis Dei major
est: injustè sibi
et transpunctæ
nátióne demen-
i præcepta con-
nedélam vúlneris
ágere pœnitén-
it. Ante admis-
improvidi, post
tinati, nec priùs
nec póstmodùm
quándò debúe-
acuérunt; quan-
et prostérnere se
; stáre se opi-
em sibi ultrò,
te, sumpsérunt;
contra Deum
ui contra hómi-
a credidérunt.
quid voluntátis
rs impii, et non
tur à viis suis,
Quarè moriémi-
srael? Nolo mor-
tis, revertímini,
y. Implétum est
appropinquávit
i: pœnitémini,
* Quarè. *Ezech.*

Lectio v.

Ejusmodi hómines, quantùm potestis, effúgite. Perniciósis conátibus adhærentes sálubri cautióne vitáte. Sola súperest pœniténtia, quæ satisfáciat. Qui pœniténtiam críminis tollunt, satisfactiónis viam claudunt. Ità fit ut dùm temeritáte quorumdam, vel promittitur salus falsa, vel créditur, spes veræ salútis adimátur. Vos, fratres dilectíssimi, quorum timor in Deum pronus est, et in ruinâ licèt ánimus constitútus, mali sui memor est: pœniténtes ac dolentes peccáta vestra perspícite, gravíssimum consciéntiæ crimen agnóscite. Ad intelligéntiam delicti vestri óculos aperite, nec desperántes misericórdiam Dómini, nec tamen jàm véniam vindicantes. Deus quantùm patris pietáte indulgens semper, et bonus est, tantùm júdicis majestáte metuendus est. Quàm magna delíquimus, tàm gránditer defleámus. Alto vúlneri díligens et longa medicína non desit; pœniténtia crímine minor non sit.

℟. Fácite fructus dignos pœniténtiæ; * Jàm enim secúris ad radícem árborum pósita est. Omnis arbor non fáciens fructum bonum excidétur, et in ignem mittétur. ℣. Altíssimus misertus

est pœniténtibus : ímpiis et peccatóribus reddet vindictam ; * Jàm enim. *Luc.* 3. *Eccli.* 12.

LECTIO vj.

ORARE oportet impénsiùs et rogáre, diem luctu transígere, vigíliis noctes ac flétibus dúcere, tempus omne lacrymósis lamentatiónibus occupáre, stratos solo adhærére cíneri, in cilício et sórdibus volutári : post indumentum Christi pérditum, nullum hìc jàm velle vestítum; post diáboli cibum, malle jejúnium ; justis opéribus incúmbere, quibus peccáta purgantur; eleemósynis insístere, quibus à morte ánimæ liberantur. Nec tenéri jàm nec amári patrimónium debet. Ad hoc tantùm profúerit, ut indè crimen et culpa redimátur. Incunctanter et lárgiter fiat operátio; census omnis in medélam vúlneris erogétur; ópibus et facultátibus nostris, qui de nobis judicatúrus est Dóminus fœnerétur. Sic sub Apóstolis fides víguit ; sic primus credéntium pópulus Christi mandáta servávit. Qui sic Deo satisfécerit, qui pœniténtiâ facti sui, qui pudóre delicti plùs et virtútis et fídei, de ipso lapsùs sui dolóre, concéperit, exaudítus et adjútus à Dómino, quam contristáverat nuper, lætam fáciet

Ecclésiam : ne
Dei véniam me
corónam.

℞. Quærite
num Dei, et ju
* Fácite vobi
non deficiente
ubi enim thes
est, ibi et cor
℣. Fidúcia mag
summo Deo ele
nibus faciéntib
cite. Glória. Fá
Tob. 4.

IN III. NO

LECTIO

Léctio sancti
secundùm

Cap.

IN illo témpo
sus ejíciens dæ
illud erat mut
ejecisset dæmó
tus est mutus,
sunt turbæ. Et
Homília vene
Presby
In Luc. lib

4

DÆMONIACUS
Matthæum, no
tus, sed et
narrátur ; cur
tur à Dómino
querétur, et
ergò signa simu
mine perpetrát
cus videt, mut
possessus dæn
tur. Quod et
carnáliter fact
et quotídiè c

redéntium : ut
ùm dæmone ;
spíciant ; dein-
es Dei, tacén-
laxentur.
is sátanam éji-
se divísus est :
ŗò stabit reg-
Si autem in
ício dæmones,
it in vos reg-
Spíritus Dó-
me, eò quòd
inus me. * Si
. ℞. *Is.* 61.
io viij.
lus spíritus e-
mine, perám-
ca inaquósa.
líciter intélli-
ninum hæc ad
suórum, et
m adjunxisse :
hærético quo-
ismático, vel
cathólico po-
venienter ác-
témpore bap-
itus immun-
priùs habitá-
fessiónem ca-
abrenuntia-
undánæ con-
iciátur : loca-
péragret ; id
délium quæ à
e cogitatiónis
t, cállidus in-
óret, si quos
equítiæ gres-
sit. Sed benè
rens réquiem
et non invéniens. Quia castas mentes effúgiens, in solo corde pravórum gratam sibi potest inveníre réquiem.

℟. Cùm fortis armátus custódit átrium suum, in pace sunt ea quæ póssidet : * Si autem fórtior vícerit eum, universa arma ejus áuferet, et spólia ejus distríbuet. ℣. Nunquid tollétur à forti præda ? Equidem et captívitas à forti tollétur : * Si autem. *Luc.* 11. *Is.* 49.

Lectio ix.

Dicit : Revertar in domum meam undè exívi. Timendus est iste versículus, non exponendus. Et cùm vénerit, ínvenit scopis mundátam : hoc est, grátiâ baptísmatis à peccatórum labe castigátam ; sed nullâ boni óperis indústriâ cumulátam. Undè benè Matthæus hanc vacantem, mundátam, atque ornátam dicit ; mundátam à vítiis prístinis per baptismum ; vacantem à bonis áctibus per negligéntiam ; ornátam simulátis virtútibus per hypócrisin. Et tunc vadit, et assúmit septem álios spíritus nequióres se, et ingressi hábitant ibi. Per septem malos spíritus, universa vítia designat. Quemcunque enim post baptisma, sive právitas hærética, seu mundána cupíditas arripúerit ; mox ómnium pros-

ternet in ima vitiórum. Undè rectè nequióres tunc eum spíritus dicuntur ingressi : quia non solùm habébit illa septem vítia, quæ septem spirituálibus sunt contrária virtútibus; sed et per hypócrisin ipsas se virtútes habére simulábit. Et sunt novíssima hóminis illíus pejóra prióribus. Méliùs quippè erat ei viam veritátis non cognóscere, quàm post agnitiónem retrorsùm converti.

℟. Cùm immundus spíritus exíerit de hómine, dicit : Revertar in domum meam undè exívi. Tunc assúmit septem álios spíritus secum nequióres se ; et * Fiunt novíssima hóminis illíus pejóra prióribus. ℣. Sicut canis qui revértitur ad vómitum suum, sic imprúdens qui íterat stultítiam suam. * Fiunt. Glória. *Repet.* ℟. Cùm immundus. *usquè ad versiculum. Luc.* 11. *Prov.* 26.

℣. *Sacerd.* In hoc cognóvi quóniam voluisti me; ℟. Quóniam non gaudébit inimícus meus super me. *Ps.* 40.

AD LAUDES.

Ant. 7. a. NEMINI mandávit Deus ímpiè ágere, et némini dedit spátium peccandi : non enim concupiscit multitúdinem filiórum infidélium. *Eccli.* 15.

Ant. 8. G. Qui je
peccátis suis; et ite
dem fáciens, quid
humiliando se? *Eccl*

Ant. 1. a. Facta st
terióra deterióra pri
méliùs enim erat n
nóscere viam justitiæ
post agnitiónem re
converti. 2. *Petr.* 2.

Ant. 4. d. Ne q
grátiæ Dei, profánt
saü : scitóte enim c
pósteà cúpiens hæ
benedictiónem, rep
est, quamvis cum l
inquisisset eam. *He*

Ant. 3. c. Orábat
tus Antióchus Dóm
quo non esset miseri
consecutúrus. 2. *M*

CAPITULUM. *Ec*

NE dicas : Miserátio
ni magna est, mult
peccatórum meórum
rébitur; misericórd
et ira ab illo citò
nant, et in peccat
picit ira illíus. Noli
converti ad Dómin
ne différas de die in

Hymnus, Solemn

℣. Usquequò ex
inimícus meus sup
℟. Réspice, et exa
Dómine Deus meus

Ad Benedictus. *A*
Erat Jesus ejíciens
nium, et illud erat
Et cùm ejecisset dæ
locútus est mutus :
rátæ sunt turbæ. *L*

ORATIO.
eus, omnípotens
vota humílium rés-
que ad defensiónem
dexteram tuæ ma-
extende; Per.
D PRIMAM.
a. D. Stupébant.
CANON,
oncílio Tridentíno.
Sess. 14. Can. 6.
is negáverit confes-
sacramentálem vel
um, vel ad salútem
iam esse jure diví-
díxerit modum se-
onfitendi soli sacer-
uem Ecclésia cathó-
inítio semper obser-
observat, álium es-
astitutióne, et man-
hristi, et inventum
mánum; Anathéma

D TERTIAM.
4. E. Jesus.
APITULUM. Is. 59.
non est abbreviáta
Dómini, ut salváre
; neque aggraváta
s ejus, ut non exáu-
d, iniquitátes vestræ
unt inter vos et De-
rum, et peccáta ves-
scondérunt fáciem
vobis, ne exaudíret.
. Inimíci tui, Dó-
Inimíci tui períbunt.
℣. Et dispergentur
qui operantur ini-
n. * Inimíci. Glória.
i. Ps. 91.

℣. Contrítio et infelícitas in viis eórum : ℟. Viam pacis non cognovérunt. Ps. 13.

AD SEXTAM.

Ant. 3. a. Si ego.

CAPITULUM. *Ezech.* 20.

JUDICABOR vobiscum fácie ad fáciem : sicut judício contendi adversùm patres vestros in deserto terræ Ægypti, sic judicábo vos, dicit Dóminus Deus.

℟. *br.* Non repellet Dóminus plebem suam : * hæreditátem suam non derelinquet. Non. ℣. Quoadusquè justítia convertátur * in judícium : * Hæreditátem. Glória. Non.

℣. Quis consurget mihi adversùs maligniantes? ℟. Aut quis stabit mecum adversùs operantes iniquitátem? *Ps.* 93.

AD NONAM.

Ant. 1. *f.* Qui non est mecum.

CAPITULUM. *Jerem.* 17.

DOMINE, omnes qui te derelinquunt, confundentur; recedentes à te in terrâ scribentur, quóniam dereliquérunt venam aquárum vivéntium Dóminum.

℟. *br.* Locúti sunt adversùm me, * Et expugnavérunt me gratis. Locúti sunt. ℣. Et sermónibus ódii * circumdedérunt me, * Et. Glória. Locúti sunt.

℣. Fiant contra Dóminum semper; ℟. Et dispé-

reat de terrâ memória eórum. *Ps.* 108.

AD VESPERAS.

Ant. Erat Jesus ejíciens 1. g. dæmónium, et illud erat mutum. Et cùm ejecisset dæmónium, locútus est mutus : et admirátæ sunt turbæ. *Luc.* 11.

Ant. 2. D. Stupébant omnes turbæ, et dicébant : Nunquid hic est Fílius David? Pharisæi autem audientes, dixérunt : Hic non éjicit dæmones, nisi in Beélzebub príncipe dæmoniórum. *Matth.* 12.

Ant. 4. E. Jesus sciens cogitatiónes eórum, dixit eis : Omne regnum in seipsum divísum desolábitur, et domus supra domum cadet. *Matth.* 12. *Luc.* 11.

Ant. 3. a. Si ego in Beélzebub ejício dæmones, filii vestri in quo ejíciunt? Ideò ipsi júdices vestri erunt. *Matth.* 12.

Ant. 1. f. Qui non est mecum, contra me est; et qui non cólligit mecum, dispergit. *Luc.* 11.

Capitulum. 2. *Petr.* 2.

Si refugientes coinquinatiónes mundi in cognitióne Dómini nostri et salvatóris Jesu Christi, his rursùs implicáti superantur, facta sunt eis posterióra deterióra prióribus.

Hymnus, Audi, benigne. *ut suprà*, 140.

℣. In æternum n
viscar justificatión
℟. Quia in ipsis v
me. *Ps.* 118.

Ad Magníficat. *A*
Extollens vocem
múlier de turbâ,
Beátus venter qui t
vit, et úbera quæ
At Jesus dixit : Q
beáti qui áudiunt
Dei, et custódiun
Luc. 11.

Oratio, ut suprà ad

FERIA SECU

Lectio j.

De libro Jós

Cap. 3

Egressus est pó
tabernáculis suis,
síret Jordánem; e
dótes qui portában
fœderis, pergéba
eum. Ingressisque
dánem, et pédibu
in parte aquæ tinc
dánis autem ripas
témpore messis
rat) stetérunt at
cendentes in loco
ad instar montis
centes apparéban
ab urbe quæ vocát
usquè ad locum
quæ autem inferió
in mare solitúdin
nunc vocátur m
descendérunt,
omninò deficerent.
autem incedébat c
richo; et sacerd
portábant arcam

tabant super sic-
n in médio Jor-
ncti, omnisque
r arentem álve-
at.
no ij. *Cap.* 4.
ansgressis, dixit
ad Jósue : Elige
viros síngulos per
ibus; et præcipe
ant de médio Jor-
o, ubi stetérunt
rdótum, duóde-
ssimos lápides,
tis in loco castró-
fixéritis hâc nocte
Vocávitque Jósue
viros, quos elé-
liis Israel, síngu-
ulis tríbubus; et
: Ite ante arcam
ei vestri ad Jor-
lium, et portáte
li síngulos lápides
is vestris, juxta
filiórum Israel,
um inter vos. * Et
terrogáverint vos
i cras, dicentes :
volunt isti lápi-
ndébitis eis : De-
quæ Jordánis an-
fœderis Dómini,
síret eum : idcircò
t lápides isti in
tum filiórum Is-
in ætérnum. Fe-
ò filii Israel, si-
pit eis Jósue, por-
médio Jordánis
decim lápides, ut
i imperárat, *jux-*
verna.

ta númerum filiórum Israel, usquè ad locum in quo castrametáti sunt, ibique posuérunt eos.

LECTIO iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Lucam.

Cap. 4.

IN illo témpore; Ait Jesus Pharisæis : Utique dicétis mihi hanc similitúdinem : Médice, cura teipsum; quanta audívimus facta in Caphárnaum, fac et hic in pátriâ tuâ. Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii Episcopi.

Lib. 4. *in Lucam.*

NON mediócriter invídia próditur, quæ cívicæ caritátis oblíta, in acerba ódia causas amóris inflectit. Simul hoc exemplo páriter et oráculo declarátur, quòd frustrà opem misericórdiæ cœlestis expectes, si aliénæ frúctibus virtútis ínvideas : aspernátor enim Dóminus invidórum est; et ab iis qui divína benefícia in áliis persequuntur, miràcula suæ potestátis avertit. Non otiósè ítaque Salvátor excúsat, quòd nulla in pátriâ suâ miràcula virtútis operátus sit; ne fortassis áliquis viliórem pátriæ nobis esse debére putáret affectum. Neque enim cives póterat non amáre, qui amáret omnes; sed ipsi se caritáte pátriæ qui *invident*, abdicárunt.

℟. Propter te, Dómine, sustínui oppróbrium; opéruit confúsio fáciem meam: * Extráneus factus sum frátribus meis, et peregrínus fíliis matris meæ; † Quóniam zelus domûs tuæ comédit me. ℣. Dicébat Jesus: Quia non est prophéta sine honóre nisi in pátriâ suâ, et in domo suâ, et in cognatióne suâ. * Extráneus. Glória. † Quóniam. *Ps.* 68. *Marc.* 6.

Ad Benedictus. *Ant.* 2. D. Multi leprósi erant in Israel sub Elisæo prophétâ: nemo eórum mundátus est, nisi Náaman Syrus. *Luc* 4.

ORATIO.

PURIFICET nos grátia tua, Deus; et per continéntiam salutáris jejúnii, ab omni semper iniquitáte custódiat; Per.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Anno 1551. *Sess.* 14.

Can. 7.

SI quis díxerit, in sacramento pœniténtiæ ad remissiónem peccatórum necessárium non esse jure divíno, confitéri ómnia et síngula peccáta mortália, étiam occulta, et quæ sunt contra duo última Decálogi præcepta, et circumstántias, quæ peccáti spéciem mutant; sed eam confessiónem tantùm esse útilem, ad erudiéndum et consolan- dum pœnitentem; mùm, non licére peccáta veniália; A sit.

Ad Magníficat. Duxérunt Jesum supercílium montis cipitárent eum; ip tránsiens per médi rum, ibat. *Luc.* 4.

ORATIO.

ADESTO, quæsum mine, précibus tium, et contra pravitátis incursus tátem nostram pot túte corróbora; P num.

FERIA TERT

LECTIO j.

De libro Jósu

Cap. 5.

EO témpore, ait ad Jósue: Fac tibi lapídeos, et circum cundò fílios Israe quod jússerat Dóm circumcídit fílios in colle præputióru autem causa est circumcisiónis: O pulus qui egressus gypto géneris m universi bellatóre mórtui sunt in des longíssimos viæ c qui omnes circumc Pópulus autem qui in deserto, per qua annos itíneris latís litúdinis incircumci donec consumere

ınt vocem Dó-
ibus antè jurá-
ı osténderet eis
; et melle ma-
rum filii in lo-
ıérunt patrum,
i sunt à Jósue;
nati fúerant, in
:ant, nec eos in
circumcíderat.
utem omnes cir-
t, mansérunt in
·órum loco, do-
:ntur. Dixitque
d Jósue: Hódiè
róbrium Ægypti
'ocátumque est
illíus Gálgala,
'æsentem diem.
ECTIO ij.
RQUE filii Israel
s, et fecérunt
ırtâ décimâ die
ésperum in cam-
ẹricho: et come-
:úgibus terræ die
ymos panes, et
jusdem anni. De-
anna postquàm
t de frúgibus
; usi sunt ultrà
ii Israel, sed co-
le frúgibus præ-
terræ Chánaan.
m esset Jósue in
Jéricho, levávit
ridit virum stan-
se, evaginátum
gládium; perre-
um, et ait: Nos-
adversariórum?
dit: *Nequáquàm*,

sed sum princeps exércitûs Dómini, et nunc vénio. Cécidit Jósue pronus in terram, et adorans ait: Quid Dóminus meus lóquitur ad servum suum? Solve, inquit, calceamentum tuum de pédibus tuis; locus enim in quo stas, sanctus est. Fecitque Jósue ut sibi fúerat imperátum.

LECTIO iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Matthæum.

Cap. 18.

IN illo témpore; Dixit Jesus discípulis suis: Si peccáverit in te frater tuus, vade, et córripe eum inter te et ipsum solum. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

Ser. 82. *de Verb. Ev. Matth.* 18.

DEBEMUS amando corrípere, non nocendi aviditáte, sed stúdio corrigendi. Tales si fuérimus, óptimè fácimus quod hódiè admóniti sumus: Si peccáverit in te frater tuus, córripe illum inter te et ipsum solum. Quarè illum córripis? quia tu doles quòd peccáverit in te? Absit. Si amóre tuî id facis, nihil facis: si amóre illíus facis, óptimè facis. Déniquè in ipsis verbis atténde, cujus amóre id fácere débeas; utrum tuî, an illíus. Si te audíerit, in- *quit*, lucrátus eris fratrem

tuum. Ergò propter illum fac, ut lucréris illum. Sic faciendo, lucráris; nisi fecisses, perierat.

℟. Si peccáverit in te frater tuus, vade, et * Córripe eum inter te et ipsum solum : † Si te audíerit, lucrátus eris fratrem tuum. ℣. Qui córripit hóminem, grátiam pósteà invéniet apud eum, magìs quàm ille qui per linguæ blandiménta décipit. * Córripe. Glória. † Si te. *Matth.* 18. *Prov.* 28.

Ad Benedictus. *Ant.* 6. F. Ubì sunt duo vel tres congregáti in nómine meo, ibi sum in médio eórum. *Matth.* 18.

ORATIO.

GRATIÆ tuæ nobis, Dómine, præsens auxílium impende; ut sacro nos puríficante jejúnio, toto simus tibi corde subjecti, et in tuâ caritáte concordes; Per.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 14. *Cap.* 5. *de Confessione.*

CONSTAT nihil áliud in Ecclésiâ à pœniténtibus éxigi, quàm ut postquàm quisque diligéntiùs se excússerit, et consciéntiæ suæ sinus omnes et látebras exploráverit, ea peccáta confiteátur, quibus se Dóminum et Deum suum mortáliter offendisse meminerit:

réliqua autem pecc
diligenter cogitanti
currunt, in univer
dem confessióne in
se intelliguntur, pr
fidéliter cum Prop
cimus : ab occul
munda me, Dómin

Ad Magníficat.
Dómine, quóties
in me frater meus
mittam ei ? usquè
Dixit illi Jesus : N
tibi usquè sépties,
què septuágies sépti
18.

ORATIO.

PRÆSTA, quæsumu
potens Deus, ut q
et dissídiis súbjac
mortálitas, tua
præsens jejúnium g
víficet, et mútuam
inter fratres caritát

FERIA QUAR

LECTIO j.

De libro Jós

Cap. 6

JERICHO clausa e
muníta, timóre fili
rael, et nullus é
débat aut íngred
que Dóminus ad J
cè dedi in manu
cho, et regem e
nesque fortes viros
te urbem cuncti
semel per diem; s
sex diébus. Séptim
die sacerdótes tol
tem búccinas, quæ
est in jubilæo, et p

deris : séptiesque
civitátem, et sa-
langent búccinis.
nsonúerit vox tu-
r atque concísior,
bus vestris incre-
onclamábit omnis
rociferatióne má-
ruri fúnditùs cór-
itátis, ingredien-
nguli per locum
em stéterint.

Lectio ij.

séptimo circúitu
t búccinis sacer-
xit Jósue ad om-
l : Vociferámini;
nim vobis Dómi-
tem : sitque cívitas
héma, et ómnia
sunt, Dómino. So-
éretrix vivat cum
qui cum eâ in do-
; abscondit enim
quos diréximus.
n cavéte ne de his
epta sunt, quíp-
tingátis, et sitis
tiónis rei, et óm-
Israel sub peccá-
tque turbentur.
autem auri et ar-
rit, et vasórum æ-
c ferri, Dómino
ır, repósitum in
ejus. * Igitur omni
ciferante, et clan-
tubis, postquàm
multitúdinis vox
e incrépuit, muri
uérunt : et ascen-
uisque per locum
qui contra se erat; cepé-
runtque civitátem, et inter-
fecérunt ómnia quæ erant
in eâ.

Lectio iij.

Léctio sancti Evangélii
secundùm Matthæum.

Cap. 15.

In illo témpore; Accessé-
runt ad Jesum ab Jerosóly-
mis Scribæ et Pharisæi,
dicentes : Quarè discípuli
tui transgrediuntur tradi-
tiónem seniórum? Et réli-
qua.

Homília sancti Hierónymi
Presbyteri.

Lib. 2. *in Matth.*

Mira Pharisæórum Scribá-
rumque stultítia! Dei Fí-
lium árguunt, quarè hómi-
num traditiónes et præcep-
ta non servet. Non enim la-
vant manus suas cùm pa-
nem mandúcant. Ipse au-
tem respondens, ait illis :
Quarè et vos transgredími-
ni mandátum Dei propter
traditiónem vestram? Fal-
sam calúmniam verâ res-
ponsióne confútat. Præcé-
perat enim Dóminus, vel
imbecillitátes, vel ætátes,
vel penúrias parentum con-
síderans, ut fílii honorá-
rent, étiam in vitæ neces-
sáriis ministrandis, paren-
tes suos. Hanc providen-
tíssimam Dei legem volen-
tes Scribæ et Pharisæi sub-
vértere, ut impietátem sub
nómine pietátis indúcerent,

docuérunt péssimos fílios, ut si quis ea quæ paréntibus offerenda sunt, Deo vovére volúerit, qui verus est pater, oblátio Dei præponátur parentum munéribus: vel certè ipsi parentes, quæ Deo consecráta cernébant, ne sacrilégii crimen incúrrerent, declinantes, egestáte conficiebantur. Atque ità fiébat, ut oblátio liberórum sub occasióne templi et Dei, in sacerdótum lucra céderet.

℟. Quarè transgredímini mandátum Dei propter traditiónem vestram? * Nam † Deus dixit: Honóra patrem et matrem. ℣. Fili, súscipe senectam patris tui, et non contristes eum in vitâ illíus; * Nam. Glória. † Deus. *Matth.* 15. *Eccli.* 3.

Ad Benedictus. *Ant.* 8. G. Cæcus si cæco ducátum præstet, ambo in fóveam cadunt. *Matth.* 15.

ORATIO.

PRÆSTA nobis, quæsumus, Dómine, ut salutáribus jejúniis erudíti à nóxiis quoque vítiis abstinentes, propitiatiónem tuam facíliùs impetrémus; Per.

CANON.

Ex Concílio Mediolanensi primo.

Ann. 1565. *part.* 2. *Tit.* 6. *de pœnitent.*

IN Confessáriis approbandis hanc rationem hábeant *Episcopi*, ut pii, benè mo-

ráti, docti, pruden
tientes, de animáru
te sollíciti, et fidéle
des sint eórum quæ
fessióne dicuntur;
tâ étiam ætáte, pr
illi quibus confessió
líerum erunt audie

Ad Magníficat. *A*
De corde éxeunt c
nes malæ, homicídi
téria: hæc sunt q
quinant hóminem;
tis autem mánibus
cáre, non coínquin
nem. *Matth.* 15.

ORATIO.

DEUS, qui cónspic
nos virtúte destítu
riùs extériùsque c
ut ab ómnibus adv
bus liberémur in c
et à pravis cogita
mundémur in ment

FERIA QUIN

LECTIO j.

De libro Jósu

Cap. 1

HABITATORES Gá
bis obsessæ miséru
sue, qui tunc m
in castris apud G
et dixérunt ei: Ne
manus tuas ab au
vórum tuórum: as
tò, et líbera nos
præsídium; conve
nim adversùm no
reges Amorrhæóru
hábitant in mont
cenditque Jósue d
lis, et omnis exérc

m eo, viri for-
:itque Dóminus
Ne tímeas eos;
ıim tuas trádidi
s ex eis tibi re-
rit. * Irruit íta-
super eos repen-
:te ascendens de
conturbávit eos
ı fácie Israel;
ı plagâ magnâ
, ac persecútus
viam ascensûs
, et percussit
:a et Máceda.
gerent fílios Is-
ent in descensu
, Dóminus misit
lápides magnos
què ad Azéca;
unt multò plu-
us grándinis,
gládio percússe-
ael.
ECTIO ij.
us est Jósue Dó-
quâ trádidit A-
in conspectu fi-
el, dixitque co-
ol, contra Gá-
veáris; et Luna,
m Aíalon. Ste-
ol et luna, do-
étur se gens de
. Nonne scrip-
in libro justó-
ítaque sol in
et non festiná-
re spátio uníus
fuit ánteà nec
onga dies, obe-
ino voci hómi-

nis, et pugnante pro Israel. Reversusque est Jósue cum omni Israel in castra Gálgalæ. Fúgerant enim quinque reges, et se abscónderant in speluncâ urbis Máceda. Nuntiátumque est Jósue, quòd inventi essent quinque reges latentes in speluncâ urbis Máceda. Qui præcépit sóciis, et ait: Vólvite saxa ingéntia ad os speluncæ, et pónite viros indústrios, qui clausos custódiant; vos autem nolíte stare, sed persequímini hostes, et extrémos quosque fugiéntium cædite: nec dimittátis eos úrbium suárum intráre præsídia, quos trádidit Dóminus Deus in manus vestras. Cæsis ergò adversáriis plagâ magnâ, et usquè ad interneciónem penè consumptis, hi qui Israel effúgere potuérunt, ingressi sunt civitátes munítas. Reversusque est omnis exércitus ad Jósue in Máceda, ubi tunc erant castra, sani et íntegro número; nullusque contra fílios Israel mutíre ausus est.

LECTIO iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Lucam.

Cap. 4.

IN illo témpore; Surgens Jesus de Synagógâ introívit in domum Simónis: socrus autem Simónis tenebátur magnis fébribus. Et réliqua.

támini, et estóte sollíciti, ut custodiátis cuncta quæ scripta sunt in volúmine legis Móysi; et non declinétis ab eis neque ad déxteram neque ad sinistram.

Lectio iij.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Joannem.

Cap. 4.

In illo témpore; Venit Jesus in civitátem Samaríæ, quæ dícitur Sichar, juxta prædium quod dedit Jacob Joseph fílio suo. Erat autem ibi fons Jacob. Jesus ergò fatigátus ex itínere, sedébat sic supra fontem. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

In Joan. Tract. 15.

Venit múlier de Samaríâ hauríre aquam. Dicit ei Jesus: Da mihi bíbere. Vidétis alienígenas: omnínò vásculis eórum Judæi non utebantur. Et quia ferébat secum múlier vásculum undè aquam hauríret, eò miráta est quia Judæus petébat ab eâ bíbere, quod non solébant fácere Judæi. Ille autem qui bíbere quærebat, fidem ipsíus mulíeris sitiébat. Déniquè audi quis petébat bíbere. Respondit Jesus, et dixit ei: Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi, Da mihi bíbere; tu fórsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam. Petit bíbere, et promittit bíbere. Eget quasì acceptúrus, et áffluit tanquàm satiatúrus. Si scires, inquit, donum Dei. Donum Dei est Spíritus sanctus. Sed adhuc mulíeri tectè lóquitur: et pauìátim intrat in cor. Fortassis jàm docet. Quid enim istâ hortatióne suávius et benígnius? Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi, Da mihi bíbere; tu fórsitan péteres, et daret tibi aquam vivam.

℟. Omnis qui bibit ex aquâ hâc sítiet íterùm: * Qui autem bíberit ex aquâ quam ego dabo ei, non sítiet in æternum; Sed † Aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam ætenam. ℣. Appropiáte ad me, quid adhuc retardátis? Animæ vestræ sítiunt vehementer. * Qui autem. Glória. † Aqua. *Joan.* 4. *Eccli.* 51.

Ad Benedictus. *Ant.* 1. *f.* Venit hora, et nunc est, quandò veri adoratóres adorábunt Patrem in spíritu et veritáte. *Joan.* 4.

Oratio.

Jejunia nostra, quæsumus, Dómine, benigno favóre proséquere; ut sicut ab aliméntis abstinémus in córpore, ità à vítiis jejunémus in mente; Per.

ANON.
lio œcuménico
nensi quarto.
215. *Can.* 21.
sit discrétus et
more períti mé-
nfundat vinum et
néribus sauciáti :
nquírens et pec-
ircumstántias et
er quas pruden-
at quale illi con-
eat exhibére, di-
erimentis utendo
um ægrótum.
níficat. *Ant.* 8. c.
t Deus; et eos qui
m, in spíritu et
portet adoráre :
ter tales quærit
nt eum. *Joan.* 4.
ORATIO.
s áspice, miséri-
s, et humiliátis
gnosce; ut in ora-
ejuniórum obser-
rituáli, misericór-
vitam inveniámus
Per.
ABBATO.
ECTIO j.
ibro Jósue.
Cap. 24.
Jósue ad pópu-
n potéritis servíre
Deus enim sanc-
is æmulátor est,
cet sceléribus ves-
peccátis. Si dimi-
minum, et servié-
aliénis, convertet
fliget vos, atque
subvertet postquàm vobis præstíterit bona. Dixitque pópulus ad Jósue : Nequáquàm ità ut lóqueris erit, sed Dómino serviémus. Et Jósue ad pópulum : Testes, inquit, vos estis, quia ipsi elegéritis vobis Dóminum ut serviátis ei. Respondéruntque : Testes. Nunc ergò, ait, auferte deos aliénos de médio vestrî, et inclináte corda vestra ad Dóminum Deum Israel. Dixitque pópulus ad Jósue : Dómino Deo nostro serviémus, et obedientes érimus præceptis ejus. *Percussit ergò Jósue in die illo fœdus, et propósuit pópulo præcepta atquè judícia in Sichem. Scripsit quoque ómnia verba hæc in volúmine legis Dómini; et tulit lápidem pergrandem, pósuitque eum subter quercum quæ erat in Sanctuário Dómini, et dixit ad omnem pópulum : En lapis iste erit vobis in testimónium quod audíerit ómnia verba Dómini quæ locútus est vobis; ne fortè posteà negáre velítis, et mentíri Dómino Deo vestro.

LECTIO ij.

DIMISITQUE pópulum, síngulos in possessiónem suam. Et post hæc mórtuus est Jósue fílius Nun, servus Dómini, centum et decem annórum; sepeliéruntque eum in fínibus possessiónis suæ in

Thamnáthsare quæ est sita in monte Ephraim, à septentrionáli parte montis Gaas. Servívitque Israel Dómino cunctis diébus Jósue, et seniórum qui longo vixérunt témpore post Jósue, et qui novérunt ómnia ópera Dómini quæ fécerat in Israel. Ossa quoque Joseph, quæ túlerant fílii Israel de Ægypto, sepeliérunt in Sichem, in parte agri quem émerat Jacob à fíliis Hemor, patris Sichem, centum novellis óvibus, et fuit in possessiónem filiórum Joseph. Eléazar quoque fílius Aaron mórtuus est, et sepeliérunt eum in Gábaath Phínees fílii ejus, quæ data est ei in monte Ephraim.

Lectio iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Joannem.

Cap. 8.

In illo témpore; Jesus perrexit in montem Olivéti: et dilúculo íterùm venit in templum; et omnis pópulus venit ad eum, et sedens docébat eos. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

Enarrat. in Psal. 50.

Judæi ad Dóminum adúlteram mulíerem adduxérunt. In adultério, ínquiunt, hæc múlier deprehensa est, Móyses hujúsmodi lapidári jussit, tu de illâ quid censes? tanquàm bicípiti muscípulâ

tentantes cápere sa
Dei, ut si jubéret
pérderet mansuetú
mam; si autem jub
mitti, incúrreret, t
reprehensor legis,
niam. Quid ergo re
Non ait: Occídite; n
Dimíttite; sed ait:
scit sine peccáto e
mus in illam lápide
Justa lex, quæ jub
teram occídi; sed
justa ministros hábe
centes. Atténditis q
dúcitis, atténdite et
tis. Illi hoc audit
post álterum disce
Remansit adúltera e
nus, remansit vuln
médicus, remansit
miséria et magna m
dia. Adducentes
runt, nec véniam
runt: adducta con
et sanáta.

℟. Judæi dixéru
Magister, hæc múli
deprehensa est in a
* Jesus dixit: qui s
cáto est, primus in
pidem mittat. † A
autem, unus post
xibant. ℣. Impii v
cogitatióne peccat
órum tímidi, et t
illos ex adverso i
ipsórum. * Jesus. Gl
dientes. *Joan.* 8. S

Ad Benedictus. A
Nemo te condemn
lier? nec ego te co

et jàm ámpliùs
e. *Joan.* 8.
ORATIO.
uæsúmus, omní-
us, ut dígnitas
humánæ per im-
m sauciáta, me-
arcimóniæ stúdio
; Per Dóminum.
ANON.
lo Carnotensi.
nno 1526.
es ut Parochiáles
circa confessió-
mentálem máxi-
m adhíbeant et
cílicet ut diligen-
è inquírant pec-
rcumstántias : ità
d simplícibus per-
matériam confi-
a peccáta detegen-
s directè vel in-
truant ad malum.
VESPERAS.
de Psaltcrio. Ant.
Feriis, 149.
ILUM. 2. *Paral.* 7.
rsus pópulus me-
quos invocátum
meum, deprecá-
rit, et exquisíerit
am, et égerit pœ-
à viis suis péssi-
go exáudiam de
ropítius ero pec-
n.
et ℣. *ut suprà,* 150.
gníficat. *Ant.* 5. C.
inus júdices sus-
diébus eórum flec-
isericórdiâ, *et au-*
diébat afflictórum gémitus,
et liberábat eos de cæde vas-
tántium. *Judic.* 2.
Oratio ut infrà ad Laudes.
COMPLET., *ut suprà,* 150.

DOMINICA IV
Quadragésimæ.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Hymnus. Ant et
℣. ℣. ℣. *ut notatur suprà,*
153.

IN I. NOCTURNO.

LECTIO j.

Incipit liber Júdicum.

Cap. 1.

Post mortem Jósue con-
suluérunt filii Israel Dómi-
num, dicentes : Quis ascen-
det ante nos contra Chana-
næum, et erit dux belli ?
Dixitque Dóminus : Judas
ascendet : eccè trádidi ter-
ram in manus ejus. Et ait
Judas Simeóni fratri suo :
Ascende mecum in sortem
meam, et pugna contra Cha-
nanæum, ut et ego pergam
tecum in sortem tuam. Et
ábiit cum eo Símeon. As-
cenditque Judas, et trádidit
Dóminus Chananæum ac
Pherezæum in manus eó-
rum, et percussérunt in Be-
zec decem míllia virórum.
Invenéruntque Adoníbezec
in Bezec, et pugnavérunt
contra eum, ac percussérunt
Chananæum et Pherezæum.
Fugit autem Adoníbezec ;
quem persecúti comprehen-
dérunt, cæsis summitátibus
mánuum ejus ac pedum. Di-

xitque Adoníbezec : Septuaginta reges, amputátis mánuum ac pedum summitátibus, colligébant sub mensâ meâ cibórum relíquias : sicut feci, ità réddidit mihi Deus. Adduxéruntque eum in Jerúsalem, et ibi mórtuus est. Oppugnantes ergò filii Juda Jerúsalem, cepérunt eam, et percussérunt in ore gládii, tradentes cunctam incéndio civitátem.

℟. Jósue et Caleb constitúti sunt indúcere filios Israel in hæreditátem : * Et Júdices sínguli suo nómine non aversi sunt à Dómino, ut sit memória illórum in benedictióne. ℣. Deus sorte distríbuit pátribus nostris terram Chánaan, et post hæc dedit Júdices usquè ad Sámuel Prophétam. * Et. *Eccli.* 46. *Act.* 13.

LECTIO ij. *Cap.* 2.

FECERUNTQUE filii Israel malum in conspectu Dómini, et serviérunt Báalim. Ac dimisérunt Dóminum Deum patrum suórum, qui edúxerat eos de terrâ Ægypti : et secúti sunt deos aliénos, deosque populórum qui habitábant in circúitu eórum, et adoravérunt eos; et ad iracúndiam concitavérunt Dóminum, dimittentes eum, et servientes Baal et Astaroth. Irátusque Dóminus contra Israel, trádidit eos *in manus* diripiéntium; qui cepérunt eos, et vend hóstibus qui habitál gyrum : nec potuéru tère adversáriis sui quocunque pérgere sent, manus Dómin eos erat, sicut locú et jurávit eis : et ve ter afflicti sunt. Su que Dóminus Júdice berárent eos de vast mánibus; sed nec e re voluérunt, forn cum diis aliénis, et a tes eos.

℟. Cessavérunt fo Israel, donec súrger bora, súrgeret mate rael : * Nova bella el minus et portas hóst se subvertit. ℣. mundi elégit Deus, fundat fórtia; et ea c sunt, ut ea quæ su trúeret : * Nova. *J* 1. *Cor.* 1.

LECTIO iij.

Ant. 7. d. Ipse vulnerátus est propter iniquitátes nostras, attrítus est propter scélera nostra, et livóre ejus sanáti sumus. *Is.* 53.

Ant. 8. G. Eum qui non nóverat peccátum, pro nobis peccátum fecit Deus, ut nos efficerémur justítia Dei in ipso. 2. *Cor.* 5.

Ant. 6. F. Commendat caritátem suam Deus in nobis; quóniam justificáti in sánguine Christi, salvi érimus ab irâ per ipsum. *Rom.* 4.

Capitulum. *Jerem.* 18.

Recordare, Dómine, quòd stéterim in conspectu tuo, ut lóquerer pro eis bonum, et avérterem indignatiónem tuam ab eis.

Hymnus. *Fortunat.*

Vexilla Regis pródeunt,
Fulget crucis mystérium,
Quo carne carnis cónditor,
Suspensus est patíbulo.

Quo vulnerátus ínsuper
Mucróne diro lánceæ,
Ut nos laváret crímine,
Manávit undâ et sánguine.

Impleta sunt quæ cóncinit
David fidélis cármine,

Dicens : In natiónibus
Regnávit à ligno Deus.
Arbor decóra et fúlgida,
Ornáta regis púrpurâ,
Electa digno stípite,
Tàm sancta membra tángere.
Beata cujus bráchiis
Secli pependit prétium,
Statéra facta córporis,
Prædamque tulit tártari.
O crux, ave, spes única;
Hoc passiónis témpore,
Auge piis justítiam,
Reisque dona véniam.
Te, summa Deus Trínitas,
Collaudet omnis spíritus :
Quos per Crucis mystérium
Salvas, rege per sécula.
Amen.

℣. Captábunt in ánimam Justi : ℟. Et sánguinem innocentem condemnábunt. *Ps.* 93.

Ad Magníficat. *Antiph. ut in quâlibet Feriâ.*

Deindè dicuntur Preces, flexis genibus, ut in Feriis Quadragesimæ.

Oratio ut in quâlibet Feriâ, post Ant. Ad Magníficat.

COMPLETORIUM,

ut suprà, 150, *servato ritu Passion. Preces flexis gen.*

FERIA SECUNDA.

Lectio j.

De Jeremiâ Prophétâ.

Cap. 2.

Et nunc quid tibi vis in viâ Ægypti, ut bibas aquam túrbidam ? et quid tibi cum viâ Assyriórum, ut bibas a-
quam flúminis ? A
malítia tua, et av
increpábit te. Scito
quia malum et am
reliquisse te Dómir
um tuum, et non e
rem meî apud te, c
minus Deus exercí
século confregisti ju
um, rupisti vincu
et dixisti : Non sér
omni enim colle su
sub omni ligno fro
prosternebáris mér
go autem plantávi te
electam, omne se
rum : quómodò er
versa es mihi in p
vinea aliéna ? Si la
nitro, et multiplicá
bi herbam borith, i
es in iniquitáte tu
me. Jerúsalem.

℟. Dixit Dóminus

Lectio ij.

Verterunt ad me
et non fáciem, et in
re afflictiónis suæ
Surge, et líbera r
sunt dii tui, quos f
bi ? Surgant, et lib
in témpore afflictió
secundùm númerur
civitátum tuárum
tui, Juda. * Quid v
cum judício conte
omnes dereliquistis
cit Dóminus. Frus
cussi fílios vestros,
nam non recepéru
vorávit gládius ves
phétas vestros ; q

nerátio vestra. Vi-
m Dómini : Nun-
do factus sum Is-
terra serótina ?
ò dixit pópulus
éssimus, non ve-
rà ad te ? Nun-
scétur virgo or-
i, aut sponsa fás-
ílis suæ ? Pópulus
oblítus est meî
númeris. Jerúsa-

ent. 253.
ectio iij.
ncti Evangélii se-
um Joannem.
Cap. 7.
mpore ; Misérunt
et Pharisæi minis-
pprehénderent Je-
éliqua.
sancti Augustini
Episcopi.
oan. Tract. 31.
s illi, audítâ mul-
ide, et eo múrmu-
ristus glorificabá-
runt ministros ut
derent eum. Quem
derent ? Adhuc no-
uia ergò non pó-
prehéndere nolen-
i sunt ut audírent
. Quid docentem ?
ò Jesus : Adhuc
tempus vobiscum
d modò vultis fá-
úri estis ; sed non
ia modò nolo. Qua-
modò nolo ? Quia
dicum tempus vo-

verna.

biscum sum ; et tunc vado ad eum qui me misit. Implére débeo dispensatiónem meam, et sic perveníre ad passiónem meam. Quærétis me et non inveniétis ; et ubi sum ego, vos non potestis veníre. Hic jàm resurrectiónem suam prædixit ; noluérunt enim agnóscere præsentem, et pósteà quæsiérunt, cùm vidérunt in eum multitúdinem jàm credentem.

℟. Adhuc módicum tempus vobiscum sum ; et vado ad eum qui me misit. * Quærétis me, et non inveniétis : et ubì ego sum, vos non potestis veníre. ℣. Quia despexistis omne consílium meum, et increpatiónes meas neglexistis : ego quoque subsannábo. * Quærétis. *Joan.* 7. *Prov.* 1.

Ad Benedictus. *Ant* 8. *G.* Si quis sitit, véniat ad me, et bibat. *Joan.* 7.

Oratio.

Implorámus in jejúnio, Dómine, misericórdiam tuam ; ut te, qui fons es misericórdiæ, toto desidério sitientes, caritátis tuæ abundántiâ repleámur ; Per.

CANON.

Ex Concílio Aquisgranensi.
An. 816. *Can.* 37.

Poenitentium causæ pensandæ sunt ; et tunc ligandi atque solvendi potestas exercenda. Videndum est quæ *culpa* præcésserit, aut quæ

sit pœniténtia secúta post culpam; ut quos omnipotens Deus per compunctiónis grátiam vísitat, illos Pastóris senténtia absolvat; tunc enim vera est absolútio præsidentis, cùm interni arbítrium séquitur júdicis.

Ad Magníficat. *Ant.* 4. E. Qui credit in me, sicut dicit Scriptúra, flúmina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. *Joan.* 7.

ORATIO.

EFFUNDE super nos, Dómine, salúbres aquas grátiæ tuæ; ut per fidem et bona ópera, Passiónis tuæ múnera consequámur; Qui vivis.

FERIA TERTIA.

LECTIO j.

De Jeremiâ Prophétâ.

Cap. 3.

VULGO dícitur: Si dimíserit vir uxórem suam, et recédens ab eo, dúxerit virum álterum, nunquid revertétur ad eam ultrà? nunquid non pollúta et contamináta erit múlier illa? Tu autem fornicáta es cum amatóribus multis: tamen revértere ad me, dicit Dóminus, et ego suscípiam te. Leva óculos tuos in diréctum, et vide ubi non prostráta sis: in viis sedébas, expectans eos quasi latro in solitúdine; et polluisti terram in fornicatiónibus tuis, et in malítiis tuis. Quamobrem prohíbitæ sunt stillæ pluviárum, et serótinus i
non fuit: frons mulier
retrícis facta est tibi
luisti erubéscere. Erg
tem ámodò voca me:
meus, dux virginitáti
tu es. Jerúsalem.

℟. Réspice inimícos

LECTIO ij.

ET dixit Dóminus ad
diébus Josíæ regis:
quid vidisti quæ féc
versátrix Israel? Abiit
met super omnem m
excelsum, et sub om
no frondóso; et for
est ibi. Et dixi, cùm
set hæc ómnia: Ad 1
vértere; et non est re
Et vidit prævaricátrix
ejus Juda, quia pro e
mœcháta esset aversát
rael, dimisissem eam,
dissem ei libellum re
et non tímuit prævar
Juda soror ejus; sed
et fornicáta est étiar
Et facilitáte fornic
suæ contamināvit te
et mœcháta est cum
et ligno. Et in ómni
non est reversa ad n
varicátrix soror eju
in toto corde suo,
mendácio, ait Dómin
dixit Dóminus ad m
tificávit ánimam suar
sátrix Israel, compa
prævaricatrícis Judæ
et clama sermónes is
tra aquilónem, et di
vértere, aversátrix

et non aver-
eam à vobis;
go sum, dicit
non irascar in
rúsalem.
us. 254.
ro iij.
Evangélii se-
Joannem.
. 7.
ore; Ambulá-
alilæam: non
: in Judæam
nia quærébant
nterfícere. Et

cti Augustíni
copi.
℣. 28. *n.* 1,
, 11.
nens Deus, ac-
em, qui fecit
ando ergò lá-
, non poténti-
putandus est,
um infirmitáti
iisse. Ille enim
t, detentus est;
t, occísus est.
futúra erant
, id est, fidéles
habérent illam
uam habébat
ster; quòd la-
e, tanquàm ne
ccultábat, hoc
úra esse mem-
quibus útiquè
ipse erat. Non
us odisse vos.
: ? nisi : Non
us odisse ama-

tóres suos, falsos testes. Bona enim dícitis quæ mala sunt, et mala quæ bona sunt. Me autem odit, quia ego testimónium perhíbeo de illo, quia ópera ejus mala sunt. Judæi ergò quærébant eum in die festo: et murmur multum de eo erat in turbâ. Undè murmur? De contentióne. Quæ fuit conténtio? Quidam enim dicébant: Quia bonus est; álii autem: Non, sed sedúcit turbas. De ómnibus servis ejus intelligendum: hoc dícitur modò. Quicunque enim eminúerit in áliquâ grátiâ spirituáli, profectò álii dicunt: Bonus est; álii: Non, sed sedúcit turbas. Quod dictum est ergò de Dómino, valet ad consolatiónem, de quocunque hoc dictum fúerit Christiáno.

℟. Non potest mundus odisse vos; me autem odit, * Quia ego testimónium perhíbeo de illo, quòd ópera ejus mala sunt. ℣. Os peccatóris super me apertum est. * Quia. *Joan.* 7. *Ps.* 108.

Ad Benedictus. *Ant.* 3. a. Ascéndite ad diem festum hunc; ego autem non ascendo, quia meum tempus nondùm implétum est. *Joan.* 7.

ORATIO.

FAC nos, Dómine, piis desidériis redemptiónis nostræ prósequi solémnia; ut mystériis tuis intendentes, ea-

dem cum fructu celebrémus; Qui vivis.

CANON.

Ex Régulis sacramentálibus sancti Cároli de Pœniténtiâ, promulgátis Parísiis auctoritáte Cleri Gallicáni. 1658.

In pœniténtiâ imponendâ adhibébit Confessárius et prudéntiam et pietátem et justítiam: habébit ratiónem statûs, conditiónis, sexûs et ætátis. Vidébit ne ei qui in aliénâ potestáte est, eam pœniténtiam injungat, quâ vel præjudícium afferátur illíus juri qui pœnitentem in potestáte hábeat; neve eam quâ vel occásio detur spirituális ruínæ, vel pœnitentis altériusve peccátum détegi, vel áliquod scándalum suboríri, vel ipse pœnitens nímiùm deterréri, remissusve et tépidus reddi possit. Quamobrem talem impónet, qualem ab eo præstári posse júdicet. Considerábit autem ánimum mentemque pœnitentis, ac fletum, gémitum et lácrymas íntimi dolóris índices. Vidébit ne pro peccátis grávibus levíssimas pœniténtias impónat: id quod et Confessóribus et pœniténtibus periculósum est.

Ad Magníficat. *Ant.* 7. ç. Quidam dicébant: Quia bonus est; álii autem dicébant: Non, sed sedúcit turbas. Nemo tamen p[...] quebátur de illo pr[...] tum Judæórum. *Jo*[...]

Oratio.

Protege, Dómine [...] lum tuum; ut supe[...] jus mundi tentatió[...] solum Deum, et [...] corde et líberâ voc[...] confiteátur; Per.

FERIA QUAR[...]

Lectio j.

De Jeremíâ Prop[...]

Cap. 5.

Circuite vias Je[...] et aspícite; et con[...] et quærite in pláte[...] an inveniátis virum[...] tem judícium, et [...] tem fidem; et prop[...] ei. Quòd si étiam, V[...] minus, díxerint; et [...] sò jurábunt. Dómi[...] tui respíciunt fide[...] cussisti eos, et no[...] runt: attrivisti eos [...] nuérunt accípere [...] nam: induravéru[...] suas supra petram [...] luérunt reverti. * [...] tem dixi: Fórsitan [...] sunt et stulti, igno[...] am Dómini, judí[...] sui. Ibo ígitur ad [...] tes, et loquar eis: [...] cognovérunt viam [...] judícium Dei sui [...] magis hi simul co[...] jugum, rupérunt [...] Jerúsalem.

℟. Dixit. 252.

ectio ij.
o propítius tibi
? Fílii tui dere-
ne, et jurant in
n sunt dii. Satu-
et mœcháti sunt,
meretrícis luxu-
Equi amatóres,
ii facti sunt : u-
e ad uxórem pró-
aniébat. Nunquid
non visitábo, di-
us, et in gente
ulciscétur ánima
ndite muros ejus,
e; consummatió-
n nolíte fácere :
opágines ejus,
unt Dómini. Præ-
e enim prævari-
me domus Israel,
Juda, ait Dómi-
érunt Dóminum,
t : Non est ipse :
iet super nos ma-
um et famem non
. Prophétæ fué-
entum locúti, et
n non fuit eis : hæc
ient illis. Jerúsa-

ent. 253.

ectio iij.
cti Evangélii se-
um Joannem.
Cap. 10.
npore; Facta sunt
n Jerosólymis; et
t. Et ambulábat
mplo, in pórticu
. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni
Epíscopi.
In Joan. Tract. 48. *n.* 2, 4, 5.

Encænia festívitas erat dedicatiónis templi. Illum enim diem, quo templum dedicátum est, Judæi solémniter celebrábant. Dicébant ei : Quousquè ánimam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palàm. Respondit eis Jesus : Loquor vobis, et non créditis : ópera quæ ego fácio in nómine Patris mei, hæc testimónium pérhibent de me; sed vos non créditis, quia non estis ex óvibus meis. Didicistis quæ sint oves, estóte oves. Oves credendo sunt, oves pastórem sequendo sunt, oves redemptórem non contemnendo sunt, oves per óstium intrando sunt, oves exeundo et páscua inveniendo sunt, oves vitâ ætérnâ perfruendo sunt. Oves meæ vocem meam áudiunt, et cognosco eas, et sequuntur me. Et ego vitam ætérnam do eis. Eccè sunt páscua. Si recólitis, supériùs díxerat : Et ingrediétur, et egrediétur, et páscua invéniet. Ingressi sumus credendo, egrédimur moriendo. Sed quómodò per óstium fídei ingressi sumus, sic fidéles de córpore exeámus : sic enim per ipsum óstium egrédimur, ut páscua invenire

possímus. Bona páscua, vita ætcrna dícitur : ibi nulla herba arescit, totum viret, totum viget. Tu autem.

℟. Opera quæ ego fácio in nómine Patris mei, hæc testimónium pérhibent de me; * Sed vos non créditis, quia non estis ex óvibus meis. ℣. Usquequò détrahet mihi pópulus iste? Quousquè non credent mihi in ómnibus signis quæ feci coram eis? * Sed. *Joan.* 10. *Num.* 14.

Ad Benedictus. *Ant.* 4. d. Oves meæ vocem meam áudiunt : et ego vitam æternam do eis; et non peribunt in æternum. *Joan.* 10.

Oratio.

Libera, quæsumus, Dómine, à peccátis et hóstibus pópulum tibi supplicantem; ut sanctâ vivens conversatióne non péreat, et grátiæ tuæ præsídio semper muniátur; Per.

CANON.

Ex Concílio œcuménico Lateranensi quarto.

An. 1215. *tit.* 21.

Caveat omnínò Sacerdos ne verbo, signo, vel quovis álio modo prodat aliquátenùs peccatórem; sed si prudentióri consílio indiguérit, illud absque expressióne persónæ cautè requírat: quóniam qui peccátum in pœnitentiáli judício sibi detectum præsúmpserit reveláre, non solùm à sacerdo-

táli offício depone
cérnimus; verùm
agendam perpétua
téntiam in arctum
rium detrudendum

Ad Magníficat.
Si mihi non vultis
opéribus crédite; u
cátis et credátis q
in me est, et ego
Joan. 10.

Oratio.

Fac nos, Dómine
bus istis misericór
am abundántiùs pe
quibus redemptióni
múnera pléniùs, te
te, cognóvimus; P
num nostrum Jesu
tum Fílium tuum,
cum vivit et regna
táte Spíritûs Sanct

FERIA QUIN

Lectio j.

De Jeremíâ Pro

Cap.

Erudire, Jerúsa
fortè recédat ánin
te; ne fortè pona
sertam, terram in
lem. Hæc dicit D
xercítuum : Usquè
mum cólligent qua
relíquias Israel :
manum tuam, qu
miátor ad cartallu
quar? et quem co
ut áudiat? Eccè in
sæ aures eórum,
non possunt: ecc
Dómini factum est
próbrium, et non

cò furóre Dómi-
um, laborávi sús-
unde super pár-
s, et super consí-
ium simul; vir e-
nuliere capiétur,
ı pleno diérum.
ınt domus córum
, agri et uxóres
ıia extendam ma-
ı super habitantes
rúsalem.
ice. 254.
Lectio ij.
: quippè usquè ad
mnes avarítiæ stu-
prophétâ usquè
tem cuncti fáciunt
curábant contri-
æ pópuli mei cum
, dicentes : Pax,
on erat pax. Con-
quia abominatió-
runt : quin pótiùs
e non sunt confú-
éscere nesciérunt.
em cadent inter
n témpore visita-
e córruent, dicit
* Hæc dicit Dómi-
: super vias, et vi-
nterrogáte de sé-
quis, quæ sit via
mbuláte in eâ; et
refrigérium ani-
tris. Et dixérunt :
ılábimus. Et cons-
vos speculatóres :
em tubæ. Et dixé-
. audiémus. Jerú-

, meus. 254.

Lectio iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Lucam.

Cap. 7.

In illo témpore; Rogábat Jesum quidam de Pharisæis, ut manducáret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi, discúbuit. Et eccè múlier quæ erat in civitáte peccátrix, ut cognóvit quòd accubuisset in domo Pharisæi, áttulit alabastrum unguenti. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

In Evang. 33.

Liquet, fratres, quòd illícitis áctibus priùs múlier intenta, unguentum sibi pro odóre suæ carnis adhíbuit. Quod ergò sibi túrpiter exhibúerat, hoc jàm Deo laudabíliter offerébat. Oculis terréna concupíerat; sed hos jàm per pœniténtiam cónterens flebat. Capillos ad compositiónem vultûs exhibúerat; sed jàm capillis lácrymas tergébat. Ore superba díxerat; sed pedes Dómini ósculans, hoc in Redemptóris sui vestígia figébat. Quot ergò in se hábuit oblectamenta, tot de se invénit holocausta. Convertit ad virtútum númerum, númerum críminum; ut totum servíret Deo in pœniténtiâ, quidquid ex se Deum contémpserat in culpâ.

℟. Múlier quæ erat in ci-

vitáte peccátrix, áttulit alabastrum unguenti: et * Stans retrò secus pedes Jesu, lácrymis cœpit rigáre pedes ejus: et capillis suis tergébat: osculabátur pedes ejus, et unguento ungébat. ℣. Nonne lácrymæ ascenduntusquè ad cœlum? non discédet donec Altíssimus aspíciat: * Stans. *Luc.* 7. *Eccli.* 35.

Ad Benedictus. *Ant.* 2. D. Remittuntur ei peccáta multa, quóniam diléxit multùm. *Luc.* 7.

ORATIO.

Deus qui multùm diligéntibus, multa peccáta remíttis: infunde córdibus nostris tui amóris affectum, ut ab ómnibus peccátis nostris tuâ misericórdiâ liberémur; Per Dóminum.

CANON.

Ex antíquis Statútis Diœcésis Constantiensis.

An. incert. ante 1294.

Ad audiendam confessiónem, eminentem sibi locum éligant Sacerdótes, ut commúniter vidéri possint; et in locis ábditis extra Ecclésiam nullus recípiat confessiónem, nisi in necessitáte. In confessióne hábeat Sacerdos vultum húmilem, et óculos in terram, ne indiscrétè et frequéntiùs fáciem respíciat confiténtis, et máximè mulíeris; et patienter voluntátem ejus inquírat.

VESPERÆ de sequenti.

FERIA SEX[T]

Fit Officiu[m]

DE COMPASSIONE

Duplex-maj[us]

Psalmi de Feriâ

Officio.

IN I. VESPE[RIS]

Ant. Filia pópu[li]
2. D. luctum
fac tibi planctum
Jerem. 6.

Ant. 3. a. Lácry[mæ]
in maxillis ejus: n[on]
consolétur eam ex
caris ejus. *Thren.* 1

Ant. 8. c. Tórc[ular]
cávit Dóminus vir[gini]
Juda, quóniam inv[aluit ini]
micus. *Thren.* 1.

Ant. 6. C. Filia [...]
pressa est amarit[udine]
egressus est omnis [...]
jus. *Thren.* 1.

Ant. 4. f. Ipsa
conversa est retror[sum]
pósita est vehemen[ter]
habens consolatóre[m]
1.

CAPITULUM. [...]

Ne vocétis me, N[oemi]
est pulchram) sed v[ocate]
Mara, (id est amár[am])
amaritúdine valdè
me Omnípotens.

℟. Filia Jerúsal[em]
quid rex non est [...]
comprehendit te d[olor sicut]
parturientem? * D[olore]
tage quasi partúri[ens]
liberáberis; rédim[et te Do]
minus. ℣. Nonne
pati Christum, et i[ta]

suam ? * Dole.
Luc. 24.
Hymnus.
Vabr. Ep.
git aram sánguine
tis hóstia,
olóris æmulum
tus ímmolat.
cruentum Filii
rónat vérticem :
lem figitur
cruci, Christo pa-

onis mútuæ,
ría, cónscii!
obis vúlnera
ndem párcite.
ros dolétis, noster

rorque críminum :
elus faténtibus
olóris réddite.
tus es de Vírgine,
sit glória,
e, cumque Spíritu,
erna sécula. Amen.
na mea turbáta est
Sed tu, Dómine,
? *Ps.* 6.
gníficat. *Ant.* 5. C.
parábo te, filia Je-
cui exæquábo te,
a Sion ? Magna est
ut mare contrítio
s medébitur tuî ?

, Da, quæsumus.
d *Laudes.*
mmem. *Feriæ.*
ides tua te salvam
le in pace. *Luc.* 7.
tábunt in ánimam
justi, ℟. Et sánguinem innocentem condemnábunt. *Ps.* 93.

Oratio.

Adesto supplicatiónibus nostris, omnípotens Deus, et quibus fidúciam sperandæ salútis indulges, consuétæ misericórdiæ tribue benignus effectum; Per.

Completorium, *ut suprà*, 150, *servato ritu Passionis, et omissis Precibus. Hymn.* Virgineis titulis. *ut in Communi Temp. Pasch.* 363.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Jesum crucifixum super quem planxit Mater quasi super unigénitum, * Veníte, adorémus. *Zach.* 12.

Ps. 94. Veníte. *sine* Glória. *sed dicto* ℣. Quadraginta. *dicitur* * Veníte, adorémus. *Deindè repetitur Invit.*

Hymnus, Dùm spargit. *ut suprà in I. Vesperis.*

IN I. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Ego plorans, et óculus meus dedúcens aquas, quia longè factus est à me consolátor. *Thren.* 1.

Ant. 6. *C.* Dolor meus super dolórem, in me cor meum mœrens. *Jerem.* 8.

Ant. 7. ç. Vocem meam audisti, Dómine; ne avertas aurem tuam à singultu meo, et clamóribus. *Thren.* 3.

℣. Ad te clamávi dùm anxiarétur cor meum; ℟. Quia factus es spes mea, Deus. *Ps.* 60.

Lectio j.

De Jeremiâ Prophétâ.

Cap. 8.

Quomodo dícitis: Sapientes nos sumus, et lex Dómini nobiscum est? Verè mendácium operátus est stylus mendax scribárum. Confúsi sunt sapientes, pertérriti et capti sunt; verbum enim Dómini projecérunt, et sapiéntia nulla est in eis. Proptéreà dabo mulíeres eórum éxteris, agros eórum hærédibus; quia à mínimo usquè ad máximum omnes avarítiam sequuntur: à Prophétâ usquè ad Sacerdótem cuncti fáciunt mendácium. Et sanábant contritiónem fíliæ pópuli mei ad ignomíniam, dicentes: Pax, pax; cùm non esset pax. Confúsi sunt, quia abominatiónem fecérunt: quinímò confusióne non sunt confúsi, et erubéscere nesciérunt; idcircò cadent inter corruentes, in témpore visitatiónis suæ córruent, dicit Dóminus. Jerúsalem.

℟. Erit in die illâ, dicit Dóminus, convertam ómnia cántica vestra in planctum, et * Ponam diem eam quasì luctum unigéniti, et novíssima ejus quasì diem amárum. ℣. Fílius hóminis tradendus est in manus hóminum; et occídent eum: * Ponam. *Amos*. 8. *Matth*. 17.

Lectio ij

A Dan audítus est equórum ejus; à v nítuum pugnatóri commóta est omn et venérunt, et d runt terram et pleni ejus, urbem et ha ejus. Quia eccè ego vobis serpentes régi bus non est incan mordébunt vos, ai nus. Dolor meus su lórem, in me co mœrens. Eccè vox fíliæ pópuli mei de t ginquâ: Nunquid l non est in Sion? aut non est in eâ? Qu me ad iracúndiam vérunt in sculptilib et in vanitátibus Tránsiit messis, fini tas, et nos salváti mus. Super contriti pópuli mei contritu contristátus; stupor me. Nunquìd resína in Gálaad? aut méd est ibi? Quarè ig est obducta cicátrix puli mei? Jerúsaler

℟. Multiplicátæ s hi víduæ Jerúsalem xi eis super matrem centis vastatórem et resíduos in gládi ℣. Eccè vénient di bus dicent: Beátæ et ventres qui no runt, et úbera quæ tavérunt: * Induxi *Luc*. 23.

iij. *Cap.* 9.
ominus exerci-
srael: Contem-
ocáte lamenta-
iant; et ad eas
s sunt, míttite,
: festínent, et
er nos lamen-
nt óculi nostri
pálpebræ nos-
quis. Quia vox
audíta est de
odò vastáti su-
si vehementer?
uimus terram,
ecta sunt taber-
a. Audíte ergò,
bum Dómini;
aures vestræ
is ejus: et do-
tras lamentum,
e próximam su-
; quia ascendit
estras nostras,
domos nostras,
árvulos déforis,
pláteis. Jerúsa-

nt óculi mei lá-
noctem et di-
áceant; * Quó-
óne magnâ con-
go fília pópuli
péssimâ vehe-
i in víridi ligno
in árido quid
iam. *Non dicitur*
n. 14. *Luc.* 23.
OCTURNO.
Dóleo super te,
et amábilis. Si-
fílium, ità ego

te diligébam. 2. *Reg.* 1.

Ant. 4. a. Fili mi, fili mi, quis mihi tríbuat ut ego móriar pro te? 2. *Reg.* 18.

Ant. 8. G. Præcipe, Dómine, récipi spíritum meum; éxpedit enim mihi mori magis quàm vívere. *Tob.* 3.

℣. Sitívit ánima mea; quàm multiplíciter tibi caro mea! ℟. Adhæsit ánima mea post te. *Ps.* 62.

LECTIO IV.

Sermo sancti Bernardi Abbátis.

In Sign. magn.

MARTYRIUM Vírginis tàm in Simeónis prophétiâ, quàm in ipsâ Domínicæ passiónis históriâ commendátur. Pósitus est hic, ait sanctus senex de párvulo Jesu, in signum cui contradicétur; et tuam ipsíus ánimam (ad Maríam autem dicébat) pertransíbit gládius. Verè tuam, ô beáta mater, ánimam gládius pertransívit; alióquin, nónnisi eam pertránsiens, carnem Fílii tui penetráret. Et quidem, posteáquàm emísit spíritum tuus ille Jesus, ómnium quidem, sed speciáliter tuus; ipsíus planè non áttigit ánimam crudélis láncea, quæ ipsíus, nec mórtuo parcens cui nocére non posset, apéruit latus: sed tuam útiquè ánimam pertransívit. Ipsius nimirùm ánima jàm ibi non erat; sed tua planè indè ne-

quibat avelli. Tuam ergò pertransívit ánimam vis dolóris; ut plusquàm mártyrem non immérito prædicémus, in quâ nimírùm corpóreæ sensum passiónis excésserit compassiónis affectus. Tu autem.

℟. Símeon dixit ad Maríam matrem Jesu: Ecce pósitus est hic in signum cui contradicétur; * Et tuam ipsíus ánimam pertransíbit gládius, ut revelentur ex multis córdibus cogitatiónes. ℣. Repléberis cálice mœróris et tristítiæ, et bibes illum, et epotábis usquè ad fæces; * Et. *Luc.* 2. *Ezech.* 23.

LECTIO V.

An non tibi plusquàm gládius fuit sermo ille, revérà pertránsiens ánimam, et pertingens usquè ad divisiónem ánimæ et spíritûs: Múlier, eccè filius tuus? O commutatiónem! Joannes tibi pro Jesu tráditur, servus pro dómino, discípulus pro magistro, filius Zebedæi pro Fílio Dei, homo purus pro Deo vero. Quómodò non tuam affectuosíssimam ánimam pertransíret hæc audítio; quandò et nostra, licèt sáxea, licèt férrea péctora, recordátio scindit?

℟. Sequebátur Jesum turba mulíerum quæ plangébant, et lamentabantur eum. Et postquàm venérunt in locum Calváriæ, crucifi-

xérunt eum. * Stab
juxta crucem Jesu
jus. ℣. Sedérunt i
conspersérunt cine
sua, abjecérunt i
cápita sua vírgine
lem. * Stabat. *Luc.* 2
19. *Thren.* 2.

LECTIO V

Non mirémini,
quòd María marty
mâ fuisse dicátur.
qui non memínerit
Paulum inter máxi
um crímina meme
quòd sine affecti
sent. Longè id fuit
viscéribus; longè i
am à sérvulis ejus.
quis dicat: Nunqu
um præscíerat mo
Et indubitanter.
non sperábat con
surrectúrum? Et
Super hæc dóluit
xum? Et vehemen
quin, quisnam tu
aut undè tibi hæc
ut miréris plùs Ma
patientem, quàm
lium patientem?
mori córpore p
cómmori corde n
Fecit illud cáritas
jórem nemo hábu
hoc cáritas, cui
símilis áltera non

℟. Vidit Jesus
discípulum stant
diligébat; * Et
matri suæ: Múlie
lius tuus. ℣. Sup

ilis, bono áni-
propter spem
m habébat, fe-
atióni masculí-
ı ínserens. * Et
dicitur Glória.
Mach. 7.
OCTURNO.
Nemo gáudeat
solátam; ego e-
a sum sola, et
Altíssimum in
Baruch. 4.
. Oculus meus
eò quòd non es-
donec respíceret
óminus de cœ-
.
a. Non repellet
num Dóminus;
écit, et miseré-
ıdùm multitúdi-
ıtiónum suárum.

ıbrá alárum tuá-
bo, ℟. Donec
quitas. *Ps.* 56.
:TIO vij.
:ti Evangélii se-
m Joannem.
Cap. 19.
:mpore; Stabant
:m Jesu mater e-
ır matris ejus Ma-
æ, et María Mag-
réliqua.
sancti Ambrósii
píscopi.
titut. Virg. Cap. 7.
: ora, ímpii; ape-
, pii: audíte quid
oquátur. Testátur de cruce Dóminus Jesus, et paulisper públicam differt salútem, ne matrem inhonóram relinquat. Subscríbitur Joannes in testamento Christi: legátur matri, pudóris defénsio, testimónium integritátis: legátur et discípulo matris custódia, pietátis grátia commendátur. Ex illo suscépit eam discípulus in suá. Non útiquè Christus faciébat divórtium, non María relinquébat virum; sed cum quo Virgo habitáre debébat, quàm cum eo quem fílii hærédem, integritátis sciret esse custódem? Stabat ante crucem mater, et, fugiéntibus viris, intrépida. Vidéte utrùm mutáre pudórem potúerit mater Jesu, quæ ánimum non mutávit. Spectábat piis óculis Fílii vúlnera, per quæ sciébat ómnibus futúram redemptiónem.

℟. Dicit Jesus discípulo quem diligébat: * Eccè mater tua. ℣. Cùm accéperit Deus ánimam meam, honórem habébis matri tuæ ómnibus diébus vitæ ejus: * Eccè. *Joan.* 19. *Tob.* 4.

LECTIO viij.

STABAT non degéneri mater spectáculo quæ non metúeret peremptórem. Pendébat in cruce Fílius, mater se persecutóribus offerébat. Si hoc solùm esset ut ante Fílium prosternerétur, laudandus pietátis affectus,

quòd Fílio superstes esse nolébat. Sin verò, ut cum Fílio morerétur, cum eódem gestiébat resúrgere, non ignára mystérii quòd genuisset resurrectúrum: simul quæ público úsui impendi mortem fílii nóverat, præstolabátur si fortè étiam suâ morte, público múneri áliquid adderétur. Sed Christi pássio adjutório non éguit, sicut ipse Dóminus longè antè prædíxerat: Et respexi, et non erat auxiliator: et attendi, et nemo suscipiébat; et liberábo eos bráchio meo. Quómodò ergò extorquéri pótuit intégritas Maríæ, quæ, fugiéntibus Apóstolis, supplícia non metuébat, sed ipsa se offerébat perículis?

℟. Ex illâ horâ accépit matrem Jesu discípulus in suâ. * Erat ferè hora sexta, et ténebræ factæ sunt in universam terram. ℣. Misi repentè terrórem, dicit Dóminus: infirmáta est quæ péperit: óccidit ei sol, cùm adhuc esset dies. * Erat. *Joan.* 19. *Luc.* 23. *Jerem.* 15.

Lectio ix.

Léctio sancti Evangélii secundùm Joannem.

Cap. 11.

In illo témpore; Collegérunt Pontífices et Pharisæi concílium, et dicébant: Quid fácimus, quia hic homo multa signa facit? Et *réliqua.*

Homília sancti Au

Epíscopi.

In Joan. Tract.

Dicebant: Quid f
nec tamen dicébant
mus. Plùs enim pér
mines cogitábant q
nocérent, et pér
quàm quómodò sibi
lerent, ne perírent. I
timébant, et quasi c
bant. Dicébant enim
fácimus, quia hic hom
ta signa facit? si dim
eum sic, omnes cre
eum; et vénient Rom
tollent nostrum lo
gentem. Temporália
timuérunt, et vitam
nam non cogitavér
sic utrumque ami
Nam et Románi post
ni passiónem et glori
nem tulérunt eis et lo
gentem, expugna
transferendo; et illud
quitur quod álibì dic
Fílii autem regni h
bunt in ténebras e
res.

℟. Omnis turba
qui simul áderant a
táculum illud, et v
quæ fiébant, perc
péctora sua revertel
stabant autem * Not
mulíeres de longè a
tes. ℣. Plangent eum
tu quasi super unig
et dolébunt super eu
morte primogéniti.
Non *dicitur* Glória P

Omnis turba. *us-*
langent. *Luc.* 23.
Zach. 12.
tur Te Deum.
d. Quándiù po-
ia in ánimâ meâ,
n in corde meo
Ps. 12.
LAUDES.
vos omnes qui
ransítis per viam,
t vidéte si est do-
olor meus. *Thren.*

: Defecérunt præ
culi mei: contur-
víscera mea. *Thr.*

c. Attenuáti sunt
uspicientes in ex-
ómine, vim páti-

D. Nunquìd.
cum. *Thren.* 2.
obtexit calígine
uo Dóminus * Fí-

de cœlo in ter-
ytam Israel;
st recordátus sca-
n suórum * in die

ávit Dóminus,
it, * ómnia speci-

it in furóre suo
Vírginis Juda, *
n terram:
egnum et prínci-
confrégit in irâ
omne cornu Isra-

Avertit retrorsùm déxteram suam * à fácie inimíci:

Et succendit in Jacob quasì ignem flammæ * devorantis in gyro.

Tetendit arcum suum quasi inimícus; * firmávit déxteram suam quasi hostis:

Et occídit omne, quod pulchrum erat visu, * in tabernáculo Fíliæ Sion.

Ant. Nunquìd oblivisci potest múlier infantem suum, ut non misereátur fílio úteri sui? *Is.* 49.

Ant. 4. *D.* Angústia possédit me sicut angústia parturientis: córrui cùm audírem, cùm vidérem: ténebræ stupefecérunt me. *Is.* 21.

Capitulum. *Thren.* 1.

Vide, Dómine, quóniam tríbulor: conturbátus est venter meus, subversum est cor meum in memetipsâ; quóniam amaritúdine plena sum.

Hymnus. *H. Vabr. Ep.*

Illæsa, te, puérpera,
Non fécerat matrem dolor:
Nascente, quem nescíveras
Orbáta sentis Fílio.

Dum te salútat últimùm
Natoque tradit álteri,
Natumque tradit álterum,
In morte Christum párturis.

Non ejulantem cérnimus,
Non ungue vellentem comas;
Silensque plùs novit pati
Virtus dolóre fórtior.

Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In sempiterna sécula.
Amen.

℣. Dùm turbábitur terra, ℟. Deus in médio ejus; non commovébitur. *Ps.* 45.

Ad Benedictus. *Ant.* 7. G. Fortis est ut mors diléctio. Aquæ multæ non potuérunt extínguere caritátem, nec flúmina óbruent illam. *Cantic.* 8.

ORATIO.

Da, quæsumus, Dómine, córdibus nostris íntimum veræ pietátis affectum; ut in tui Fílii passióne sanctíssimæ Matri ejus dignè compatientes, salutáris mystérii fructum percípere mereámur; Per eumdem Dóminum.

Pro Commem. Feriæ.

Ant. Collegérunt Pontífices et Pharisæi concílium adversùs Jesum, et dicébant: Quid fácimus, quia hic homo multa signa facit? *Joan.* 11.

℣. Intende ánimæ meæ, et líbera eam: ℟. Propter inimícos meos éripe me. *Ps.* 68.

ORATIO.

Tuæ nos, Dómine, grátiâ pietátis illustra; ut semper in regendis áctibus et móribus potióra probantes, et quod nocet fúgere, et quod

prodest elígere, te in
te, possímus; Per
num.

AD HORAS.

In fine Hymnorum
Qui natus es de Virgi

AD PRIMAM.

Ant. 5. C. O vos o
In ℟. *br.* ℣. Qui na
de Maríâ Vírgine. *Et*
citur Glória Patri.

CANON.

Ex Concílio Colon
Ann. 1423. *Can.*

Ad glóriam sanct
nis Dei genitrícis, p
catóribus Fílium cru
assíduè deprecantis,
ad honórem illíus a
et dolóris, dùm red
noster, expansis má
arâ crucis, matrem su
nedictam dilectíssim
pulo suo Joanni Eva
commendávit, et pr
ut profanórum Hus
perfídia retundátur
mágines ad laudem
xi, et gloriósæ Vírgi
eátas combúrere mín
midárunt, statúimu
dinámus ut Festum
moratiónis præfátæ
tiæ et dolóris beát
vírginis deinceps
annis, in ómnibus E
secundùm notas ac
am et homíliam d
Festo compósitas,
ter celebrétur.

AD TERTIA

Ant. 1. *f.* Defecé
Ca

ulum. *Job.* 30.
a mea efferbué-
ue ullâ réquie;
unt me dies afflic-
erens incedébam:
ribulatiónem * Et
nvéni. Tribulati-
Circumdedérunt
res mortis; * Et.
℟. Tribulatiónem.

oui qui simul con-
, et non fuit; ℟. Et
arétur, et non in-
68.

SEXTAM.

. Attenuáti sunt.
ulum. *Thren.* 3.
raunt aquæ super
um; dixi: Périi.
omen tuum de la-
mo.
Usquequò, Deus,
rábit inimícus? Us-
℣. Irrítat adversá-
en tuum in finem?
erábit. ℟. Usque-
73.
Impérium tuum
: ℟. Et salvum fac
illæ tuæ. *Ps.* 85.

NONAM.

. *D.* Angústia.
tulum. *Jerem.* 4.
quasi parturientis
ngústias ut puér-
e Fíliæ Sion inter-
expandentisque
s: Væ mihi, quia
ima mea.
Cor meum contur-
: * Derelíquit me
rs verna.

virtus mea. Cor meum.
℣. Lumen oculórum meó-
rum et ipsum non est me-
cum. * Derelíquit. ℟. Cor
meum. *Ps.* 37.

℣. Tribulatiónem meam
ante Dóminum pronúntio,
℟. In deficiendo ex me spíri-
tum meum. *Ps.* 141.

AD II. VESPERAS.

Ant. Fecit Dóminus quæ
1. D. cogitávit, complé-
vit sermónem suum, et non
pepercit; et lætificávit super
te inimícum. *Thren.* 2.

Ant. 2. D. Plausérunt su-
per te mánibus omnes trans-
euntes per viam: sibilavé-
runt, et movérunt caput.
Thren. 2.

Ant. 7. *d.* Consurge, Fília
Sion, effunde sicut aquam
cor tuum ante conspectum
Dómini: leva ad eum ma-
nus tuas. *Thren.* 2.

Ant. 8. c. Persecútus est
te inimícus tuus, sed citò
vidébis perditiónem ipsíus;
et super cervíces ipsíus as-
cendes. *Baruch.* 4.

Ant. 6. F. Nocentes perí-
bunt qui te vexavérunt; et
exultátio multitúdinis erit
in luctum. *Baruch.* 4.

Capitulum. *Jerem.* 15.
Dicit Dóminus: Si non
relíquiæ tuæ in bonum, si
non occurri tibi in témpore
afflictiónis, et in témpore
tribulatiónis adversùs inimí-
cum.

Hymnus, Dùm spargit. *ut in I. Vesperis*, 273.

℣. Quandò consoláberis me, Dómine ? ℟. Quandò fácies de persequéntibus me judícium ? *Ps.* 118.

Ad Magníficat. *Ant.* 4. E. Animæquior esto, exhortátur enim te, qui te nominávit; et qui gratuláti sunt in tuâ ruínâ, punientur. *Baruch.* 4.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Pro Commem. Feriæ.

Ant. Ab illo die cogitavérunt ut interficeren t Jesum. Jesus ergò jàm non in palàm ambulábat apud Judæos, sed ábiit in regiónem juxta desertum cum discípulis suis. *Joan.* 11.

℣. Captábunt in ánimam justi; ℟. Et sánguinem innocentem condemnábunt. *Ps.* 93.

ORATIO.

ACCURRAT ad te, quæsumus, Dómine, pópulus tuus; et toto tibi corde subjectus, obtíneat ut ab omni perturbatióne remótus, salútis suæ remédia suscipiat, et cum próximis in unitáte persevéret; Per Dóminum.

COMPLETORIUM *ut heri.*

SABBATO

Ante Palmas.

LECTIO j.

De Jeremiâ Prophétâ.

Cap. 9.

LOQUERE: Hæc dicit Dóminus : Et cadet mortici-

num hóminis qu
super fáciem re
quasi fœnum po
metentis; et non e
ligat. Hæc dicit I
Non gloriétur sáp
piéntiâ suâ, et non
fortis in fortitúdi
non gloriétur div
tiis suis; sed in h
tur, qui gloriátur
nosse me, quia eg
minus, qui fácio m
diam, et judícium
tiam in terrâ : hæc
cent mihi, ait Dóm
cè dies véniunt, di
nus, et visitábo s
nem qui circumcís
præpútium, supe
tum, et super Jud
Edom, et super f
mon, et super Mo
per omnes qui att
in comam, habita
serto; quia omnes
bent præpútium,
tem domus Israel
císi sunt corde. Je

℟. Réspice. 254

LECTIO ij. C

NON est símilis tu
ne : magnus es tu,
num nomen tuum
dine. Quis non ti
ô Rex géntium ? ti
nim decus. Inter c
pientes géntium,
versis regnis eórn
est símilis tuî. Pá
pientes et fátui p
tur : doctrína va

st. Argentum
Tharsis affer-
de Ophaz, o-
et manus ærá-
s et púrpura
eórum : opus
ersa hæc. Dó-
Deus verus est:
vens, et Rex
Ab indignatió-
novébitur ter-
stinébunt gen-
iónem ejus. Sic
is: Dii, qui cœ-
non fecérunt,
errâ et de his
o sunt. Jerúsa-

ieus. 254.
io iij.
i Evangélii se-
Joannem.
p. 12.
ore; Cogitavé-
es Sacerdótum
m interfícerent;
ropter illum ab-
dæis, et credé-
m. Et réliqua.
ncti Augustíni
scopi.
n. Tract 5o.
ro resuscitáto,
miráculum Dó-
rat evidéntiâ dif-
antâ manifesta-
rátum, ut non
occultáre quod
vel negáre; quid
vidéte. Cogita-
m Príncipes Sa-
t et Lázarum in-

terfícerent. O stulta cogitátio, et cæca sævítia! Dóminus Christus qui suscitáre pótuit mórtuum, non posset occísum? Quandò Lázaro inferebátis necem, nunquid auferebátis Dómino potestátem? Si áliud vobis vidétur mórtuus, áliud occísus: eccè Dñus utrumque fecit; et Lázarum mórtuum, et seipsum suscitávit occísum.

℟. Adhuc módicum lumen in vobis est. * Ambuláte dùm lucem habétis, ut non vos ténebræ comprehendant. ℣. Date Dómino Deo vestro glóriam, ántequàm contenebrescat: * Ambuláte. *Joan.* 12. *Jerem.* 13.

Ad Benedictus. *Ant.* 1. f. Venit hora, ut clarificetur Fílius hóminis. *Joan.* 12.

ORATIO.

Omnipotens sempitérne Deus, cleméntiam tuam supplíciter exorámus, ut salutáribus jejúniis castigáti, et bonórum óperum exercitatióne mundáti, ad ventúram festivitátem dignè perveniámus; Per.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Anno* 1563. *Sess.* 25. *C.* 22. *de Indulg.*

Cum potestas conferendi Indulgéntias à Christo Ecclésiæ concessa sit, atque hujúsmodi potestáte sibi divinítùs tráditâ, antiquíssimis étiam tempóribus illa usa

fuérit; sacro-sancta Synodus Indulgentiárum usum in Ecclésiâ retinendum esse docet et præcipit : in his tamen concedendis moderatiónem, juxta véterem et probátam in Ecclésiâ consuetúdinem adhibéri cupit; ne nímiâ facilitáte Ecclesiástica disciplína enervétur.

DOMINICA Palmarum.

Duplex-majus.

IN I. VESPERIS.

Ant. 7. *d.* EGREDIMINI in montem, et afferte frondes olívæ, et frondes ligni pulchérrimi, et ramos palmárum. 2. *Esdr.* 8.

Ant. 2. D. Transíte per portas : præparáte viam pópulo; planum fácite iter; eleváte signum ad pópulos. *Is* 62.

Ant. 6. F. Eccè Dóminus audítum fecit in extrémis terræ; dícite fíliæ Sion : Eccè salvátor tuus venit. *Is.* 62.

Ant. 1. g. Factus est eis Salvátor : in dilectióne suâ et in indulgéntiâ suâ ipse redémit eos. *Is.* 63.

Ant. 8. G. O Dómine! benè prosperáre : benedictus qui venit in nómine Dómini, Rex Israel. *Ps.* 117. *Joan.* 12.

CAPITULUM. *Jerem.* 26.

ECCE in mánibus vestris sum : fácite mihi quod bonum et rectum est in óculis vestris. Verúmtam et cognóscite quò déritis me, sánguii centem tradétis co metipsos, et cont tem istam, et h ejus; in veritáte ei me Dóminus ad vc

℟. Jerúsalem, Je quótiès vólui cong lios tuos, et noluis relinquétur vobi vestra deserta. D vobis : Non me vi modò, donec dicát dictus qui venit i Dómini. ℣. Dedi di nimam meam in n micórum ejus : l mea dedit contra m ídeò odívi eam. *Matth.* 23. *Jerem.* 1

Hymn. Fando. 151.

℣. Dixi : Eccè véi fáciam, Deus, vo tuam. *Hebr.* 10.

Ad Magníficat. *A* Jerúsalem, si cogn tu, et quidem in tuâ, quæ ad pac nunc autem abscón ab óculis tuis. *Luc.*

Oratio, ut infrà des.

COMPLETORIUM, 150, *servato ritu* *et omissis Precibus.*

¶ *A Dominicâ P usquè ad Dominica bis inclusivè, non fi Festo duplici aut s*

ransfertur post hæ.
plici autem et
fit commemo-
anno omittun-

[UM. NOCT.
tum Jesum qui
tiónem semet-
nnibus,* Vení-
s. I. *Timoth.* 2.
míte. *sine* Gló-
dicto ℣. Qua-
*itur** Veníte, a-
eindè repetitur

Oppróbriis. *ut*

)CTURNO.
Impossíbile est
rórum et hir-
i peccáta. *Hebr.*

Christus ingré-
ım dicit : Cor-
ıihi; tunc dixi :
Hebr. 10.
In cápite libri
de me, ut fá-
voluntátem tu-
).
meus, vólui ;
tuam in médio
Ps. 39.
rio j.
à Prophétâ.
p. 11.
quòd dilectus
o meâ fecit scé-
Nunquid carnes
ent à te malítias
us gloriáta es?

Olívam úberem, pulchram, fructíferam, speciósam vocávit Dóminus nomen tuum : ad vocem loquélæ, grandis exarsit ignis in eâ, et combusta sunt frutéta ejus. Et Dóminus exercítuum qui plantávit te, locútus est super te malum pro malis domûs Israel et domûs Juda, quæ fecérunt sibi ad irritandum me, libantes Báalim. Tu autem, Dómine, demonstrasti mihi, et cognóvi; tunc ostendisti mihi stúdia eórum. Et ego quasi agnus mansuétus qui portátur ad víctimam; et non cognóvi quia cogitavérunt super me consília, dicentes : Mittámus lignum in panem ejus, et eradámus eum de terrâ vivéntium, et nomen ejus non memorétur ámpliùs. Tu autem, Dómine sábaoth, qui júdicas justè, et probas renes et corda, vídeam ultiónem tuam ex eis : tibi enim revelávi causam meam. Jerúsalem.

℟. Décimâ die mensis hujus tollat unusquisque agnum per famílias et domos suas; et servábitis eum usquè ad quartam-décimam diem mensis hujus : * Immolábitque eum universa multitúdo filiórum Israel ad vésperam. ℣. Venit dies azymórum, in quâ necesse erat occídi Pascha. * Immolábitque. *Exod.* 12. *Luc.* 22.

LECTIO ij. *Cap.* 12.

JUSTUS quidem tu es, Dómine, si dísputem tecum; verúmtamen justa loquar ad te : Quarè via impiórum prosperátur? benè est ómnibus qui prævaricantur, et iníquè agunt? Plantasti eos, et radícem misérunt; profíciunt, et fáciunt fructum: propè es tu ori eórum, et longè à rénibus eórum. Et tu, Dómine, nosti me, vidisti me, et probasti cor meum tecum: cóngrega eos quasi gregem ad víctimam, et sanctífica eos in die occisiónis. Usquequò lugébit terra, et herba omnis regiónis siccábitur propter malítiam habitántium in eâ? Consumptum est ánimal, et vólucre, quóniam dixérunt: Non vidébit novíssima nostra. Jerúsalem.

℟. Post hebdómades sexaginta duas * Occidétur Christus; et in dimídio hebdómadis defíciet hóstia et sacrifícium. ℣. Fílius hóminis tradétur princípibus Sacerdótum, et condemnábunt eum morte. * Occidétur. *Dan.* 9. *Matth.* 20.

LECTIO iij.

RELIQUI domum meam, dimísi hæreditátem meam: dedi dilectam ánimam meam in manu inimicórum ejus. Facta est mihi hæréditas mea quasi leo in silvâ: dedit contra me vocem, ideò odívi eam. Nunquid avis di hæréditas mea mihi quid avis tincta per t Veníte, congregámini nes béstiæ terræ, pro ad devorandum. Pa multi demolíti sunt v meam, conculcavérun tem meam: dedérunt ónem meam desider in desertum solitúdin suérunt eam in dissi nem, luxitque supe desolatióne desoláta nis terra, quia null qui recógitet corde. lem.

℟. Si sanguis hi inquinátos sanctífica mundatiónem carnis; tò magis sanguis Ch mundábit consciénti tram ab opéribus mo ℣. Dixit Dóminus a sen: Hircus offerétur no pro peccátis in ho tum sempitérnum. * tò. *Hebr.* 9. *Num.* 28.

IN II. NOCTUR

Ant. 1. D. Cœpit J téndere discípulis su oportéret eum ire Je mam, et multa pati cídi, et tértiâ die re *Matth.* 16.

Ant. 7. a. Ignoráb cípuli verbum; et látum ante eos, ut n tirent illud. *Luc.* 9.

Ant. 4. E. Timeb cípuli interrogáre J

sunt vehementer.
Matth. 17.
onspectu tuo sunt
i tribulant me :
térium expectávit
, et misériam.
ectio iv.
icti Leónis Papæ.
o. *de Pass.* 11.
c. 1.
ata nobis, dilec-
universo optábilis
est festívitas Do-
assiónis, quæ nos
atiónes spirituáli-
órum silére non
uia etsi difficile
dem solemnitáte
nè aptèque dissé-
est tamen líberum
in tanto divínæ
iæ sacramento, fi-
li áuribus subtrá-
nis officium : cùm
ia ex eo quòd est
, fandi tríbuat fa-
nec possit defíce-
icátur, dùm nun-
est satis esse quod
uid autem inter
era Dei in quibus
admiratiónis fati-
entio, ità contem-
mentis nostræ et
et súperat, sicut
vatóris ? De cujus
ntiâ quæ ei cum
us et æquális es-
, quótiès, ut pós-
gitámus, mirabí-
fit in Deo humíli-
potestas; et diffi-
cíliùs cápitur divínæ majestátis exinanítio, quàm servílis formæ in summâ provéctio.

℟. Factum est, dùm complerentur dies assumptiónis Jesu, * Et ipse fáciem suam firmávit ut iret in Jerúsalem. ℣. Dedit se ut liberáret pópulum suum. * Et ipse. *Luc.* 9. 1. *Mach.* 6.

Lectio v. *Cap.* 3.

Christus, ut humánum genus vínculis mortíferæ prævaricatiónis absólveret, et sævienti diábolo poténtiam suæ majestátis occúluit, et infirmitátem nostræ humilitátis objécit. Si enim crudélis et superbus inimícus consilium misericórdiæ Dei nosse potuisset, Judæórum ánimos mansuetúdine pótiùs temperáre, quàm injustis ódiis studuisset accéndere ; ne ómnium captivórum amítteret servitútem, dùm nihil sibi debentis perséquitur libertátem. Fefellit ergò illum malígnitas sua : íntulit supplícium Fílio Dei, quod cunctis fíliis hóminum in remédium verterétur. Fudit sánguinem justum, qui reconciliando mundo et prétium esset et póculum. Suscépit Dóminus quod secundùm propósitum suæ voluntátis elégit. Admísit in se ímpias manus furéntium, quæ dùm próprio incumbunt scéleri, famulátæ sunt Redemp-

tóri. Cujus étiam circa interfectóres suos tanta erat pietátis affectio, ut de cruce súpplicans Patri, non se vindicári, sed illis postuláret ignosci.

℟. Præcedébat discípulos Jesus, et stupébant; et sequentes timébant. Et cœpit illis dícere: * Eccè ascéndimus Jerosólymam, et damnábunt Fílium hóminis morte. ℣. Ego in flagella parátus sum; inimíci autem mei confirmáti sunt super me. * Eccè. *Marc.* 10. *P.* 37.

Lectio vj. *Cap.* 5.

Quod ergò falsi testes, quod cruenti príncipes, quod ímpii Sacerdótes in Dómini Jesu Christi mystério, ignáviâ præsidis, et famulátu imperítæ cohortis egérunt, et detestandum universis séculis, et amplectendum fuit. Crux enim Dómini, sicut in Judæórum erat mente crudélis, ità est in Crucifixi virtúte mirábilis. Furit in unum pópulus, et miserétur ómnium Christus. Quod sævitiâ infertur, potestáte suscípitur; ut licéntia facínoris æternæ opus ímpleat voluntátis. Undè omnis ordo rerum gestárum, quem plenissimè Evangélica narrátio percurrit, ità fidélium est accipiendus audítu, ut, salvâ fide actiónum quæ témpore domínicæ passiónis implétæ sunt, intelligámus non solùm remissiónem [...] rum in Christo co[...] sed étiam formam [...] esse propósitam.

℟. Eccè ascéndim[...] sólymam, * Et co[...] buntur ómnia qu[...] sunt de Filio hómi[...] détur enim géntibu[...] détur, et flagellá[...] conspuétur; et oc[...] um. ℣. Inimíci mei [...] mala mihi: Quand[...] tur, et períbit nom[...] Verbum iníquum c[...] runt adversùm me. [...] summabuntur. *Luc* 40.

IN III. NOCTU[...]

Ant. 3. c. Conv[...] Dómine, adversùs [...] púerum tuum Jesu[...] unxisti. *Act.* 4.

Ant. 7. c. Dixéru[...] riátur patrem se h[...] um: videámus erg[...] mónes illíus veri [...] *pient.* 2.

Ant. 8. c. Morte [...] mâ condemnémus [...] enim est verus Fil[...] liberábit eum. *Sap*

℣. Eripe me de [...] micórum meórum [...] persequéntibus me[...]

Lectio vij

Léctio sancti Eva[...] cundùm Matth[...]

Cap. 21.

In illo témpore; [...] propinquassent [...] mis, et venissent

em Olivéti; tunc
duos discípulos,
Ite in castellum
a vos est, et sta-
tis ásinam alligá-
lum cum eâ: sól-
ldúcite mihi. Et

sancti Joannis
ysóstomi.
Matth. 67.
in hoc facto pro-
lteram ópere, ál-
is Jesus adimplet:
lem, quòd super
lerit; verbis verò,
am est à Zachariâ,
inâ sicuti rex sedé-
ígitur id, véluti
est, explesset, al-
e prophétiæ dabat
iæ futúra erant ip-
significando. Im-
n enim vocatiónem
et quòd in ipsis re-
et vénient atque a-
eum, res ista signi-
à prophétiæ pro-
cessit. Mihi verò,
cò solùm in ásinâ
létur, verùm éti-
vendi philosóphiâ
ret. Itâ simul, et
s adimplébat, et
veritátis plantá-
vendi præcepta e-
præbébat et affir-
égulas enim nobis
e majóra quàm ne-
usus éxigat, re-

iet qui mittendus
verna.

est, et ipse erit expectátio géntium: * Ligans ad víneam pullum suum, et ad vitem, ô fili mi, ásinam suam. ℣. Benedictus, qui venit in nómine Dómini, Rex Israel: * Ligans. *Gen.* 49. *Joan.* 12.

Lectio viij.

Sed videámus jàm tàm verbórum quàm rerum prophétiam. Quæ ígitur est illa? Eccè Rex tuus venit tibi mansuétus, ascendens super jugálem et pullum novum. Non currus, ut reges céteri, agens; non vectigália éxigens, non elátus tumóre, nec satellítibus stipátus; sed magnam úndique monstrans humilitátem. Interrogétur ergò Judæus, quisnam regum ásinâ vectus Jerosólymam intrávit? Néminem profectò præter Christum dícere posset. Hæc faciébat, ut, quemádmodùm díximus, figúris ventúra significáret. Hìc enim Ecclésia et novus pópulus olim immundus per pullum significátur; qui, postquàm in eo Jesus quiévit, ab omni sorde liberátus, mundus effectus est. Perpende autem ad amussim imáginem esse conservátam. Discípuli quippè jumenta solvunt; quóniam et nos, et illi per Apóstolos vocáti, et adducti ad Christum sumus; et nostra fides in zelum illos deduxit. Id-

circò ásina pullum suum sequi perspícitur; quóniam postquàm in géntibus Christus séderit, tunc et Israelítæ zelantes vénient; quod Paulus signíficans, dicébat: Quia cæcitas ex parte Israéli áccidit, quousquè plenitúdo géntium intráret; et sic omnis Israel salvábitur.

℟. Dixit Jesus: Ite, inveniétis ásinam alligátam, et pullum cum eâ: sólvite, et addúcite mihi; et * Si quis vobis áliquid díxerit, dícite quia Dóminus his opus habet: et confestim dimittet eos. ℣. Meæ sunt omnes feræ sylvárum, jumenta in móntibus. * Si quis. *Matth.* 21. *Ps.* 49.

Lectio ix.

Quam húmili autem et abjecto ánimo tunc témporis essent Judæi, considera; qui, quamvìs tàm multa ejus signa víderint, nunquàm tamen ipsum sic admiráti sunt, quemádmodùm nunc: postquàm autem turbas concúrrere aspexérunt, vehementer obstupescunt. Concussa enim fuit, inquit, universa cívitas, dicens: Quis est hic? Turbæ autem dicébant: Hic est Jesus Prophéta à Názareth Galilææ. Ità quandò étiam magnum quid de ipso dícere nisi sunt, tunc húmilis et abjecta ipsórum senténtia humi trahebátur. Hæc autem faciébat, non ut se hi
ostentáret; sed pa
et prophétiam, ut
impléret, et vitam
instrúeret; partìm
puli horum testes, l
ximè solámen mo
habérent cùm vid
nullo invítum poss
Tu verò id étiam
quómodò tàm à
quàm à David ad
ista prædicta fuéru
gitur étiam nos faci
laudes cantémus,
menta tradámus iis
sum ásferunt. Quà
niâ digni érimus, e
rum álii ásinam ve
suis, Christi in e
grátiâ, ornárent; ál
menta sub pédib
stérnerent, si nos nu
sum videntes, à n
pro eo quidquam i
re nólumus; et cùm
álii præcédant, áli
quantur, nos adv
repellámus atque co
mus? Quo putas l
plício digna esse?
ad te Dóminus índi
ne supplicantem qu
dire vis, sed accu
crepas.

℟. Exulta satis,
on: júbila, fília Je
* Eccè Rex tuus v
justus, et salvátor; i
per, et ascendens s
nam et super pullu
ásinæ. ℣. Invénit Je

it super eum, si-
m est : * Eccè.
. Exulta *usquè ad*
. *Joan*. 12.
d. Lætétur Israel
ecit eum; ℟. Et
exultent in Rege
19.
LAUDES.
ITTE filiæ Sion :
Eccè Rex tuus ve-
ansuétus, sedens
am et pullum fi-
gális. *Matth*. 21.
D. Testimónium
t turba quæ erat
quandò Lázarum
à mórtuis ; prop-
viàm venit ei tur-
udiérunt eum fe-
signum. *Joan*. 12.
D. Multi autem
a sua stravérunt in
utem frondes cæ-
arbóribus, et ster-
vià. *Marc*. 11.
a. Cœpérunt.
CUM. *Zach*. 9. 9.
satis, filia Sion ; *
a Jerúsalem :
ex tuus véniet ti-
s et salvátor;
uper et ascendens
am, * et super
ium ásinæ.
erdam quadrígam
m, * et equum de
,
pábitur arcus bel-
uétur pacem Gén-
stas *ejus à mari*,

usquè ad mare, * et à flumínibus, usquè ad fines terræ.

Tu quoque in sánguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, * in quo non est aqua.

Convertímini ad munitiónem vincti spei, * hódiè quoque annúntians duplícia reddam tibi.

Ant. Cœpérunt turbæ discipulórum gaudentes laudáre Deum super ómnibus quas víderant virtútibus, dicentes : Benedictus qui venit Rex in nómine Dómini; pax in cœlo, et glória in excelsis. *Luc*. 19.

Ant. 6. *C*. Dico vobis : Quia si hi tacúerint, lápides clamábunt. *Luc*. 19.

CAPITULUM. *Coloss*. 2.

CHIROGRAPHUM decréti, quod erat contrárium nobis, et ipsum tulit Christus de médio, affígens illud cruci; et expólians principátus et potestátes, traduxit confidenter, palàm triumphans illos in semetipso.

Hymn., Dùm, Christe. *ut suprà*, 261.

℣. Confiteantur tibi pópuli, Deus : ℟. Confiteantur tibi pópuli omnes. *Ps*. 66.

Ad Benedictus. *Ant*. J. Turbæ quæ præcedébant, et quæ sequebantur, clamábant, dicentes : Hosanna Fílio David : benedictus qui venit in nómine Dómini; hosanna in altissimis. Matth. 21.

ORATIO.
lectum verò mysticum, requirentis signátur intelligéntia. María enim auctórem ómnium, quem carne víderat mórtuum, quærébat in monuménto : et quia hunc mínimè invénit, furátum crédidit. Adhuc ergò erant ténebræ, cùm venit ad monuméntum. Citò currit cítiùs, discipulisque nuntiávit. Sed illi præ céteris cucurrérunt, qui præ céteris amavérunt; vidélicet Petrus et Joannes.

℟. Una sábbati María Magdaléne * Venit manè, cùm adhuc ténebræ essent, ad monuméntum, allelúia, allelúia. ℣. Fortis est ut mors diléctio. * Venit. Glória. * Venit. *Joan.* 20. *Cant.* 8.

Ad Benedictus, *Ant.* 4. *D.* Nondùm sciébant Scriptúram, quia oportébat Jesum à mórtuis resúrgere, allelúia. *Joan.* 20.

Oratio.

Concede, quæsumus, omnípotens Deus, ut qui festa Paschália venerándo égimus, per hæc contíngere ad gáudia ætérna mereámur. Per eumdem.

CANON.

Ex Concilio Toletáno undécimo.

Anno 675. *C.* 4.

De persónis discordántium id speciáliter definitióne nostrà præcípimus, ut ántequàm eos reconciliátio vera innectat, nullus accédere ad altáre ... áudeat, ... munióni ...

DOMINICA IN ALBIS DEPOSITIS.

Solemnius ...

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Sabbato.

Ant. ... Confortamini ...

C... Judà ... Joseph : ego enim Deus eórum, et ... illos, quia ... allelúia. *Zach.* ...

Ant. 6. E. Ad ... exaltábo signum ... áfferent fílios in ... fílias super húmero ... bunt, allelúia. *Isa.* ...

Ant. 5. ... Deus Israel ... te, in lúmine ... cum misericórdia ... quæ est ex ipso ... *Baruch* 5.

Ant. 4. E. Mise... rum reget eos, et ... aquárum potábit ... lúia. *Is.* 49.

Ant. 7. ... Am... mecum in albis, q... sunt, allelúia. *Apoc.* ...

Capitulum. ...

Non occidet ultrà ... us, Jerúsalem, et non minuétur; qui... bi Dñus in lucem s... nam, et complebu... luctûs tui. Pópul... tuus omnes justi, in ... um hæreditábunt ...

nos Deus se-
quæ mani-
per illumi-
tóris nostri
li/destruxit
, illuminá-
n et incor-
lúla, alle-
Deo, psal-
mini ejus :
ascendit su-
Qui. Glória.
Ps. 67.
us.
ristùs cœle-
nis :
gitat trium-
um Domi-
hi
incit.
ntem lapi-
mi
Vigilum
it, quibus
Orbis.
clausum
rcet,
et facilem
sua fert
pignus.
documen-
stat imágo
ndo docet,
sedes.

Ergo jam nunquàm
moritúre, vivis,
Christe; quos fuso redimis
cruóre,
Fac, in æternum tua vita
nobis
Vívere præstet.

Summa laus Patri, Genitóque summa,
Morte qui victâ sibi dat
renasci,
Quem Patri consors Amor
et perennis
Glória jungit.
Amen.

℣. Dñe, in lúmine vultûs tui ambulábunt, ℟. Et in nómine tuo exultábunt. *Ps.* 88.

Ad Magníficat. *Ant.* 5. C. Nunquid non tu, Dómine, percussisti superbum, vulnerasti dracónem? Et nunc qui redempti sunt à Dómino, revertentur laudantes; et lætitia sempiterna super cápita eórum, allel. *Is.* 51.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Benedicamus Dño, *cum* 2 Allelúia. *usquè ad Trinit.*

Complet. *ut infrà*, 363.

AD NOCTURNUM.

Invit. Surrexit Dóminus verè, * Allelúia. *Luc.* 24.

Ps. 94. Venite. 130.

Hymn. Adeste. *infrà*, 356.

Tres Ps. è I. Noct. Dom. sub solâ Ant. 1. *g.* Conversi estis ad Deum, servire Deo vivo et vero, et expectáre Filium ejus de cœlis (quem suscitávit ex mórtuis) Jesum, allelúia. 1. *Thes.* 1.

℣. Dicant qui redempti sunt à Dómino, ℟. Quóniam in séculum misericórdia ejus. *Ps.* 106.

LECTIO j.

De Actibus Apostolórum.

Cap. 4.

FACTUM est in crástinum ut congregarentur Príncipes Sacerdótum, et Senióres, et Scribæ in Jerúsalem, et Annas princeps Sacerdótum, et Cáiphas, et Joannes, et Alexander, et quotquot erant de génere sacerdotáli. Et statuentes Apóstolos in médio, interrogábant : In quâ virtúte, aut in quo nómine fecistis hoc vos ? Tunc replétus Spíritu Sancto Petrus, dixit ad eos : Príncipes pópuli, et Senióres, audíte : Si nos hódiè dijudicámur in benefacto hóminis infirmi, in quo iste salvus factus est, notum sit ómnibus vobis et omni plebi Israel, quia in nómine Dómini nostri Jesu Christi Nazaréni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitávit à mórtuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis qui reprobátus est à vobis ædificántibus, qui factus est in caput ánguli ; et non est in álio áliquo salus. Nec enim áliud nomen est sub cœlo datum homínibus, in quo opórteat nos salvos fieri.

℟. Vos pópulus
tiónis ; qui
pópulus, nunc autem
lus Dei : * Qui non
cúti misericórdiam,
autem misericórdiam
cúti, allelúia, allel.
minus elégit vos, qu
xit vos, et redémit d
servitútis : * Qui.
Deut. 7.

LECTIO ij.

Sermo sancti Au
Episcopi.
Serm. 260, alias
Dom. in Oct.

NE moras faci
multa, regenerátis
tismo, qui hódiè
sunt pópulo ;
gravis sermo
Vos qui baptizáti
hódiè completis
tum Octavárum
bréviter accípite
gite translátam
ram circumcisiónis
circumcisiónem
fantes appellámini
am regeneráti estis
vam vitam ingressi
ad vitam æternam
tis, si hoc quod
renátum est, malè
non suffocétis. Red
tis pópulis, misce
plebi fidélium : ca
mitémini malos fid
falsos fidéles ; qu
tendo fidéles, sed
vendo infidéles. Vi
testíficor vobis co

; castitátem
onjugálem,
continén-
continénti-
quod
exigére-
Quod
liter; non
inántur; sed
it, damná-
fráudibus in
Cavéte à
injúriis. Ca-
et luxú-
non vultis
fácere
ras, et Deo.
hæc á-
erit vo-
omnem
modo gé-
ónábile si-
scite; ut
in salútem;
℣. Testes
ipsi elegéri-
tum, ut ser-
ergò incli-
ra ad Dómi-
1. *Petr.* 2.

iij.
vangélii se-
annem.
20.
; Cùm serò
unâ sabbató-
sent clausæ,
puli congre-
tum Judæó-
us, et stetit

in médio, et dixit eis : Pax vobis. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

In. Ev. 26. hab. in Bas. sancti Joan. Lat. in Oct. Paschæ. n. 2.

Dixit eis : Pax vobis : Sicut misit me Pater, et ego mitto vos; id est, Sicut misit me Pater, Deus Deum; et ego mitto vos, homo hómines. Pator Fílium misit, qui hunc pro redemptióne géneris humáni incarnári constítuit. Quem vidélicet in mundum veníre ad passiónem vóluit : sed tamen amávit Fílium, quem ad passiónem misit. Electos verò Apóstolos Dóminus non ad mundi gáudia, sed, sicut ipse missus est, ad passiónes in mundum mittit. Quia ergò, et Fílius amátur à Patre, et tamen ad passiónem míttitur : ità et discípuli à Dómino amantur, qui tamen ad passiónem mittuntur in mundum. Itaque dícitur : Sicut misit me Pater, et ego mitto vos; id est, Eâ vos caritáte díligo, cùm inter scándala persecutórum mitto, quâ me caritáte Pater díligit, quem veníre ad tolerandas passiónes fecit.

℟. Pax vobis; sicut misit me Pater, et ego mitto vos : * Accípite Spíritum Sanctum : quorum remiséritis peccáta, remittuntur eis; et

quorum retinuéritis, reténta sunt, allelúia, allelúia.

℣. Vos sacerdótes Dómini vocabímini: Minístri Dei nostri, dicétur vobis. * Accípite. Glória. * Accípite. *Joan.* 20. *Is.* 61.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me; ℟. Nec delectásti inimícos meos super me. *Ps.* 29.

AD LAUDES.

Psalmi de Dominicâ.

Ant. 8. G. Cum mórtui essétis in delíctis, convivificávit vos cum Christo Deus, donans vobis ómnia delícta, allelúia. *Coloss.* 2.

Ant. 2. D. Mortificáti estis legi per corpus Christi, ut sitis altérius qui ex mórtuis resurrexit; ut fructificémus Deo, allelúia. *Rom.* 7.

Ant. 5. a. Vos nunc salvos facit baptisma per resurrectiónem Jesu Christi, qui est in déxterâ Dei, deglútiens mortem, allel. 1. *Petr.* 3.

Canticum. Eccè vicit. *infrà*, 365.

Ant. 3. c. Omnes vos fílii Dei estis per fidem quæ est in Christo Jesu, allel. *Gal.* 3.

Ant. 1. a. Quicunque in Christo baptizáti estis, Christum induistis, allel. *Gal.* 3.

Capitulum. *Apoc.* 1.

Gratia vobis, et pax à Jesu Christo, qui est testis fidelis, primogénitus mortuórum, et princeps terræ, qui diléxit et lavit nos à peccátis in sánguine suo.

Hymn. Auróra

℣. Tu es Deus qui mirabília ℟. Rede brachio tuo pópulum *Ps.* 76.

Ad Benedictus. *An* Post dies octo, iterum Jesus, jánuis clausis in médio, et dixit bis, allelúia. *Joann.*

Oratio.

Præsta, quæsumus potens Deus, ut qui cháliafesta perégim te largiente, mórib tâ teneámus. Per.

AD HORAS.

Dicúntur Hymni, xologiâ propriâ; inf Psalmi de Domini Psaltério, sub Antip Laudibus, ut suprà.

AD PRIMAM

Ant. 8. G. Cùm m

Cetera, ut infrà i Temporis Paschalis

CANON.

Ex Concilio Tride *Anno* 1562. *Sess.* 22. *de observandis in tione Missa*

Si necessáriò fatén lum áliud opus adè tum ac divínum à C délibus tractári poss hoc ipsum tremend térium, quo vivífica tia, quâ Deo Patri

us: in altári per
quotídiè immo-
s appáret omnem
eo ponendam es-
ntà máximà fíeri
rióri cordis mun-
e exterióri pietá-
eragátur.
TERTIAM.
. Mortificáti estis.
TULUM. *Rom.* 6.
mo noster simul
st, ut destruátur
cáti, et ultrà non
peccáto. Qui e-
us est, justificá-
eccáto.
áti. * quórum re-
iniquitátes, * Al-
lúia. Beáti. ℣. Et
tecta sunt peccá-
ia. Glória. Beáti.
s vir, cui non im-
minus peccátum,
n in spíritu ejus
31.
SEXTAM.
a. Vos nunc sal-

ITULUM. *Tit.* 3.
opéribus justítiæ
nus nos, sed se-
uam misericórdi-
nos fecit per la-
generatiónis et re-
Spíritûs Sancti,
dit in nos abundè
n Christum salva-
trum.
alvávit eos * prop-
suum, * Allelúia,
alvávit. ℣. Ut no-
tam fáceret * poténtiam su-
am, * Allelúia. Glória. Salvávit.

℣. Deduxit eos in abyssis sicut in deserto; ℟. Et salvávit eos de manu odiéntium. *Ps.* 105.

AD NONAM.

Ant. 1. a. Quicunque.

Capitulum. *Eccles.* 9.

Deo placent ópera tua. Omni témpore sint vestimenta tua cándida, et óleum de cápite tuo non defíciat.

℟. *br.* Non discédimus à te, * vivificábis nos, * Allelúia, allelúia. Non. ℣. Et nomen tuum * invocábimus, * Allelúia. Glória. Non. *Ps.* 79.

℣. Beáta gens cujus est Dóminus Deus ejus: ℟. Pópulus quem elégit in hæreditátem sibi. *Ps.* 32.

AD II. VESPERAS.

Ant. *Pss. de Dominicâ.*

1. D. Christus resurrexit à mórtuis, allelúia: oportet autem illum regnáre donec ponat Deus omnes inimícos sub pédibus ejus, allelúia. 1. *Cor.* 15.

Ant. 2. D. Dedit semetipsum pro nobis, ut nos redímeret ab omni iniquitáte, et mundáret sibi pópulum acceptábilem, allelúia. *Tit.* 2.

Ant. 3. a. Vos genus eléctum, regále sacerdótium, gens sancta; ut virtú-

tes annuntiétis ejus qui de ténebris vos vocávit in admirábile lumen suum, allelúia. 1. *Petr.* 2.

Ant. 4. *D.* Crédimus in Deo secundùm operatiónem poténtiæ virtútis ejus, quam operátus est in Christo, súscitans illum à mórtuis, et constituens ad déxteram suam, allelúia. *Ephes.* 1.

Ant. 5. C. Pro ómnibus mórtuus est Christus; ut et qui vivunt, jàm non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mórtuus est et resurrexit, allelúia. 2. *Cor.* 5.

CAPITULUM. 1. *Petr.* 1.

BENEDICTUS Deus et Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui secundùm misericór-

diam suam magna rávit nos in spem v resurrectiónem Je ex mórtuis, in he incorruptíbilem.

Hymn. Forti. &

℣. Pro pátribus sunt tibi filii; ℟. populi confitebunt ætérnum. *Ps.* 44.

Ad Magnificat.

Multa fecit Jesus sunt scripta in scripta sunt, quia Jesus est F et ut credentes beátis in nómine lelúia. *Joan.* 20.

Oratio, *ut supra*.

AD COMPLET. P

Reliqua ut infrà.

COMMUNE TEMPORIS PASC

USQUE AD ASCENSIONEM DOMIN

IN FERIIS.

Si occurrat Festum simpl. aut suprà, de eo fit offic., et tunc feriale prætermittitur.

AD NOCTURNUM.

Invit. Qui crucifixus est, surrexit, * Allel. *Matth.* 28.

Ps. 94. Veníte. 130.

HYMNUS. N. T.

ADESTE, cœlitum chori,
Lætum sonantes cánticum,
Dùm liber inter mórtuos
Christus sepulcrum déserit.

FRUSTRA sepulcro mílites
Appónit insánus furor:
Frustrà specûs gens pérfida
Firmat sigillis ósti

INANIS absistat
Hinc nemo corpu
Sed vi reviviscet
Qui sponte morte
lit.

CLAUSA, sigillis
Exire speluncâ po
Quem matris alve
Effúdit illæsus p

RIDEBAT hunc ti
Vesána pendente
Descendat, inquit
Illi Patrem fatébi

AT tu, Pater
quens

…m légibus,
…s victima
…guine.
…endit cruce;
… mórtuus
…ámini;
crédite.
…, nos tecum.
…
… súrgere:
…témnere;
…tia.
…, laus Fílio,
…phátâ nece,
… dux vocat:
…is, Spíritus.

…ologia, Da,
…us Patri. *di-*
…scensionem,
… hujus me-
…otetur.
…stribuuntur
…Fer. sub solâ
…úia. *semel.*
…egnávit, de-
…st: ℟. Indú-
…s fortitúdi-

…, *ut in Or-*
…mpore Pas-

Lectio est de
…s tertia Be-
…lgeat, etc. *ut*
…agesimæ.
…currat quar-
de Evange-
…dictio erit:
etc.; *si verò*
…uarta Bene-
…i, etc.

Lect. et ℟. ℟. ℟. *ut notantur infrà in quilibet Feriâ.*

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepisti me; ℟. Nec delectasti inimícos meos super me. *Ps.* 29.

AD LAUDES.

Ps. de Feriâ, cum Cantico de Psalterio pro Tempore Paschali, sub solâ

Ant. 3. à. Verbum misit Deus, annúntians pacem per Jesum. Hunc Deus suscitávit tértiâ die, allel. *Act.* 10.

Capitulum. *Hebr.* 13.

Deus pacis, qui eduxit de mórtuis Pastórem magnum óvium, in sánguine testamenti æterni, Dóminum nostrum Jesum Christum, aptet vos in omni bono, ut faciátis ejus voluntátem; fáciens in vobis quod pláceat coram se. ℟. Deo grátias.

Hymnus. N. T.

Aurora lucis dùm novæ
Spargit polum fulgóribus,
Victóris Agni júbilans
Orbis triumphos pérsonet.

Fuso Redemptor sánguine
Piávit orbis crímina;
Scissoque sanctuárium
Patére dat velámine.

Granum solo recónditum
Iners manére non potest;
Vix mórtuum jàm gérminat:
Hinc quanta púllulat seges!

Non destruuntur fúnere,
Sed seminantur córpora:
Fecit resurgendi viam

Surgens ab inferis Deus.
Affixa cum Christo cruci,
Christo caro commórtua,
Et ipsa surget spléndidis
Christi decóra dótibus.
¶ Da, Christe, nos tecum mori;
Tecum simul da súrgere:
Terréna da contémnere;
Amáre da cœléstia.
Sit laus Patri, laus Filio,
Qui nos, triumpháta nece,
Ad astra secum dux vocat;
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Déxtera Dómini fecit virtútem; ℟. Déxtera Dómini exaltávit me. Ps. 117.

Ad Benedictus. *Antiph. propria, ut in quálibet Feriâ.*

Oratio Dom. præcedentis, et sic ad céteras Horas.

Dicto Benedicámus, *cum* 2 Allelúia, *fit commem. de Cruce, ut sequitur, scil. in Festis simpl. ac in Feriis tantùm.*

Ant. Crucifixus ex infirmitáte, vivit ex virtúte Dei, allelúia, allelúia. 2. *Cor.* 13.

℣. Dícite in natiónibus
℟. Quia Dóminus regnávit. *Ps.* 95.

Oremus.

Deus, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum subíre voluisti, ut inimíci à nobis expélleres potestátem: concéde nobis fámulis tuis, ut resurrectiónis grátiam consequámur; Per eumdem.

AD PRIMAM.

Hymnus.

Jam lucis orto sid
Deum precémur sú
Nostras ut ipse di
Lux increáta,
Nil lingua
manus
Nil mens inane cog
In ore simplex, ver
In corde regnet
Incorrupta
O Christe, custos
Quas sævus hostis
Portas tuére sémper
Præsta diurnum
Subsérviat laudi
Apertóre quum te
Da, te favente,
Superna me
Menti licenter
Carnis domet sæpé
Potûs cibique pér
¶ Da Christe
¶ *Ad Horas*
Christe *dicitur*
tis, usquè ad Pen
Doxologia verò Sit
què ad Ascension
aliter notetur.
Psalmi de Feria
ad alias Horas.

Ant. 7. d. Conre
nos Deus in Chri
osténderet abunda
tias grátiæ suæ in
super nos, allelúia.

Capitulum. *Ep*

Eratis aliquandò
nunc autem lux in
Ut filii lucis ambul
tus enim lucis est

iustitiâ, et ve-
antes liquid si
Deo.
iste, Fili Dei
nobis. Al-
lúia. Christe.
xisti ... mór-
lória Christe.
omni...
Deus ádjuva
nos prop-
tuum. Ps. 43.
pore Paschali
...
s vobiscum.
spíritu tuo.
...
omnipotens,
hunc diéi
fecisti ... tuâ
tua virtúte; ut
labámur pec-
semper ad tuam
iendam nostra
lóquia, diri-
tiónes et ópe-
...
s vobiscum.
spíritu tuo.
ámus Dómino.
tias.
M Capituli.
tem Martyrolo-
fine nihil res-
bdomad. dicit:
r in conspectu
ors Sanctórum
...
ia, et omnes
ent nos in ora-
s pro nobis ad

Deum; ut secúndùm eum qui vocávit nos, Sanctum, et ipsi in omni conversatióne sancti simus. ℟. Amen. *Rom.* 15. 1. *Petr.* 1.

Deindè, ubi legitur Necrologium, post ejus lectionem dicitur Ps. De profúndis. *et in fine*, Réquiem. *cum* ℣. ℣. Requiescant in pace. Dómine, exáudi. Dóminus vobiscum. *et Oratio* Absolve. *ut habetur in fine III. Noct. Officii Defunctorum.*

Posteà dicitur ℣. Deus, in adjutórium meum inténde. ℟. Dómine, ad adjuvandum me festína. *Ps.* 69.

℣. Deus, in adjutórium meum inténde. ℟. Dómine, ad adjuvandum me festína.

℣. Deus, in adjutórium meum inténde. ℟. Dómine, ad adjuvandum me festína.

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto: Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sécula seculórum. Amen.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Secretò, Pater. *Altâ voce*, ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Réspice in servos tuos, Dómine, et in ópera tua; et dírige fílios eórum. ℟. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos; et ópera mánuum nostrárum dírige super nos, et opus mánuum

nostrárum dírige. *Ps.* 89.

Glória Patri. *et* Sicut erat.

ORÉMUS.

DIRIGERE et sanctificáre, régere et gubernáre dignáre, Dómine Deus, Rex cœli et terræ, hódiè corda et córpora nostra, sensus, sermónes et actus nostros, in lege tuâ et in opéribus mandatórum tuórum; ut hìc, et in æternum, te auxiliante, salvi et líberi esse mereámur, Salvátor mundi; Qui vivis et regnas in sécula seculórum. ℟. Amen.

Lector, Jube, Domne, benedícere. [*Lectrix dicit:* Domna. *Solus vel sola recitans dicit* : Dómine.] *Bened.* Det Dóminus leges suas in mentem nostram, et in corde nostro superscríbat eas. ℟. Amen. *Hebr.* 8.

Tùm fit lectio Canonis, qui pro singulis diebus habetur suo loco; in cujus fine dicitur : Tu autem, Dñe, miserére nostrî. ℟. Deo grátias.

Post Lectionem, Hebdomadarius dicit : Adjutórium ✝ nostrum in nómine Dómini, ℟. Qui fecit cœlum et terram. *Ps.* 123.

Submissiori voce dicit : Benedícite. *Lector versus ad eum*, Deus. *Hebd.* Deus pacis aptet nos in omni bono, ut faciámus ejus voluntátem, fáciens in nobis quod pláceat coram se, per Jesum Christum, cui est glória in sécula secul
Hebr. 13.

Lector, Amen.

Post quamlibet H
si aliud Officium non
tur, dicitur secretò :
lium ánimæ per mis
diam Dei requiescant
ce. ℟. Amen.

Deindè, Pater nost

AD TERTIAM

Pater *et* Ave, *si*
tur à Primâ.

℣. Deus, ✝ in adju

HYMNUS.

O FONS amóris, S
O sancte donórum
Tuas refúsus íntimis
Accende flammas c

QUI caritátis vinc
Cum Patre nectis F
Et nos amóris mútu
Arctis coapta néxib

¶ DA, Christe, no
mori;
Tecum simul da súr
Terréna da contém
Amáre da cœlestia.

SIT laus Patri; la
Qui nos, triumphát
Ad astra secum du
Compar tibi laus, S
Amen.

Ant. 1. a. Ipse c
córporis Ecclésiæ,
princípium, prim
ex mórtuis; ut sit
bus ipse primátum
allelúia. *Coloss.* 1.

CAPITULUM. 1.

CHRISTUS resurrex
tuis, primítiæ dorm

dem per hómi-
t per hóminem
mortuórum. Et
n omnes mori-
. in Christo om-
untur.
rit Dóminus, *
ıs Deus meus,
alleluia. Vivit.
tur * Deus salú-
alleluia. Glória.
7.
vit sibi déxtera
bráchium sanc-
s. 97.
SEXTAM.
Ave, *si separe-*
præced.; et sic

✝ in adjutórium.
YMNUS. C.
is excelsum jubar
scat lúmine;
te, tu mundum

accendis face.
ı nostris fúlgeat
tis méntibus;
plenam cáritas
surgat ad diem.
iste, etc. *ut suprà.*
G. Si complantá-
ımus similitúdini
, simul et resur-
érimus, alleluia.

ULUM. *Rom.* 6.
sumus cum Chris-
nus quia simul é-
nus cum Christo;
uòd Christus re-
t mórtuis jàm non
móritur, mors illi ultrà non dominábitur.

℟. *br.* Audítam fácite * vocem laudis ejus, * Allelúia, allelúia. Audítam. ℣. Qui pósuit ánimam meam * ad vitam, * Allelúia. Glória. Audítam. *Ps.* 65.

℣. Notas mihi fecisti vias vitæ: ℟. Adimplébis me lætítiâ cum vultu tuo, Dómine. *Ps.* 15.

AD NONAM.

℣. Deus, ✝ in adjutórium.

HYMNUS. C.

PRONO volútus ímpetu,
Inclínat in noctem dies;
Sic vita suprémam cito
Festínat ad metam gradu.
O CHRISTE, dùm fixus cruci
Expandis orbi bráchia,
Amáre da crucem; tuo
Da nos in amplexu mori.

¶DA, Christe, etc. *ut suprà.*

Ant. 2. D. Corpus quidem mórtuum est propter peccátum; spíritus verò vivit propter justificatiónem, allelúia. *Rom.* 8.

CAPITULUM. 1. *Petr.* 3.

CHRISTUS semel pro peccátis nostris mórtuus est, justus pro injustis; ut nos offerret Deo, mortificátus quidem carne, vivificátus autem spíritu.

℟. *br.* Convertisti planctum meum * in gáudium mihi, * Allelúia, allelúia. Convertisti. ℣. Conscidisti saccum meum, * et circum-

dedisti me lætítiâ,* Allelúia. Glória. Convertisti. *Ps.* 29.

℣. In Deo sperávit cor meum, et adjútus sum; ℟. Et reflóruit caro mea. *Ps.* 27.

AD VESPERAS.

Psalmi de Feriâ sub solâ

Ant. 4. d. Deus et Dóminum suscitávit; et nos suscitábit per virtútem suam, allelúia. 1. *Cor.* 6.

Capitulum. 1. *Cor.* 15.

Cum mortále hoc indúerit immortalitátem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victóriâ. Ubi est, mors, victória tua? ubi est, mors, stímulus tuus?

Hymnus. C.

Forti tegente bráchio,
Evásimus rubrum mare,
Tandemque durum pérfidi
Jugum tyranni frégimus.

Nunc ergò lætas víndici
Grates rependámus Deo;
Agnique mensam cándidis
Cingámus ornáti stolis.

Hujus sacráto córpore,
Amóris igne férvidi,
Vescámur atque sánguine:
Vescendo, vívimus Deo.

Jam Pascha nostrum Christus est,
Hic agnus, hæc est víctima,
Cruóre cujus íllitos
Transmittit ultor Angelus.

O digna cœlo víctima,
Mors ipsa per quam víncitur,
Per quam refractis ínferi

Prædam relaxant
Christus sepu-
bus
Emersus ad lucem
Hostem retrúdit t
Cœlique pandit í

¶ Da, Christe,
mori;
Tecum simul da s
Terréna da contén
Amáre da cœléstia

Sit laus Patri; l
Qui nos, triumph
Ad astra secum d
Compar tibi laus,
Amen.

℣. Iter fácite e
cendit super occásu
minus nomen illi.

Ad Magníficat.
propria. Oratio
præcedentis.

Dicto Benedicám
Allel. *fit Comm. de*
sequitur; sed in
Festis simplicibus

Ant. Dignus es
qui occísus est,
virtútem, et div
et sapiéntiam, et
nem, et honórem
riam, et benedi
allel. *Apoc.* 5.

℣. Omnis terra
et psallat tibi: ℟.
dicat nómini tuo,
Ps. 65.

Oremus

Deus, qui pro nob
tuum Crucis patíb
bíre voluisti, ut
nobis expélleres

:de nobis fámu-
it resurrectiónis
nsequámur; Per
óminum.
PLETORIUM.
gnando pectus:
erte ✝ nos, Deus
oster; ℟. Et aver-
m à nobis. *Ps.* 84.
, ✝ in adjutórium.
ni de Feriâ.
ℓ. Erípuit nos De-
táte tenebrárum,
it in regnum Fílii
suæ, allelúia. *Co-*

Iymnus. C.
emptor séculi,
post fúnera
ínferis die,
surgendo necas.
a jàm terras pre-

somno lúmina:
órem pérfidi,
cœcas dísjice:
dum curas levat,
instaurat quies;
ra somnus óccu-

torpor ópprimat.
riste, etc. *ut suprà.*
i Offic. de B. M. V.
Hymnus.
s títulis matris
jungis honóres,
tos foveas, nocte
na tuos.
tella maris, sceli
mérgimur undis,
in tenebris, et be-
da quies.

Si sopor obrépit, casti fac
mater amóris,
Cor vigilans uno spiret
amóre Dei.
O Regina potens, propiùs
res áspice nostras;
Plebis ames dici vita sa-
lusque tuæ.
Gloria summa Patri, com-
par sit glória Nato:
Quo peperit Virgo, Spíri-
tus, æqua tibi.
Amen.

Capitulum. 1. *Thes.* 5.

Omnes vos fílii lucis estis, et fílii diéi: non sumus noctis, neque tenebrárum; ígitur non dormiámus sicut et céteri; sed vigilémus et sóbrii simus.

℟. *br.* In manus tuas, Dómine, * commendo spíritum meum, allelúia, allel. In manus. ℣. Redemisti me, Dómine, * Deus veritátis, * Allelúia, allel. Glória. In manus. *Ps.* 30.

℣. Custódi me, Dómine, ut pupillam óculi: ℟. Sub umbrâ alárum tuárum prótege me. *Ps.* 16.

Ant. 5. C. Cùm Christus.

Canticum *Simeonis.*

Luc. 2.

Nunc dimittis servum tuum, Dómine, * secundùm verbum tuum, in pace;

Quia vidérunt óculi mei * Salutáre tuum,

Quod parasti * ante fáciem ómnium populórum,

Lumen ad revelatiónem

géntium, * et glóriam plebis tuæ Israel.

Ant. Cùm Christus apparúerit, vita vestra; tunc et vos apparébitis cum ipso in glóriâ, allelúia. *Coloss.* 3.

Toto Tempore Paschali non dicuntur Preces.

℣. Dóminus vobiscum.

ORATIO.

DEUS, quo absorpta est mors in victóriâ, fac ut, Resurrectiónis tuæ partícipes, sive vigilémus, sive dormiámus, non vivámus nobis, sed tibi qui pro nobis mórtuus es, et resurrexisti; Qui vivis et regnas.

℣. Dóminus vobiscum.

℣. Benedicámus Dño.

Finito Completorio, submissâ voce dicitur : Grátia Dómini nostri Jesu Christi, et cáritas Dei, et communicátio Sancti Spíritûs sit cum ómnibus vobis. (*solus recitans*, nobis.) ℟. Amen. 2. *Cor.* 13.

Posteà, si sit usus locorum, dicitur sequens

ANTIPHONA DE B.

REGINA cœli, lætáre, allelúia;
Quia quem meruisti portáre, allelúia,
Resurrexit sicut dixit, allelúia :
Ora pro nobis Deum, allelúia.

℣. Circumdedisti me lætitiâ, Dómine; ℟. Ut cantet tibi glória mea. *Ps.* 29.

OREMUS.

DEUS, qui per Res
nem Fílii tui Dómi
Jesu Christi mund
ficáre dignátus es :
quæsumus, ut pe
nitrícem Vírginem
perpétuæ capiámu
vitæ; Per eumde

Post Complet. off
secretò, Pater. Av

IN DOMINI

AD NOCTURN

Invitat. Auctóre
quem Deus suscitá
tuis, * Veníte, a
Allelúia. *Act.* 3.

Ps. Veníte, 1:
nus, Adeste. *supr*

Tres Psalmi noti
libet Dominicâ, su

Ant. 8. c. Chris
tuus est pro pecc
tris, et sepultus e
surrexit tértiâ die s
Scriptúras, allel. 1

℣. Cor meum et
℟. Exultavérunt
vivum. *Ps.* 83.

Absolutio et Ben
pro Temp. Pascha
dinario, 133. *Te*
dictio, Fúlgeat.

Lectiones et ℟.
in quâlibet Domini

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Exa
Dómine, quónia
pisti me; ℟. Nec
inimícos meos s
Ps. 29.

AUDES.
ı *Psalterio*, 7.
proprio, *infrà*.
JIA, quóniam
ávit Dóminus
omnípotens,
'. 19.
Gaudeámus, et
:t demus gló-
úia. *Apoc.* 19.
Beáti qui la-
as in sánguine
úia, allelúia.

iedenti.
M. *Apoc.* 5.
o de tribu Ju-
avid.
Dómine, ac-
ı, * et aperíre
s:
occísus es, * et
Deo in sán-

ibu et linguâ,*
ıatióne;
os Deo nostro
cerdótes, * et
uper terram.
Agnus qui oc-
ıccípere virtú-

ıtem, et sapi-
'ortitúdinem;
n, et glóriam,*
nem.
throno et Ag-
io,
et glória, et
sécula seculó-

ıti *in throno*,

et Agno, benedíctio et honor in sécula seculórum, allelúia. *Apoc.* 5.

Ant. 8. *G.* Laudem dícite Deo nostro, omnes servi ejus, et qui timétis eum, allelúia, allelúia. *Apoc.* 19.

Capitulum, ut in quálibet Dominicâ.

Hymnus, Auróra. 357.

℣. *Ant. ad* Benedictus. *et Oratio, ut in quálibet Dom.*

AD HORAS.

Ps. de Dom. Ant. Capit. et cetera ut suprà in Feriis, 358.

AD VESPERAS.

Psalmi de Dominicâ.

Ant. 1. D. CHRISTUS resurrexit à mórtuis, allelúia: opórtet autem illum regnáre donec ponat Deus omnes inimícos sub pédibus ejus, allelúia. 1. *Cor.* 15.

Ant. 2. D. Dedit semetípsum pro nobis, ut nos redímeret ab omni iniquitáte, et mundáret sibi pópulum acceptábilem, allel. *Tit.* 2.

Ant. 3. a. Vos genus eléctum, regále sacerdótium, gens sancta; ut virtútes annuntiétis ejus qui de ténebris vos vocávit in admirábile lumen suum, allelúia. 1. *Petr.* 2.

Ant. 4. *D.* Crédimus in Deo secundùm operatiónem poténtiæ virtútis ejus, quam operátus est in Christo, súscitans illum à mórtuis, et constítuens ad déxteram suam, allelúia. *Ephes.* 1.

Ant. 5. C. Pro ómnibus mórtuus est Christus; ut et qui vivunt, jàm non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mórtuus est et resurrexit, allelúia. 2. *Cor.* 5.

Capitulum ut in quâlibet Dominicâ.

Hymnus, Forti tegente. *suprà*, 362.

℣. *Ant. ad* Magníficat, *et Oratio ut in quâlibet Dominicâ.*

AD COMPLETORIUM.

Ps. de Dominicâ. Reliqua ut suprà in Feriis, 363.

FERIA SECUNDA.

AD NOCTURNUM.

Tres Ps. è I. Noct. 21.

LECTIO j.

De Actibus Apostolórum.

Cap. 4.

VIDENTES Petri constántiam et Joannis, comperto quòd hómines essent sine lítteris, et idiótæ, admirabantur, et cognoscébant eos quóniam cum Jesu fúerant: hóminem quoque videntes stantem cum eis, qui curátus fúerat, nihil póterant contradícere. Jussérunt autem eos foràs extra concílium secédere; et conferébant ad ínvicem, dicentes: Quid faciémus homínibus istis? quóniam quidem notum signum factum est per eos ómnibus habitántibus Jerúsalem: manifestum est, et non póssumus negáre. Sed ne ámpliùs divulgétu pulum, comminému ultrà loquantur in hoc ulli hóminum.

℟. Príncipes Je cùm consummassent quæ de Jesu scripta deponentes eum de posuérunt eum in mento: * Deus ver távit eum à mórtui lúia, allelúia. ℣. De tiâ et de judício est; abscissus est vivéntium: * Deus. *Is.* 53.

LECTIO ij

ET vocantes eos, tiavérunt ne omnín rentur, neque doc nómine Jesu. Petr et Joannes respon dixérunt ad eos: S est in conspectu De tiùs audíre quàm D dicáte; non enim p quæ vídimus et aud non loqui. At illi nantes dimisérunt e invenientes quómod rent eos, propter pé quia omnes clarifica quod factum fúera quod acciderat. A enim erat ámpliùs ginta homo, in quo fúerat signum istud tis.

℟. Visus est Je dies multos his * c céndcrant cum eo læà in Jerúsalem;

sunt testes ejus ad
allelúia, allelúia.
ostendit se illis hi-
t in omni provi-
urrit illis, * Qui.
ap. 6.

LECTIO iij.

autem venérunt
et annuntiavérunt
. ad eos Príncipes
m et Senióres di-
ui cùm audissent,
r levavérunt vo-
eum, et dixérunt:
tu es qui fecisti
terram, mare, et
e in eis sunt; qui
ncto per os patris
vid, púeri tui, di-
uarè fremuérunt
t pópuli meditáti
a? astitérunt reges
príncipes conve-
unum, adversùs
et adversùs Chris-
Convenérunt enim
vitáte istâ adver-
m Púerum tuum
em unxisti, Heró-
ntius Pilátus cum
, et pópulis Isra-
quæ manus tua et
tuum decrevérunt
unc, Dómine, rés-
inas eórum, et da
cum omni fidúciâ
um tuum, in eo
um tuam exten-
itátes, et signa,
a fieri per nomen
i tui Jesu. Et cùm
notus est locus in
quo erant congregáti; et repléti sunt omnes Spíritu Sancto, et loquebantur verbum Dei cum fidúciâ.

℟. Quem vos interemistis suspendentes in ligno, * Hunc príncipem et salvatórem Deus exaltávit dexterâ suâ ad dandam pœniténtiam Israéli, et remissiónem peccatórum, allelúia, allelúia. ℣. In sciéntiâ suâ justificábit ipse justus servus meus multos. * Hunc. Glória.* Hunc. *Act.* 5. *Is.* 53.

Ad Benedictus. *Ant.* 1. D. Deus patrum nostrórum glorificávit Fílium suum Jesum, allelúia. *Act.* 3.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. 1562. *Sess.* 22. *Decr. de observ. in Missâ.*

SACROSANCTUM Missæ sacrifícium omni religiónis cultu ac veneratióne celebrétur. Cùm ígitur multa jàm sive témporum vítio, sive hóminum incúriâ et improbitáte, irrepsisse videantur, quæ à tanti sacrifícii dignitáte aliéna sunt, decernit sancta Synodus, ut Ordinárii (locórum Epíscopi) ea ómnia prohibére atque è médio tóllere sédulò curent ac teneantur, quæ vel avarítia, idolórum sérvitus, vel irreveréntia, quæ ab impietáte vix sejuncta esse potest, vel superstítio, veræ pietátis falsa imitátrix, induxit.

Ad Magníficat. *Ant.* 6. F. Vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum, allel. *Joan.* 20.

FERIA TERTIA.

Ad Nocturnum.

Tres Pss. è I. Noct., 40.

Lectio j.

De Actibus Apostolórum.

Cap. 4.

Multitudinis credéntium erat cor unum et ánima una: nec quisquam, eórum quæ possidébat áliquid suum esse dicébat; sed erant illis ómnia commúnia. Et virtúte magnâ reddébant Apóstoli testimónium resurrectiónis Jesu Christi Dómini nostri; et grátia magna erat in ómnibus illis. Neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessóres agrórum aut domórum erant, vendentes afferébant prétia eórum quæ vendébant, et ponébant ante pedes Apostolórum. Dividebátur autem síngulis proùt cuíque opus erat. Joseph autem qui cognominátus est Bárnabas ab Apóstolis, (quod est interpretátum Fílius consolatiónis) Levítes, Cyprius génere, cùm habéret agrum, véndidit eum, et áttulit prétium, et pósuit ante pedes Apostolórum.

℟. Virtúte magnâ reddébant Apóstoli * Testimónium Resurrectióni Christi Dómini nos lelúia, allelúia. ℣. bant Dóminum, et xaudiébat eos: e bant præceptum q dit illis, * Testi *Act.* 4. *Ps.* 98.

Lectio ij. Ca

Vir autem quidam Anánias, cum Sa xóre suâ, véndidi et fraudávit de pré cónsciâ uxóre suâ rens partem quam pedes Apostolóru Dixit autem Petr nia, cur tentávit s tuum mentíri te Sancto, et fraudár tio agri? Nonne m manébat, et venú tuâ erat potestát posuisti in corde rem? Non es me mínibus, sed Deo autem Anánias ha cécidit, et expirá tus est timor mag omnes qui audié gentes autem júve vérunt eum, et sepeliérunt.

℟. Certíssimè s domus Israel; * Q minum et Chris Deus hunc Jesum crucifixistis, allel lúia. ℣. Eccè se exaltábitur et ele sublímis erit vald *Act.* 2. *Is.* 52.

TIO iij.
utem quasi ho-
spátium, et u-
nésciens quod
at, introívit.
ei Petrus: Dic
, si tanti agrum
At illa dixit:
Petrus autem
d útiquè cón-
ntáre Spíritum
è pedes eórum
nt virum tuum,
et éfferent te.
cidit ante pe-
expirávit. In-
n júvenes, in-
am mórtuam;
it, et sepelié-
n suum. Et fac-
: magnus in u-
ésiâ, et in om-
runt hæc.
lapis reprobá-
icántibus, qui
caput ánguli;
: in álio áliquo
a, allel. ℣. Ec-
am in funda-
lápidem, lápi-
m, angulárem,
in fundamento
Et non. Gló-
Et non. *Act.* 4.

ctus. *Ant.* 5. C.
exisset Jesus à
ordáti sunt dis-
quia dicébat:
lum hoc, et in
excitábo illud,
v. 2.

CANON.

Ex Concílio Rotomagensi. *An.* 1581. *de Sacrificio Missæ. Can.* 1 *et* 2.

Ex indignâ administratióne et perceptióne sacrosanctæ Eucharístiæ Apóstolus non solùm mortem ætérnam et judícium imminére testátur; sed et morbórum populárium causam et oríginem procédere: quod nostris séculis terrórem máximum incútere debet, propter Sacerdótum in celebratióne Missæ summam et ferè quotidiánam irreveréntiam. Præcípimus ut Sacerdótes sibi cónscii alicújus peccáti mortális, nónnisi confessi, quótiès cópia altérius Sacerdótis illis fúerit, nec nisi mundo corde, et jejúni áudeant ad altáre accédere.

Ad Magníficat. *Ant.* 7. c. Noli esse incrédulus, sed fidélis, allelúia. *Joan.* 20.

FERIA QUARTA.

AD NOCTURNUM.

Tres Pss. è I. Noct., 57.

LECTIO j.

De Actibus Apostolórum. *Cap.* 5.

Per manus Apostolórum fiébant signa et prodígia multa in plebe. Et erant unanímiter omnes in pórticu Salomónis. Ceterórum autem nemo audébat se conjúngere illis; sed magnificábat eos pópulus. Magis au-

tem augebátur credéntium in Dómino multitúdo virórum ac mulíerum; ità ut in pláteas ejícerent infirmos, et pónerent in léctulis ac grabátis, ut, veniente Petro, saltem umbra illíus obumbráret quemquam illórum, et liberarentur ab infirmitátibus suis. Concurrébat autem et multitúdo vicinárum civitátum Jerúsalem, afferentes ægros et vexátos à spirítibus immundis; qui curabantur omnes.

℟. Quæ ad patres nostros repromíssio facta est, hanc Deus adimplévit fíliis nostris, * Resúscitans Jesum, allelúia, allelúia. ℣. Dóminus Deus noster adimplévit misericórdiam suam, quam promísit dómui Israel, * Resúscitans. *Act.* 13. *Judith.* 13.

LECTIO ij.

EXURGENS autem Princeps Sacerdótum, et omnes qui cum illo erant (quæ est hæresis Sadducæórum) repléti sunt zelo: et injecérunt manus in Apóstolos, et posuérunt eos in custódiâ públicâ. Angelus autem Dómini per noctem apériens jánuas cárceris, et edúcens eos, dixit: Ite, et stantes loquímini in templo plebi ómnia verba vitæ hujus. Qui cùm audissent, intravérunt dilúculò in templum, et docébant. Advéniens autem

Princeps Sacerdó
qui cum eo erant,
vérunt concilium,
Senióres filiórum I
misérunt ad cárcer
ducerentur. Cùm a
nissent ministri, e
cárcere, non inve
los, reversi nunti
dicentes: Cárceren
invénimus clausum
ni diligéntiâ, et
stantes ante jánua
entes autem, ném
tùs invénimus.

℟. Deus dedit Je
nifestum fíeri, non
pulo, sed téstibus
nátis à Deo, nol
manducávimus et
cum illo, postquà
rexit à mórtuis,
allelúia. ℣. Pépig
nobiscum qui in p
rum sumus, et vivi
cie ad fáciem locút
bis, * Qui. *Act.* 10.

LECTIO ii

UT autem audiér
sermónes Magistrá
pli, et Príncipes
tum, ambigébant
quidnam fíeret. A
autem quidam
eis: Quia eccè vi
posuistis in cárcer
in templo stantes, e
tes pópulum. Tunc
gistrátus cum mini
adduxit illos sine v
bant enim pópulun
pidarentur. Et cù

os, statuérunt in
:t interrogávit eos
Sacerdótum, di-
cipiendo præcépi-
s ne docerétis in
:o; et eccè reples-
em doctrínâ ves-
ıltis indúcere su-
nguinem hóminis
:spondens autem
Apóstoli, dixé-
edíre oportet Deo
ım homínibus. De-
nostrórum susci-
m, quem vos in-
, suspendentes in
nc príncipem et
ı Deus exaltávit
ıâ ad dandam pœ-
Israéli, et remis-
:ccatórum. Et nos
tes horum verbó-
Spíritus Sanctus,
lit Deus ómnibus
ous sibi.
Christum vobis re-
ccatórum annun-
ab ómnibus, qui-
potuistis in lege
:tificári : * In hoc
ıi credit justificá-
úia, allelúia. ℣. Is-
tus est in Dómino
:rnâ : * In hoc. *Act.*
.
ıedictus. *Ant.* 8. G.
verba quæ locútus
os, cùm adhuc es-
cum; quóniam ne-
mpléri ómnia quæ
nt de me, allelúia.

CANON.

Ex Concílio Cameracensi. 1565. *Tit.* 6. *C.* 1 *et* 2.

QUICUNQUE ad tremendum Missæ sacrifícium accésserit, is in primis mentem puram et attentam ad tanti Sacramenti mystérium perficiendum ásferat; nec nisi bonæ consciéntiæ testimónio prǽditus, et Pœniténtiâ sacramentáli, si necesse fúerit, præparátus et probátus, ac débitâ oratióne priùs accommodátus, ad córporis et sánguinis Christi venerábile Sacramentum Deo Patri offerendum se cónferat. Est valdè præpósterum et indignum quòd velint Sacerdótes à Láicis reveréntiam huic Sacramento exhibéri; nec ipsi tamen móribus et religióne suâ exhibendam declárent.

Ad Magníficat. *Ant.* 6. F. Dóminus meus, et Deus meus, allelúia. *Joan.* 20.

FERIA QUINTA.

AD NOCTURNUM.

Tres Ps. è I. Noct. 74.

LECTIO j.

De Actibus Apostolórum.

Cap. 5.

HÆC cùm audissent, dissecabantur, et cogitábant interfícere illos. Surgens autem quidam in concílio Pharisæus, nómine Gamáliel, legis doctor, honorábilis universæ plebi, jussit foràs ad breve hómines fíeri, di-

xitque ad illos : Viri Israelítæ, atténdite vobis super homínibus istis quid actúri sitis. Ante hos enim dies éxtitit Théodas, dicens se esse áliquem; cui consensit númerus virórum círciter quadringentórum; qui occísus est: et omnes qui credébant ei, dissipáti sunt et redacti ad níhilum. Post hunc éxtitit Judas Galilæus in diébus professiónis, et avertit pópulum post se, et ipse périit; et omnes, quotquot consensérunt ei, dispersi sunt.

℟. Príncipes. 366.

Lectio ij.

Et nunc ítaque dico vobis: Discédite ab homínibus istis, et sínite illos; quóniam si est ex homínibus consílium hoc, aut opus, dissolvétur: si verò ex Deo est, non potéritis dissólvere illud, ne fortè et Deo repugnáre inveniámini. Consensérunt autem illi. Et convocantes Apóstolos, cæsis denuntiavérunt ne omnínò loquerentur in nómine Jesu, et dimisérunt eos. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concílii, quóniam digni hábiti sunt pro nómine Jesu contuméliam pati. Omni autem die non cessábant, in templo et circa domos docentes, et evangelizantes Christum Jesum.

℟. Visus est. 366.

Lectio iij. C

Saulus autem d
Ecclésiam, per d
trans, et trahens
mulíeres, tradéba
tódiam. Igitur qu
erant pertransíbai
gelizantes verbum
lippus autem desc
civitátem Samaria
cábat illis Christu
débant autem turb
à Philippo dicebai
nímiter audientes
tes signa quæ faci
ti enim eórum,
bant spíritus in
clamantes voce m
bant. Multi autem
ci et claudi curáti
tum est ergò gáud
num in illâ civitát

℟. Quem vos. 3

Ad Benedictus.
Oportébat Christ
resúrgere à mór
die, allelúia. *Luc*

CANON

Ex Concílio Bur
An. 1583. *Tit.* 5.
in Missæ sacrif
vanda vel vit

Celebraturi
consciéntiam suam
ligenter excútiant
xáminent, et piar
meditatiónem p
Peccatórum verò
nem octávo quoqu
sæpiùs fáciant.

Ad Magníficat.
Beáti qui non vid

, allel. *Joan.* 20.
. SEXTA.
CTURNUM.
I. Noct. 90.
TIO j.
Apostolórum.
Cap. 8.
m, nómine Si-
atè fúerat in ci-
, sedúcens gen-
e, dicens se esse
gnum; cui aus-
mnes à mínimo
áximum, dicen-
virtus Dei, quæ
na. Attendébant
; propter quod
ore mágiis suis
t eos. Cùm verò
: Philippo evan-
regno Dei, in
u Christi bapti-
iri ac mulíeres.
n et ipse crédi-
n baptizátus es-
bat Philippo. Vi-
signa et virtútes
eri, stupens ad-

te magnâ. 368.
LECTIO ij.
n audissent Após-
erant Jerosóly-
recepisset Sama-
n Dei, misérunt
rum et Joannem:
enissent, oravé-
sis, ut accíperent
anctum; nondùm
emquam illórum
ed baptizáti tantùm erant in nómine Dómini Jesu. Tunc imponébant manus super illos, et accipiébant Spíritum Sanctum. Cùm vidisset autem Simon, quia per impositiónem manûs Apostolórum darétur Spíritus Sanctus, óbtulit eis pecúniam, dicens: Date et mihi hanc potestátem, ut cuicunque imposúero manus, accípiat Spíritum Sanctum.

℟. Certíssimè. 368.

LECTIO iij.

PETRUS autem dixit ad eum: Pecúnia tua tecum sit in perditiónem, quóniam donum Dei existimasti pecúniâ possidéri. Non est tibi pars, neque sors in sermóne isto; cor enim tuum non est rectum coram Deo. Pœniténtiam ítaque age ab hâc nequítiâ tuâ, et roga Deum, si fortè remittátur tibi hæc cogitátio cordis tui; in felle enim amaritúdinis, et obligatióne iniquitátis vídeo te esse. Respondens autem Simon, dixit: Precámini vos pro me ad Dóminum, ut nihil véniat super me horum quæ dixistis.

℟. Hic est lapis. 369.

Ad Benedictus. *Ant.* 1. D. Prædestinávit nos Deus in adoptiónem filiórum, per Jesum Christum, in quo habémus redemptiónem per sánguinem ejus, allelúia. *Ephes.* 1.

CANON.

Ex Concilio Aurelianensi quarto.

541. C. 4.

NULLUS in oblatióne sacri cálicis nisi quod ex fructu víneæ, et hoc aquâ mixtum, offerre præsúmat; quia sacrílegum judicátur áliud offerri, quàm quod in mandátis sacratíssimis Salvátor instítuit.

AD VESPERAS.

Fit à Capit. de B. M. in Sabb. (nisi occurr. Fest. Semidupl. et suprà) cum Commem. de Cruce; et sic in tribus Sabb. sequentibus.

SABBATO.

AD NOCTURNUM.

Tres Ps. è I. Noct. 109.

LECTIO j.

De Actibus Apostolórum.

Cap. 10.

VIR quidam erat in Cæsaréâ, nómine Cornélius, centúrio cohortis quæ dícitur Itálica, religiósus ac timens Deum cum domo suâ, fáciens eleemósynas multas plebi, et déprecans Deum semper. Is vidit in visu manifestè, quasi horâ diéi nonâ, Angelum Dei introeuntem ad se, et dicéntem sibi: Cornéli. At ille íntuens eum, timóre correptus, dixit: Quid est, Dómine? Dixit autem illi: Oratiónes tuæ et eleemósynæ tuæ ascendérunt in memóriam in conspectu Dei. Et nunc mitte viros in Joppen, e Simónem quemda cognominátur Pet hospitátur apud quemdam coriáriu est domus juxta m dicet tibi quid te fácere. Et cùm di Angelus qui loqueb vocávit duos domé os, et mílitem m Dñum, ex his qui bant. Quibus cùm ómnia, misit illos i

LECTIO

POSTERA autem di lis faciéntibus, et a quántibus civitáti, Petrus in superiór ret, circa horam s cùm esuríret, vól re. Parántibus aut cécidit super eum excessus: et vidit pertum, et desce quoddam velut lint num, quátuor in mitti de cœlo in in quo erant ómni pédia et serpéntia volatília cœli. Et vox ad eum: Surg occíde, et mandú tem Petrus: Absit ne, quia nunquàm cávi omne commú mundum. Et vox i cundò ad eum: Q purificávit, tu con díxeris. Hoc aute est per ter; et stati tum est vas in c

hæsitáret Pe-
n esset vísio
t, eccè viri qui
Cornélio, in-
mum Simónis,
ánuam. Et cùm
terrogábant si
cognominátur
aabéret hospí-
ntem cogitante
dixit Spíritus
i tres quærunt
ue, descende,
eis nihil dúbi-
ego misi illos.
autem Petrus
xit : Eccè ego
uæritis : quæ
pter quam ve-
lixérunt : Cor-
rio, vir justus
eum, et testi-
ens ab universâ
rum, respon-
ab Angelo sanc-
te in domum
ire verba abs te.
NON.
o Tridentíno.
f. Missæ. C. 5.
hóminum ea
fácile queat si-
lis exterióribus
vinárum medi-
tolli, proptér-
Ecclésia ritus
t scílicet quæ-
ssâ voce, ália
, in Missâ pro-
, instítuit. Ce-
n adhíbuit, ut
edictiónes, lú-
mina, thymiámata, vestes, áliaque id genus multa, ex Apostólicâ disciplínâ et traditióne, quò majestas tanti sacrifícii commendarétur.

AD VESPERAS.

Ps. de Sabb. sub solâ

Ant. 4. d. Deus et Dóminum suscitávit; et nos suscitábit per virtútem suam, allelúia. 1 *Cor.* 6.

Capitulum. *Jer.* 31.

Audite verbum Dómini, gentes, et annuntiáte in ínsulis quæ procul sunt, et dícite : Qui dispersit Israel, congregábit eum, et custódiet eum sicut pastor gregem suum; redémit enim Dñus Jacob, et liberávit eum de manu potentióris.

Hymnus, Nunc novis. *ut suprà*, 351.

℣. Dóminus ipse est Deus noster; ℟. Nos autem pópulus ejus, et oves páscuæ ejus. *Ps.* 94.

Ad Magníficat. *Ant.* 2. D. Tanquàm ovis ad occisiónem ductus est, et sicut agnus non apéruit os suum. In humilitáte judícium ejus sublátum est : generatiónem ejus quis enarrábit? allelúia. *Act.* 8.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Complet. *ut suprà*, 363.

DOMINICA II.

post Pascha.

Omnia ut notatur suprà, 364.

Ad Nocturnum.

Tres Ps. è II. Noct. 2.

LECTIO j.

De Actibus Apostolórum.

Cap. 13.

ERANT in Ecclésiâ quæ erat Antiochíæ, Prophétæ, et Doctóres, in quibus Bárnabas, et Simon qui vocabátur Niger, et Lúcius Cyrenensis, et Mánahem qui erat Heródis Tetrarchæ collactáneus, et Saulus. Ministrántibus autem illis Dómino, et jejunántibus, dixit illis Spíritus Sanctus : Segregáte mihi Saulum et Bárnabam in opus ad quod assumpsi eos. Tunc jejunantes, et orantes, imponentesque eis manus, dimisérunt illos. Et ipsi quidem missi à Spíritu Sancto, abiérunt Seleúciam, et indè navigavérunt Cyprum. Et cùm venissent Salamínam, prædicábant verbum Dei in synagógis Judæórum. Habébant autem et Joannem in ministério. Et cùm perambulassent universam ínsulam usquè Paphum, invenérunt quemdam virum magum pseudoprophétam, Judæum, cui nomen erat Bárjesu, qui erat cum Procónsule Sérgio Paulo, viro prudente. Hic, accersítis Bárnabâ et Saulo, desiderábat audíre verbum Dei. Resistébat autem illis Elymas magus, (sic enim interpretátur nomen ejus) quærens avértere Procónsulem à fide. Saulus autem, qui lus, replétus Spírit íntuens in eum, plene omni dolo fallácíâ, fili diáboli omnis justítiæ, no subvértere vias Dó tas. Et nunc eccè m mini super te; et cus, non videns s què ad tempus. E tim cécidit in eum ténebræ; et circúi rébat qui ei man Tunc Proconsul c set factum, crédi rans super doctrí ni.

℞. Læntentur cœ tet terra; et dican ónibus : Dóminus * Exultent agri et in eis sunt, quia ve nus judicáre terr allel. ℣. Deus judi orbem, in Viro i tuit, fidem præb bus, súscitans eum tuis. * Exultent. 1. *Act.* 17.

LECTIO ij.

Sermo sancti A

Epíscopi

Enarr. in P

VENERUNT dies mus Allelúia. Et l dies véniunt t tránseuntque ven gníficant diem qui et transit. Ad quem cùm venérimus, i ei, nec nos transí

s isti, prætéritis
dragésimæ qui-
urrectiónem Do-
oris, vitæ hujus
nœror, solémni-
ilaritáte succé-
es ille qui post
em dábitur ple-
ri Dómini, hoc
Ecclésiæ, cunctis
ærumnis atque
xclúsis, perpé-
succédet. Quod
istus, non est hìc
n, non hìc spe-
l hoc est verùm
t hìc laborétur,
cátur. Non ergò
i in cœlesti pá-
tur. Non tale á-
litéris adipisci,
hìc óculus ava-
píscere. Pro delí-
is hujus séculi,
m deliciárum ma-
oisce sapiéntiam.
lla, et ineffabíli-
dúbio delectábit
æternis veritá-
ous. Inítium sa-
or Dómini, laus
in séculum sécu-
it præmium, hic
státio sedesque

icos Jerúsalem,
tábitur. Benedic-
is qui exaltávit e-
: regnum ejus in
lórum, allelúia,
Allelúia, salus, et
irtus *Deo nostro*
verna.

est; quia vera et justa judícia sunt ejus: * Sit. *Tob.* 13. *Apoc.* 19.

Lectio iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Joannem.

Cap. 10.

In illo témpore; Dixit Jesus quibusdam ex Pharisæis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor ánimam suam dat pro óvibus suis. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

In Evang. 14. *hab. in Bas. S. Petri, Dom.* 2. *post Pascha.*

Fecit Dóminus quod mónuit, ostendit quod jussit. Bonus pastor pro óvibus suis ánimam suam pósuit, ut in sacramento nostro corpus suum et sánguinem vérteret, et oves quas redémerat, carnis suæ alimento satiáret. Ostensa nobis est de contemptu mortis via quam sequámur; appósita est forma cui imprimámur. Primum nobis est, exterióra nostra misericórditer óvibus ejus impéndere; postrémum verò, si necesse sit, étiam mortem nostram pro eisdem óvibus ministráre. A primo autem hoc mínimo pervenítur ad postrémum majus. Sed cùm incomparabíliter longè sit melior ánima quâ vívimus, terrénâ substántiâ quam extériùs possidémus; qui non dat pro óvibus substántiam

suam, quandò pro his datúrus est ánimam suam ?

℟. Ego sum pastor bonus; et * Cognosco oves meas, et cognoscunt me meæ, allelúia, allelúia. ℣. Eccè ego ipse requíram oves meas, et visitábo eas, et edúcam eas de pópulis, et pascam eas. * Cognosco. Glória. * Cognosco. *Joan.* 10. *Ezech.* 34.

AD LAUDES.

CAPITULUM. *Is.* 49.

SUPER vias pascentur, et in ómnibus planis páscua eórum. Non esúrient neque sítient, et non percútiet eos æstus et sol; quia miserátor eórum reget eos, et ad fontes aquárum potábit eos.

Hymnus, Auróra. *ut suprà*, 357.

℣. Pópulus Dómini oves páscuæ ejus: ℟. Introíte portas ejus in confessióne. *Ps.* 99.

Ad Benedictus. *Ant* 1. D. Ego sum óstium óvium: veni ut vitam hábeant, et abundántiùs hábeant. Ego sum pastor bonus, allelúia. *Joan.* 10.

ORATIO.

DEUS, qui errántibus, ut in viam possint redíre justítiæ, veritátis tuæ lumen osténdis: da cunctis qui Christiánâ professióne censentur, et illa respúere quæ huic inimíca sunt nómini, et ea quæ sunt apta sectári; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Trid
1562. *Sess.* 22.
de observ. in

CAVEANT Epíscopi
cerdótes áliis quàm
horis célebrent, n
álios aut álias cere
preces in Missárum
tióne adhíbeant, p
quæ ab Ecclésiâ p
frequenti et laud
receptæ fúerint.
pópulum quis sit,
potíssimùm provéi
tíssimi hujus sacri
pretiósus ac cœlesti
móneant étiam eu
pulum, ut frequen
as paróchias, salt
Domínicis et majó
tis, accédant.

AD VESPER

CAPITULUM.

ERATIS sicut ove
sed conversi estis
Pastórem et Epís
nimárum vestráru

Hymnus, Forti.
362.

℣. Abstulit sicut
pulum suum; ℟.
cos in spe. *Ps.* 77.

Ad Magníficat.
Alias oves hábeo
sunt ex hoc ovili;
portet me addúce
cem meam áudie
unum ovile et unu
allelúia. *Joan.* 10.

Oratio, *ut suprà* a

. SECUNDA.
[OCTURNUM.
. è II. Noct., 22.
ECTIO j.
us Apostolórum.
Cap. 15.
RUNT quidam de
harisæórum, qui
nt, dicentes: Quia
circumcídi eos,
quoque serváre
ysi. Convenéruntoli, et Senióres,
verbo hoc. Cùm
gna conquisítio fiens Petrus dixit ad
fratres, vos scitis
ab antíquis diébus
nobis elégit per os
ıdíre Gentes verıgélii, et crédere.
ɔvit corda Deus,
um perhíbuit, dans
:um Sanctum sicut
et nihil discrévit
et illos, fide purífia eórum. Nunc erentátis Deum, imgum super cervíces
:um, quod neque
stri, neque nos porimus? Sed per gránini Jesu Christi
salvári, quemádt illi. Tácuit autem
ıltitúdo; et audiéıabam et Paulum,
quanta Deus fecisset prodígia in Génœos.
ıcipes. 366.

LECTIO ij.

ET, postquàm tacuérunt, respondit Jacóbus, dicens: Viri fratres, audíte me: Simon narrávit quemádmodùm primùm Deus visitávit súmere ex Géntibus pópulum nómini suo. Et huic concordant verba Prophetárum, sicut scriptum est: Post hæc revertar, et reædificábo tabernáculum David, quod décidit: et díruta ejus reædificábo, et érigam illud; ut requírant céteri hóminum Dóminum, et omnes gentes, super quas invocátum est nomen meum, dicit Dóminus fáciens hæc. Notum à século est Dómino opus suum. Propter quod ego júdico non inquietári eos qui ex Géntibus convertuntur ad Deum; sed scríbere ad eos, ut abstíneant se à contaminatiónibus simulacrórum, et fornicatióne, et suffocátis, et sánguine. Móyses enim à tempóribus antíquis habet in síngulis civitátibus qui eum prædicent in synagógis, ubì per omne sábbatum légitur.

℟. Visus est. 366.

LECTIO iij.

s; hic beátus in
it. Si quis autem
ligiósum esse,
ins linguam su-
dúcens cor su-
vana est relígio.
ida et immacu-
eum et Patrem,
isitáre pupillos
tribulatióne eó-
nmaculátum se
hoc século.
cœlos, Deus, et
m terram glória
; * Ut liberen-
ui, allelúia, al-
go te clarificávi
m: manifestávi
m homínibus;
tur dilecti tui,
lelúia. *Ps.* 107.

iij. *Cap.* 2.
ei, nolíte in per-
ceptióne habére
ini nostri Jesu
æ. Etenim si in-
onventum ves-
ureum ánnulum
veste cándidâ;
item et pauper
ábitu; et inten-
qui indútus est
írâ, et dixéritis
hic benè; páu-
dicátis: Tu sta
ede sub scabello
rum; nonne ju-
d vosmetipsos,

et facti estis júdices cogitatiónum iniquárum? Audíte, fratres mei dilectíssimi, nonne Deus elégit páuperes in hoc mundo, dívites in fide, et hærédes regni, quod repromísit Deus diligéntibus se? Vos autem exhonorastis páuperem. Nonne dívites per poténtiam ópprimunt vos, et ipsi trahunt vos ad judícia? Nonne ipsi blasphémant bonum nomen, quod invocátum est super vos?

℟. Dómine, qui sperant in te, in æternum exultábunt, allelúia: * Et habitábis in eis, et † Gloriabuntur in te, allelúia, allelúia. ℣. Ego claritátem quam dedisti mihi dedi eis, ut sint unum sicut et nos; ego in eis, et tu in me: * Et habitábis. Glória Patri. † Gloriabuntur in te, allelúia, allelúia. *Ps.* 5. *Joan.* 17.

Ad Benedictus. *Ant.* 7. d. Regenerávit nos Deus in spem vivam per resurrectiónem Jesu Christi ex mórtuis, in hæreditátem incorruptíbilem, allel. 1. *Petr.* 1.

CANON.

Ex sancto Bernardo.
De Consid. libr. 1. *Cap.* 7.

Primum quidem ipsum fontem suum, id est, mentem, de quâ orítur, puríficat consíderátio. Deindè regit affectus, dírigit actus, córri-

git excessus, compónit mores, vitam honestat et órdinat; postrémò divinárum páriter et humanárum rerum sciéntiam confert. Hæc est quæ confúsa distérminat, hiántia cogit, sparsa cólligit, secréta rimátur, vera vestígat, verisimília exáminat, ficta et fucáta explórat. Hæc est quæ agenda præórdinat, acta recógitat, ut nihil in mente resídeat aut incorrectum, aut correctióne egens.

Ad Magníficat. *Ant.* 3. a. Adhuc multa hábeo vobis dícere; sed non potestis portáre modò: cùm autem vénerit ille Spíritus veritátis, docébit vos omnem veritátem, allelúia. *Joan.* 16.

FERIA TERTIA.

AD NOCTURNUM.

Tres Ps. è I. Noct. 40.

LECTIO j.

De Epístolâ Cathólicâ beáti Jacóbi Apóstoli.

Cap. 2.

Si legem perfícitis regálem secundùm Scriptúras: Díliges próximum tuum sicut te ipsum; benè fácitis. Si autem persónas accípitis, peccátum operámini, redargúti à lege quasi transgressóres. Quicunque autem totam legem serváverit, offendat autem in uno, factus est ómnium reus. Qui enim dixit: Non mœcháberis, dixit et: Non occídes. Quòd si non mœcháberis, o[...] autem, factus es trans[...] sor legis. Sic loquími[...] sic fácite, sicut per [...] libertátis incipiéntes j[...] ri. Judícium enim si[...] sericórdiâ illi qui no[...] misericórdiam; supe[...] tat autem misericórdi[...] dícium.

℟. Cantáte Dómin[...] nis terra: annuntiáte [...] in diem salutáre ejus[...] ráte in géntibus glór[...] jus, allel., allel. ℣. [...] rificátus est Fílius h[...] et Deus clarificátus [...] eo. * Narráte. I. Pe[...] *Joan.* 13.

LECTIO ij.

Quid próderit, frat[...] si fidem quis dicat s[...] re, ópera autem n[...] beat? Nunquid pót[...] salváre eum? Si au[...] ter et soror nudi [...] indígeant victu quo[...] dicat autem áliquis [...] bis, illis: Ite in pa[...] lefacímini, et satu[...] non dedéritis autem [...] necessária sunt córp[...] próderit? Sic et fide[...] hábeat ópera, mórt[...] semetipsâ. Sed dic[...] Tu fidem habes, e[...] pera hábeo: osten[...] fidem tuam sine o[...] et ego ostendam tib[...] ribus fidem meam [...] dis quóniam unus [...] Benè facis, et dæm[...]

tremiscunt.
ı fecit Dóminus
.um, allelúia :
illum de cœlo
alleluia : in po-
lus déxteræ e-
, allel. ℣. Deus
um in semetip-
ıuò clarificábit :
Ps. 19. Joan. 13.
CTIO iij.
scire, ô homo
niam fides sine
rtua est ? Abra-
ıoster nonne ex
tificátus est, óf-
fílium suum su-
Vides quóniam
abátur opéribus
: opéribus fides
ı est ? Et supplé-
ptúra, dicens :
raham Deo, et
est illi ad justi-
cus Dei appellá-
étis quóniam ex
stificátur homo,
ide tantùm ? Si-
Rahab méretrix
péribus justificá-
cípiens núntios,
ejíciens ? Sicut
us sine spíritu
st, ità et fides si-
s mórtua est.
a est glória ejus
tuo : glóriam et
lecórem impónes
; * Quóniam da-
Dómine, in bene-
in séculum sécu-
, allelúia. ℣. Dó-
verua.

mino nostro et Salvatóri Jesu Christo glória, et nunc, et in diem æternitátis : Amen ; * Quóniam. Glória. * Quóniam. *Ps.* 20. 2. *Petr.* 3.

Ad Benedictus, *Ant.* 4. E. Si commórtui sumus Christo, et convivémus ; si sustinébimus, et conregnábimus, allelúia. 2. *Timoth.* 2.

CANON.

Ex Decréto Benedicti Papæ décimi quarti.

Anno 1746.

OMNIBUS et síngulis, qui tàm in Ecclésiis quàm álibi, públicè et privátè quoscumque hómines orandi seu meditandi rudes quomodocumque oráre et meditári docúerint, dúmmodò verè pœnitentes ac sacrâ communióne refecti, quâ vice id égerint, septem annos et tótidem quadragénas de injunctis eis, seu áliàs quomodólibet débitis, pœniténtiis, in formâ Ecclésiæ consuétâ relaxámus. Iis verò tàm docéntibus quàm addiscéntibus, qui assíduè præmissa perégerint, ac simíliter verè pœnitentes ac sacrâ communióne refecti, pro Christianórum Príncipum concórdiâ, hæresum extirpatióne ac sanctæ matris Ecclésiæ exaltatióne pias ad Deum preces effúderint, semel in mense, pro uniuscujusque cómmodo et arbi-

trio, plenáriam Indulgéntiam, quam per modum suffrágii animábus Christi fidélium, quæ Deo in caritáte conjunctæ ab hâc luce migráverint, applicáre possint, misericórditer in Dómino concédimus.

Ad Magníficat. *Ant.* 8. *G.* Non loquétur à semetipso; sed quæcunque áudiet loquétur, et quæ ventúra sunt annuntiábit vobis, allelúia. *Joan.* 16.

FERIA QUARTA.

Ad Nocturnum.

Tres Ps. è I. Noct. 57.

Lectio j.

De Epístolâ Cathólicâ beáti Jacóbi Apóstoli.

Cap. 3.

Nolite plures magistri fíeri, fratres mei, scientes quóniam majus judícium súmitis. In multis enim offéndimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir: potest étiam freno circumdúcere totum corpus. Si autem equis frena in ora míttimus ad consentiendum nobis, et omne corpus illórum circumférimus: Eccè et naves, cùm magnæ sint, et à ventis válidis minentur, circumferuntur à módico gubernáculo; ubi ímpetus dirigentis volúerit. Ità et lingua módicum quidem membrum est, et magna exaltat.

℟. Consurge. 406.

Lectio ij.

Ecce quantus igni
magnam sylvam ince
lingua ignis est, uni
iniquitátis. Lingua
túitur in membris
quæ máculat totum
et inflammat rotam
tis nostræ, inflamm
hennâ. Omnis enim
bestiárum, et vóluc
serpéntium, et ce
domantur, et dóm
à natúrâ humánâ;
autem nullus hómin
máre potest: inquié
lum, plena venéno
fero. In ipsâ bene
Deum et Patrem,
sâ maledícimus hómi
ad similitúdinem I
sunt. Ex ipso ore
benedictio; et ma
Non oportet, frat
hæc ità fieri. Nunq
de eódem forámine
dulcem et amáram
Nunquid potest, fra
ficus uvas fácere,
ficus? Sic neque s
cem potest fácere a

℟. Super cœlos. 4

Lectio iij.

Quis sápiens, et di
tus inter vos? Ost
bonâ conversatióne
ónem suam in mans
sapiéntiæ. Quòd si
márum habétis, et
ónes sint in córdibu
nolíte gloriári, et
esse adversùs ve

nim ista sapiéntia
descendens; sed
nimális, diabólica.
zelus et conténtio,
tántia et omne o-
m. Quæ autem de-
st sapiéntia, pri-
lem pudíca est, de-
ica, modesta, su-
bonis consentiens,
sericórdiâ, et frúc-
nis, non júdicans,
ulatióne. Fructus
stítiæ in pace semi-
ciéntibus pacem.
nine. 407.
nedictus. *Ant.* 1. g.
távit Jesum Chris-
rtuis, vivificábit et
córpora vestra,
nhabitantem Spíri-
in vobis, allelúia.

CANON.
:to Benedicti Papæ
cimi quarti.
An. 1746.
per duos quadran-
nuátos, vel saltèm
rantem horæ, sin-
bus et per totum
orationi mentáli da-
ram, et verè pœni-
confessi sanctíssi-
haristiæ Sacramen-
psérint, ac pro
órum Principum
l, etc. pias ad De-
s effúderint, ple-
mel, quólibet men-
m peccatórum su-
lulgéntiam, quam per modum suffrágii animá-
bus Christi fidélium, quæ
Deo in caritáte conjunctæ
ab hâc luce migráverint, ap-
plicáre possint, misericórdi-
ter in Dómino elargímur.

Ad Magníficat. *Ant.* 1. f.
Ille me clarificábit, quia de
meo accípiet, et annuntiá-
bit vobis, allel. *Joan.* 16.

FERIA QUINTA.

AD NOCTURNUM.

Tres Ps. è I. Noct. 74.

LECTIO j.

De Epístolâ Cathólicâ beáti Jacóbi Apóstoli.

Cap. 4.

UNDE bella et lites in vobis? Nonne hinc, ex concupiscéntiis vestris quæ mílitant in membris vestris? Concupíscitis, et non habétis: occíditis, et zelátis, et non potestis adipisci: litigátis, et belligerátis, et non habétis, propter quod non postulátis. Pétitis, et non accípitis; eò quòd malè petátis, ut in concupiscéntiis vestris insumátis. Adúlteri, nescítis quia amicítia hujus mundi inimíca est Dei? Quicunque ergò volúerit amícus esse sǽculi hujus, inimícus Dei constitúitur.

℟. Cantáte. 408.

LECTIO ij.

AN putátis quia inániter Scriptúra dicat: Ad invídiam concupíscit spíritus qui hábitat in vobis? Majórem autem dat grátiam. Propter

quod dicit : Deus superbis resistit, humílibus autem dat grátiam. Súbditi ergò estóte Deo; resístite autem diábolo, et fúgiet à vobis. Appropinquáte Deo, et appropinquábit vobis. Emundáte manus, peccatóres; et purificáte corda, dúplices ánimo. Míseri estóte, et lugéte, et ploráte. Risus vester in luctum convertátur, et gáudium in mœrórem. Humiliámini in conspectu Dómini, et exaltábit vos.

℟. Salvum fecit. 409.

Lectio iij.

Nolite detráhere altérutrum, fratres. Qui détrahit fratri, aut qui júdicat fratrem suum, détrahit legi, et júdicat legem. Si autem júdicas legem, non es factor legis, sed judex. Unus est legislátor et judex, qui potest pérdere et liberáre. Tu autem quis es, qui júdicas próximum? Eccè nunc qui dícitis: Hódiè, aut crástino ibimus in illam civitátem, et faciémus ibi quidem annum, et mercábimur, et lucrum faciémus; qui ignorátis quid erit in crástino. Quæ est enim vita vestra? Vapor est ad módicum parens, et deinceps exterminábitur; pro eo ut dicátis : Si Dóminus voluerit; et: Si vixérimus, faciémus hoc, aut illud. Nunc autem exultátis in supérbiis vestris. Omnis exultátio talis maligna [...] enti ígitur bonum f[...] non facienti, peccá[...] illi.

℟. Magna est. 409

Ad Benedictus. *A*[...] Baptizabímini Spíri[...] to, et non post mu[...] dies, allelúia. *Act.* 1

CANON.

Ex Decréto Benedic[...] décimi quarti

An. 1746.

Vos, Venerábiles [...] rogámus et in Dóm[...] támur, ut ómnibus [...] lis Parochiálium E[...] rum Rectóribus inj[...] ut, omnes Christi fi[...] niuscujusque curæ [...] sos, in mentális [...] stúdio erudíre, sive os perítos erudíri fác[...] que ad illam frequen[...] accéndere, necessit[...] tilitátemque propón[...] dulgentiárum the[...] quos de benignitáte [...] licâ elargímur, ex[...] et ad ipsos eâ quâ [...] etáte ac reveréntiâ [...] dos inflammáre stú[...] enitantur.

Ad Magníficat. *A*[...] Omnia quæcunque [...] Pater, mea sunt; p[...] dixi : Quia de meo [...] allelúia. *Joan.* 16.

IA SEXTA.
NOCTURNUM.
s. è I. Noct. 90.
LECTIO j.
olâ Cathólicâ beáti
ibi Apóstoli.
Cap. 5.
nunc, dívites : plo-
lantes in miseriis
æ advénient vobis.
vestræ putrefactæ
vestimenta vestra
mesta sunt. Aurum
um vestrum ærugi-
ærúgo eórum in
um vobis erit, et
bit carnes vestras
is. Thesaurizastis
n in novíssimis di-
cè merces operari-
messuérunt regió-
as, quæ fraudáta
s, clamat; et cla-
m in aures Dómini
ntroívit. Epuláti es-
terram, et in luxú-
istis corda vestra
cisiónis. Addixistis
tis justum, et non
bis.
surge. 406.
LECTIO ij.
es ígitur estóte,
squè ad adventum
Eccè agrícola ex-
retiósum fructum
tienter ferens, do-
piat temporáneum
um. Patientes ígi-
e et vos, et confir-
da vestra, quóni-
tus Dómini appro-
pinquávit.

℟. Super cœlos. 407.

LECTIO iij.

NOLITE ingemíscere, fratres, in altérutrum, ut non judicémini. Eccè judex ante jánuam assistit. Exemplum accípite, fratres, éxitûs mali, labóris et patiéntiæ, Prophétas qui locúti sunt in nómine Dómini. Eccè beatificámus eos qui sustinuérunt. Sufferéntiam Job audistis, et finem Dómini vidistis, quóniam misericors Dóminus est, et miserátor.

℟. Dómine. 407.

Ad Benedictus. *Ant.* 8. G. Sedéte in civitáte, quoadusquè induámini virtúte ex alto, allelúia. *Luc.* 24.

CANON.

Ex Concílio Mediolanensi quarto.

Part. 3. *n.* 7. *An.* 1576.

QUOTIDIE áliquid ex sacris Bibliis légite; ac, si per ecclesiásticas occupatiónes licet, áliquid item ex Sanctórum Patrum opúsculis; atque álios prætéreà libros de Sacerdotális, Clericálisque vitæ ratiónibus et officiis, de animárum curâ, de christiánæ pietátis stúdiis et exercitatiónibus, de áliisque ejusdem géneris piè confectos, ità légite, ut quæcunque ad vitæ sanctæ normam accommodáta ex illis animadvertístis, ac didicistis, móribus exprimátis.

SABBATO.

Tres Ps. è I. Noct. 109.

Ad Nocturnum.

Lectio j.

De Epístolâ Cathólicâ beáti Jacóbi Apóstoli.

Cap. 5.

Ante ómnia, fratrès mei, nolíte juráre neque per cœlum, neque per terram, neque áliud quodcunque juraméntum. Sit autem sermo vester: Est, est; Non, non; ut non sub judício decidátis. Tristátur áliquis vestrûm? oret. Æquo ánimo est? psallat. Infirmátur quis in vobis? indúcat presbýteros Ecclésiæ, et orent super eum, ungentes eum óleo in nómine Dómini: et orátio fidei salvábit infirmum, et alleviábit eum Dóminus; et si in peccátis sit, remittentur ei.

Lectio ij.

Confitémini ergò altérutrum peccáta vestra, et oráte pro ínvicem ut salvémini; multùm enim valet deprecátio justi assídua. Elías homo erat símilis nobis passíbilis: et oratióne orávit ut non plúeret super terram, et non pluit annos tres et menses sex. Et rursùm orávit; et cœlum dedit plúviam, et terra dedit fructum suum. Fratres mei, si quis ex vobis erráverit à veritáte, et convérterit quis eum, scire debet quóniam qui converti fécerit peccatórem ab erróre viæ suæ, salvábit ánimam ejus à morte, et opériet multitúdinem peccatórum.

CANON.

Ex Synodálibus Constitutiónibus Abrincensis Diœcésis.

Statuto 12. *An.* 1550.

Monemus omnes et síngulos Sacerdótes nobis súbditos, ut summóperè ótium fugientes, códices et libros mónita Sanctórum continentes, latíno et vulgári sermóne descriptos, sibi comparáre stúdeant et in eórum lectióne sese exérceant; quóniam secundùm Hierónymi senténtiam: Qui sciéntiam Scriptturárum amat, carnis vítia non amábit.

AD VESPERAS.

Ps. de Sabb. sub solâ

Ant. 4. d. Deus et Dóminum suscitávit; et nos suscitábit per virtútem suam, allelúia. 1. *Cor.* 6.

Capitulum. *Act.* 17.

Paulus disserébat Judæis de Scriptúris, adapériens et insínuans quia Christum opórtuit pati, et resúrgere à mórtuis; et quia hic est Jesus Christus.

Hymnus, Nunc novis. *ut suprà*, 351.

℣. Non móriar, sed vivam, ℟. Et narrábo ópera Dómini. *Ps.* 117.

ficat. *Ant.* 6. F.
itus est ad pa-
vidit corrupti-
ı verò Deus sus-
·tuis, non vidit
n, allelúia. *Act.*

ıfrà ad Laudes.
·rium, *ut suprà,*

[NICA V.
Pascha.
notatur, 364.
·cturnum.
ẻ II. Noct. 2.
:tio j.
tola prima beáti
Apóstoli.
Cap. 1.
Apóstolus Jesu
:tis ádvenis dis-
'onti, Galátiæ,
:, Asiæ, et Bi-
ındùm præscién-
ıtris, in sanctifi-
)íritûs, in obedi-
ıspersiónem sán-
Christi; Grátia
ıx multiplicétur.
Deus et Pater
tri Jesu Christi,
ùm misericórdi-
agnam regenerá-
pem vivam, per
ıem Jesu Christi
, in hæreditátem
ilem, et incon-
et immarcescí-
ervátam in cœlis
ıi in virtúte Dei
per fidem in sa-
ítam revelári in

témpore novíssimo. In quo exultábitis, módicùm nunc si oportet contristári in váriis tentatiónibus; ut probátio vestræ fídei multò pretiósior auro (quod per ignem probátur) inveniátur in laudem, et glóriam, et honórem, in revelatióne Jesu Christi; quem, cùm non vidéritis, dilígitis: in quem nunc quoque non videntes créditis; credentes autem exultábitis lætítiâ inenarrábili, et glorificátâ; reportantes finem fídei vestræ, salútem animárum. De quâ salúte exquisiérunt atque scrutáti sunt Prophétæ, qui de futúrâ in vobis grátiâ prophetavérunt: scrutantes in quod vel quale tempus significáret in eis Spíritus Christi; prænúntians eas quæ in Christo sunt passiónes, et posterióres glórias: quibus revelátum est, quia non sibimetipsis, vobis autem ministrábant ea quæ nunc nuntiáta sunt vobis per eos qui evangelizavérunt vobis, Spíritu Sancto misso de cœlo, in quem desíderant Angeli prospícere.

℟. Bonus Dóminus: in séculum misericórdia ejus, allelúia: * Dicant qui redempti sunt à Dómino, allelúia, allelúia. ℣. Non corruptibílibus, auro vel argento, redempti estis; sed pretióso sánguine Agni immaculáti.

Christi : * Dicant. *Ps.* 106. 1. *Petr.* 1.

LECTIO ij.

Sermo sancti Cæsárii Arelatensis Epíscopi.

Hom. 37. *de Litan.*

ECCE, fratres dilectíssimi, dies sancti et spiritáles advéniunt. In istis tribus diébus, quos reguláriter in toto mundo célebrat Ecclésia, nullus se à sancto conventu subdúcat; quia per totum annum nobis peccatórum vúlnera súbrepunt. In istis tribus diébus fidéliter ad Ecclésiam currámus, et contríto corde, vel humiliáto córpore, Dei misericórdiam deprecémur; ut ómnium peccatórum nostrórum vúlnera, isto triduáno compunctiónis medicamento, ad sanitátem prístinam revocémus. Convivíola nobis étiam quadragesimáli órdine præparémus, et magis, legendo, et psallendo, vel orando, animábus nostris spiritáles épulas, quàm corporáles delícias requirámus. Audíte ergò me, fratres, rogantem : audíte paternâ pietáte admonentem, ut vobis Deus, et in hoc século sanitátem córporum, ubertátem frúctuum, et peccatórum indulgéntiam tríbuat, et in futúro ad æterna præmia felíciter pervenire concédat.

℟. Spíritus ádjuvat infirmitátem nostram : nam quid

orémus, sicut oport
címus ; sed * Ipse
póstulat pro nobis
bus inenarrabílibus
allelúia. ℣. In die il
Dóminus, effunda
domum David, et su
bitatóres Jerúsale
tum grátiæ et prec
se. *Rom.* 8. *Zach.* 1

LECTIO iij.

Léctio sancti Evan
cundùm Joann

Cap. 16.

IN illo témpore; di
discípulis suis : Am
dico vobis : Si quid
tis Patrem in nómi
dabit vobis. Et réli

Homília sancti A
Epíscopi.

In Joan. Tract.
n. 1.

JAM dictum est in
ribus hujus Dómini
nis pártibus, propt
nonnulla petunt à
Christi nómine, ne
unt: Non peti in nó
vatóris quidquid
contra ratiónem sal
enim sonum litter
syllabárum ; sed qu
ipse significat, et
sono rectè ac verá
tellígitur, hoc acc
est dícere, cùm dici
mine meo. Undè
sentit de Christo, q
est de único Dei F
tiendum, non peti
nómine, etiamsi no

syllabis Christum; n ejus nómine pe- cógitat cùm petit. quod est de illo n sentit, ipse in e- petit; et áccipit t, si non contra tem sempiternam pit autem quandò pere. Quædam e- negantur; sed ut lentur témpore, r. Usque modò, in- petistis quidquam meo: pétite, et ut gáudium ves- lenum. Hoc quod ium plenum pro- carnále, sed spi- lium est; et quan- erit, ut áliquid ei t addendum, pro- tunc erit plenum. ergò pétitur quod ad hoc gáudium dum; hoc est in hristi petendum, intellígimus grá- rè beátam pósci- . Quidquid autem ur, nihil pétitur; nulla omninò res uia in tantæ rei óne quidquid áli- íscitur, nihil est. iè modò non pe- quam in nómine ite, et accipiétis, n vestrum sit ple- úia, allel. ℣. Vo- iméntium se fáciet et deprecatiónem eórum exáudiet: * Pétite. Glória. * Pétite. *Joan.* 16. *Ps.* 144.

AD LAUDES.

Capitulum. 1. *Joan.* 3.

Carissimi, si cor nostrum non reprehénderit nos, fidúciam habémus ad Deum: et quidquid petiérimus, accipiémus ab eo; quóniam mandata ejus custodímus, et ea quæ sunt plácita coram eo fácimus.

Hymnus, Auróra. 357.

℣. Desidérium páuperum exaudívit Dóminus: ℟. Præparatiónem cordis eórum audívit auris tua. *Ps.* 9.

Ad Benedictus. *Ant.* 1. D. Amen, amen dico vobis: Si quid petiéritis Patrem in nómine meo, dabit vobis, allelúia. *Joan.* 16.

Oratio.

Deus, à quo bona cuncta procédunt: largíre supplícibus tuis, ut cogitémus, te inspirante, quæ recta sunt, et, te gubernante, éadem faciámus; Per Dóminum nostrum.

CANON.

Ex Concílio Aurelianensi.

Apud Ivon. Carnot. Decr.

P. 2. *C.* 120.

Oportet ut in diébus Domínicis vel Festívis, post sermónem, Missárum intra solémnia hábitum, plebem Sacerdos admóneat, ut in commúni pro diversis necessitátibus preces fundant ad Dó-

minum, pro Rege, Epíscopis, et Rectóribus Ecclesiárum, pro pace, pro peste, et pro infirmis qui in ipsâ Paróchiâ lecto decumbunt, pro nuper defunctis; in quibus singulátim précibus plebs oratiónem Domínicam sub siléntio dicat : Sacerdos verò oratiónes ad hæc pertinentes per síngulas admonitiónes solémniter éxpleat; et post hæc sacra celebrétur oblátio.

AD VESPERAS.

CAPITULUM. 1. *Joan.* 5.

CREDITIS in nómine Fílii Dei : et hæc est fidúcia quam habémus ad eum; quia quodcunque petiérimus secundùm voluntátem ejus, audit nos. Et scimus quia audit nos, quidquid petiérimus : scimus quóniam habémus petitiónes quas postulámus ab eo.

Hymnus, Forti. 362.

℣. Oculi Dómini super justos,

℟. Et aures ejus in preces eórum. *Ps.* 33.

Ad Magníficat. *Ant.* 4. E. In nómine meo petétis, et non dico vobis quia ego rogábo Patrem de vobis : ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, et credidistis quia ego à Deo exívi, allelúia. *Joan.* 16.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

FERIA SECU

In Rogationi

¶ *Hodiè et cràs*
rat Festum Duple
miduplex, de eo
um cum Comm
Feriæ ad Offici
num et ad Laud
Tuncque prima
de Scripturâ occur
abus in unam junc
tum sit Semiduple
tio erit de Festo,
unam junctis : iij.
Evangelio et Homi
Si verò Festum s
min. aut suprà, ij
erunt de Festo,
quarta sub bened. l
mus, *de Hom. in E*
De Festo auten
occurr. fiet tantùm
ac de eo dicetur q
sub Benedictione l

AD NOCTURN

Tres Ps. è II. N

LECTIO j

De Epístolâ prin
Petri Apóst

Cap. 1.

SUCCINCTI lumb
vestræ, sóbrii per
ráte in eam qua
vobis grátiam, in
nem Jesu Christi :
obediéntiæ, non c
prióribus ignoránt
desidériis; sed sec
um, qui vocávit v
tum, et ipsi in omn
satióne sancti siti
am scriptum est :

n ego Sanctus trem invocátis acceptióne per-icat secundùm e opus, in ti-ùs vestri tém-ámini.
ge. 406.
rio ij.
òd non corrup-ro vel argento, is de vaná ves-itióne paternæ ed pretióso sán-agni immaculá-incontamináti; quidem ante itutiónem, ma-tem novíssimis propter vos, qui fidéles estis in iscitávit eum à ledit ei glóriam, ra et spes esset mas vestras cas-obediéntiâ cari-ternitátis amóre, corde ínvicem ıtiùs; renáti non corruptíbili, sed ili per verbum permanentis in Quia omnis caro et omnis glória m flos fœni: exá-ı, et flos ejus dé-ım autem Dómi-n æternum. Hoc verbum quod e-m est in vos.
cœlos. 407.

Lectio iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Lucam.

Cap. 11.

In illo témpore; Ait Jesus ad discípulos suos: Quis vestrûm habébit amícum, et ibit ad illum médiâ nocte, et dicet illi: Amíce, cómmoda mihi tres panes; Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Episcopi.

Epist. 130. *quæ est ad Probam.*

Qui novit bona data dare fíliis suis, pétere nos et quærere et pulsáre compellit. Ac per hoc, et quod ait Apóstolus, Sine intermissióne oráte; quid est áliud, quàm, Beátam vitam, quæ nulla nisi æterna est, ab eo qui eam solus dare potest, sine intermissióne desideráre? Semper ergò hanc à Dómino Deo desiderémus; et orémus semper. Sed ídeò ab áliis curis atque negótiis, quibus ipsum desidérium quodámmodò tepescit, certis horis ad negótium orandi mentem revocámus, verbis oratiónis nos ipsos admonentes, in id quod desiderámus inténdere; ne quod tepéscere cœperat, omnínò frigescat; et pénitùs extinguátur, nisi crébriùs inflammétur. Quæ cùm ità sint, étiam cùm diù oráre vacat, id est, cùm ália bonárum et necessariárum actiónum non

impediuntur officia, quamvis et in eis, ut dixi, desidério illo semper orandum sit, non est ímprobum nec inútile. Neque enim, ut nonnulli putant, hoc est oráre in multilóquio, si diútiùs orétur. Aliud est sermo multus, áliud diuturnus affectus. Absit ab oratióne multa locútio; sed non desit multa precátio, si fervens persevérat inténtio. Nam multùm loqui, est in orando rem necessáriam supérfluis ágere verbis : multùm autem precári, est ad eum quem precámur, diuturnâ et piâ cordis excitatióne pulsáre. Nam plerumquè hoc negótium plus gemítibus quàm sermónibus ágitur, plus fletu quàm affátu.

℟. Pétite, et dábitur vobis : quærite, et inveniétis : * Pulsáte, et aperiétur vobis, allel., all. ℣. Invocábitis et orábitis me, et ego exáudiam vos : quærétis me, et inveniétis : * Pulsáte. Glória. * Pulsáte. *Luc.* 11. *Jerem.* 29.

Hodiè non dicitur Te Deum.

Reliqua ut Feriis Temporis Paschalis, suprà, 356, *exceptis quæ sequuntur.*

Ad Benedictus. *Act.* 7. *d.* Quis ex vobis patrem petit panem, nunquid lápidem dabit illi ? allelúia. *Luc.* 11.

ORATIO.

PRÆSTA, quæsumus, omnípotens Deus, ut qui in afflictióne nostrâ [...] táte confídimus, [...] versa ómnia tuâ [...] tectióne muniám[...] minum.

Et dicitur ad [...]

CANO[...]

Ex Concílio A[...] primo.

An. 511. *Can*[...]

ROGATIONES, [...] nias ante Ascen[...] mini ab ómnib[...] plácuit celebrári [...] missum triduán[...] um, in Domínic[...] nis festivitáte sol[...] tríduo nihilómi[...] abstíneant, et [...] málibus cibis ut[...] ci verò qui ad ho[...] tum adesse con[...] secundùm arbit[...] copi, Ecclésia[...] disciplínam.

Ad Magníficat. Si vos cùm sitis [...] bona data dare f[...] quantò magis Pat[...] cœlo dabit Spírit[...] peténtibus se ? all[...]

Oratio, Deus. [...]

FERIA TE[...]

In Rogatio[...]

AD NOCTU[...]

Tres Ps. è II. [...]

LECTIO

De Epístolâ pri[...] Petri Após[...]

Cap. [...]

DEPONENTES O[...] lítiam, et omnem

nes, et invídias, et
etractiónes, sicut
iti infantes, ratio-
e dolo lac concu-
t in eo crescátis in
si tamen gustastis
dulcis est Dómi-
quem accedentes,
ivum, ab homíni-
em reprobátum, à
n electum et hono-
; et ipsi tanquàm
vi superædificámi-
s spirituális, sacer-
nctum, offerre spi-
hóstias, acceptábi-
er Jesum Christum.
uod cóntinet scrip-
è pono in Sion lá-
nmum angulárem,
pretiósum; et qui
t in eum, non con-
Vobis ígitur honor
us; non credénti-
n, Lapis quem re-
unt ædificantes, hic
t in caput ánguli:
ffensiónis et petra
his, qui offendunt
ec credunt in quo
sunt.
ntáte. 408.

Lectio ij.

mi, óbsecro vos tan-
venas et peregrínos
e vos à carnálibus
s, quæ militant ad-
nimam, conversati-
estram inter gentes
bonam; ut in eo,
etrectant de vobis
de malefactóribus, ex bonis opéribus vos considerantes, gloríficent Deum in die visitatiónis. Subjecti ígitur estóte omni humánæ creatúræ propter Deum; sive regi, quasi præcellenti; sive dúcibus, tanquàm ab eo missis ad vindictam malefactórum, laudem verò bonórum; quia sic est voluntas Dei, ut benè facientes obmutéscere faciátis imprudéntium hóminum ignorántiam: quasi líberi, et non quasi velámen habentes malítiæ libertátem, sed sicut servi Dei.

℟. Salvum fecit. 409.

Lectio iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Lucam.

Cap. 11.

In illo témpore; Factum est cùm esset Jesus in quodam loco orans, ut cessávit, dixit unus ex discípulis ejus ad eum: Dómine, doce nos oráre. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

Epist. 130. *quæ est ad Probam.*

Hoc quod in Domínicâ Oratióne pósitum est, tàm latè patet ut homo Christiánus in quálibet tribulatióne constitútus, in hoc gémitus edat, in hoc lácrymas fundat, hinc exordiátur, in hoc immorétur, ad hoc términet oratiónem. His enim verbis res ipsas memóriæ nostræ

commendári oportébat. Nam quælibet ália verba dicámus, quæ affectus orantis, vel præcedendo format ut cláreat, vel consequendo attendit ut crescat, nihil áliud dícimus quàm quod in istâ Domínicâ Oratióne pósitum est, si rectè et congruenter orámus. Quisquis autem id dicit quod ad istam Evangélicam precem pertinére non possit, etiamsi non illícitè orat, carnáliter orat. Quod néscio quemádmodùm non dicátur illícitè, quandóquidem spíritu renátos non nisi spirituáliter decet oráre. Undè líberum est quidem áliis atque áliis verbis, éadem tamen in orando dícere; sed non debet esse líberum ália dícere. Qui dicit in oratióne, verbi grátiâ, Dómine, multíplica divítias meas, aut, Da mihi tantas, quantas illi vel illi dedisti, aut, Honóres meos auge, et hæc dicit habens eórum concupiscéntiam, non id atteudens, ut ex his secundùm Deum prosit homínibus; puto eum non inveníre in Oratióne Domínicâ quo possit hæc vota coaptáre. Quamobrem púdeat saltem pétere, quæ non pudet cúpere; aut si et hoc pudet, sed cupíditas vincit, quantò méliùs hoc pétitur, ut étiam ab isto cupiditátis malo líberet; cui dícitur : Líbera nos à malo.

℟. Cùm stábitis
dum, dimíttite, si
bétis adversùs áliq
et Pater vester qui
est, dimittat vobis
vestra, allel, allel
seratiónes fácite, t
que cum fratre suo
lum vir fratri suo
tet in corde suo;
ria. * Ut. *Marc.* 11

Dicitur Te De

Ad Benedictus.
Dicit unus ex disc
Jesum : Dómine,
oráre, allelúia. *Lu*

ORATIO.

EXCITA, Dómine
corda fidélium; ut
tenta doctrínis, q
centur intélligant,
do perseveranter
ant; Per. *Et dicitu*
ras dici.

CANON.

Ex Concílio Aug
An. 1548. *Ca*

POPULUM sédulò
Párochi, ne ceremó
giosíssimè institúta
sum vertant; sed
pietátem exercendi
tur : atque ut Pro
sint graves, ordin
nestæ, et christián
ne dignæ.

Ad Magnificat. *A*
Cùm orátis, dicite
sanctificétur nome
allelúia. *Luc.* 11.
Oratio, Deus, à q

ıIA QUARTA
Rogationibus.
ıA Ascensionis.
iodiè occurrat Fes-
lex et suprà, de eo
ium, cum commem.
in Nocturno et Lau-

midupl. aut Simplici
te, fiet tantùm Com.
et Laudes. Vide ru-
uprà. 418.
a ut in Feriis Tem-
aschalis, exceptis
uuntur.
NOCTURNUM.
t. Fílium hóminis
› clarificandum,* Ve-
dorémus, alleluia.
ı.
Ps. è II. Noct. 59.
Lectio j.
istolâ primâ beáti
›tri Apóstoli.
Cap. 2.
honoráte: fraterni-
lígite: Deum timé-
n honorificáte. Ser-
liti estóte in omni
lóminis, non tan-
ıis et modestis, sed
rscolis. Hæc est enim
i propter Dei cons-
ı sústinet quis tristí-
tiens injustè. Quæ e-
glória, si peccantes
hizáti suffertis? Sed
facientes patienter
is, hæc est grátia a-
ım: in hoc enim vo-
s; quia et Christus
est pro nobis, vobis

relinquens exemplum ut sequámini vestígia ejus.

℟. Consurge, Dómine Deus, in réquiem tuam, tu et arca fortitúdinis tuæ, allel.: * Dómine Deus, ne avérteris fáciem Christi tui, allel., allelúia. ℣. Pater, venit hora; clarífica Fílium tuum, ut Fílius tuus clarificet te: * Dómine. 2. *Par.* 6. *Joan.* 7.

Lectio ij. *Cap.* 3.

Et quis est qui vobis nóceat, si boni æmulatóres fuéritis? Sed et si quid patímini propter justítiam, beáti. Timórem autem eórum ne timuéritis, et non conturbémini. Dóminum autem Christum sanctificáte in córdibus vestris, paráti semper ad satisfactiónem omni poscenti vos ratiónem de eâ, quæ in vobis est, spe: sed cum modéstiâ et timóre, consciéntiam habentes bonam; ut in eo quod détrahunt vobis, confundantur qui calumniantur vestram bonam in Christo conversatiónem. Mélius est enim benefacientes (si voluntas Dei velit) pati, quàm malefacientes; quia et Christus semel pro peccátis nostris mórtuus est, justus pro injustis, ut nos offerret Deo, mortificátus quidem carne, vivificátus autem spíritu.

℟. Super cœlos, Deus, et super omnem terram glória tua, allelúia; * Ut liberen-

Tu caput surgis! tua sed jacémus
Membra: quam præfers, Mediátor, audi
Quanta pro membris tibi crux potente
Voce loquátur.

Summa laus Natum, tibi qui corónas;
Qui coronáris tibi, Nate, summa:
Spíritus, nostris bona septiformis
Córdibus affla.
Amen.

℣. Regnábit Deus super gentes: ℟. Deus sedet super sedem sanctam suam. *Ps.* 46.

Ad Magníficat. *Ant.* 7. G. Eccè cum núbibus cœli quasi Fílius hóminis veniébat, et usquè ad antíquum diérum pervénit; et in conspectu ejus obtulérunt eum; et dedit ei potestátem, et honórem, et regnum, allelúia. *Dan.* 7.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Feriâ. Reliqua ut infrà. 435.

AD NOCTURNUM.

Invit. Allelúia, Dóminum Jesum euntem in cœlum, * Veníte, adorémus, allelúia. *Act.* 1.

Ps. 94. Veníte. 130.

Hymnus. B.

Promissa, tellus, cóncipe gáudia;
Te fausta cœlo conciliat dies:
Deus tumentes po[...]
Sancta tuus Mediát[...]

Tu, Christe, vic[...]tis et ínferi,
Cruóre partam sús[...]riam:
Procéde, regna, su[...]trum;
Subjicitur tibi tot[...]

Quid obstupent[...]citis polo
O vos, euntem, d[...] Deum?
Ut nunc redempto[...] astra,
Sic veniet metuend[...]

O Christe, de[...] Patris ássides,
Fac nos triumphi [...]tui:
Certámen urget: m[...]
Et, duce te, superé[...]tem.

Laus summa P[...] Genitum polo
Pacis perennis sús[...]sidem:
Laus, qui triumph[...]ma Nato:
Par tibi laus, utriu[...]xus.
Amen.

In Ps. Dómine, [...] noster. 30.

Ant. 5. C. Ele[...] magnificéntia tua su[...]los, Deus, allelúia.

In Ps. In Dómin[...]do. 72.

Ant. J. Dóminus [...]plo sancto suo: Dó[...] cœlo, allelúia.

ilius hóminis ve-

ad Antíquum di-
nit : * et in cons-
obtulérunt eum.
ei potestátem, et
et regnum : * et
li, tribus, et lin-
vient :
ejus, potestas æ-
non auferétur; *
ejus quod non
r.
urbétur cor ves-
o paráre vobis
l. Joan. 14.
. Iterùm vénio,
vos ad meipsum,
ego, et vos sitis,
an. 14.
ulum. Act. 1.
præbuit seipsum
is post passiónem
ltis argumentis,
uadraginta appá-
t loquens de reg-

, Auróra. 357.
ácite ei qui ascen-
occásum : ℟. Dó-
nen illi. Ps. 67.
edictus. Ant. 1. D.
 pro mundo ro-
o his quos dedisti
 tui sunt : et jàm
n mundo, et hi in
nt, et ego ad te
lúia. Joan. 17.
Oratio.
uæsumus, omní-
eus, ut nostræ
ntio, quò ventú-

ræ Solemnitátis gloriósus auctor ingressus est, semper intendat; et quò fide pergit, conversatióne pervéniat; Per eumdem Dóminum nostrum.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. Exivi.

CANON.

Ex Concílio Turonensi.

An. 1583. *Can.* 15.

Certis testimóniis cùm didicérimus, plerisque in Paróchiis pravam illam invaluisse consuetúdinem, ut in Litániis et Processiónibus quæ Deo supplicandi et preces offerendi grátiâ, ab antíquis pátribus institútæ sunt, misceantur ludi, joci, chóreæ, comessatiónes, et áliæ ridiculæ actiónes, undè contentiónes oriuntur; Ecclesiárum Parochiálium rectóres, quantùm póssumus, in Dómino hortámur, ne hujúsmodi in suis Paróchiis fieri sinant; imò magis suos Parochiános ab his abstinére, étiam sub anathématis pœnâ móneant.

AD TERTIAM.

Ant. 7. d. Ascendo.

Capitulum. *Ephes.* 4.

Quod ascendit, quid est nisi quia et descendit primùm in inferióres partes terræ? Qui descendit, ipse est, et qui ascendit super omnes cœlos, ut impléret ómnia.

℟. *br.* Exaltáre * super cœlos, Deus, * allelúia, alle-

lúia. Exaltáre. ℣. Et super omnem terram * glória tua. * Allelúia. Glória. Exaltáre. *Ps.* 107.

℣. Psállite Deo nostro, psállite; ℟. Psállite Regi nostro, psállite. *Ps.* 46.

AD SEXTAM.

Ant. 6. F. Si diligerétis me.

CAPITULUM. *Is.* 66.

QUOMODO si cui mater blandiátur, ità ego consolábor vos, et in Jerúsalem consolabímini: Vidébitis et gaudébit cor vestrum.

℟. *br.* Bénedic, * ánima mea, Dómino, * Allelúia, allelúia. Bénedic. ℣. Dómine Deus meus, * Magnificátus es vehementer. * Allelúia. Glória. Bénedic.

℣. Sit glória Dómini in séculum; ℟. Lætábitu[r Dó]minus in opéribus su[is. *Ps.*] 103.

AD NONAM.

Ant. 3. a. Iterùm v

CAPITULUM. *Heb*

EXEAMUS ad Jesum castra, impropérium portantes. Non enim mus hìc manentem tem, sed futúram i mus.

℟. *br.* Elégit nobi reditátem suam, * A allelúia. Elégit. ℣. S Jacob, quam diléxit. lúia. Glória. Elégit.

℣. Cantent in viis ni, quóniam magna ria Dómini; ℟. Quón celsus Dóminus, et h réspicit. *Ps.* 137.



N ASCENSIONE

DOMINI.

SOLEMNE - MAJUS.

PERIS.
Feriâ.
:endit in cœ-
:que descen-
itávit omnes
:? quod no-
nosti ? alle-

on est Deus
ascensor cœ-
ì ejus discur-
bitáculum e-
.el. *Deut.* 33.
scendet pan-
os : et trans-
ı coram eis,
. cápite eó-
Mich. 2.
cè intélliget,
levábitur, et
ldè, allelúia.

:abunt pedes
super mon-
qui est con-
d orientem,
14.
ı. *Act.* 3.
: vobis Jesus
oportet qui-
scípere, us-
restitutiónis
locútus est
ıctórum suó-

rum à século Prophetárum.

℟. Attóllite portas, Príncipes, vestras, et elevámini, portæ æternáles, allelúia, et introíbit Rex glóriæ. * Quis est iste Rex glóriæ? † Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ, allel., allel. ℣. Hunc Príncipem Deus exaltávit déxterâ suâ : * Quis est iste Rex glóriæ ? Glória Patri. † Dóminus virtútum. *Ps.* 23. *Act.* 5.

HYMNUS.

CHRISTE, quem sedes revocant paternæ,
Spléndidos orbi renovas triumphos,
Cùm viâ tentas homini negátâ
Scándere cœlum.

INTIMOS, æther, aperi recessus;
Rex venit claros jaculátus ignes:
Non eget curru; jubet, et recédunt
Sídera nutu.

REDDITUR cœlo : Pater, ecce Natus
In tuo victor gremio repónit
Plúrimo partas et adhuc rubentes
Sánguine lauros.

Dei, portansque ómnia verbo virtútis suæ, purgatiónem peccatórum fáciens, sedet ad déxteram majestátis in excelsis.

Hymnus. *Brev. Clun.*

Victorem Dominum pángite, Cœlites,
Arces qui repetit jàm celer árduas;
Et quos Tartareis fáucibus éripit,
Regem pángite glóriæ.

Gentes post domitas, quantus inest honor!
Nunc Patris lateri spléndidus ássidet;
Cujus magnificum nomen ad últimos
Fines, sánguine prótulit.

Quin vanos strepitus usque freméntium,
Tranquillus solio, déspicit hóstium;
Artes tàm facilis fállere, quàm potens
Vires víncere víribus.

Parta dùm frueris fúnere glóriâ,
Ne dedisce tuos; sed generis memor,
Si te nostra movent, nunc age, quos amas,
Clemens prótege dexterâ.

Hostis ne variis fráudibus óccupet,
Et ne deliciæ péctora mólliant,
Fac nos ad patrias, quas habitas, domos,
Puris téndere móribus.

Patri máxima laus; máxima Filio,
Qui nunc astra pet
domitam nece
Mittet de superis,
cónsulat,
Cui laus máxima, Sp
Amen.

℣. Dóminus in cœ
rávit sedem suam;
regnum ipsíus ómni
minábitur. *Ps.* 102.

Ad Benedictus.
Christus Jesus mórtu
et resurrexit, qui
déxteram Dei, qui
interpellat pro nobi
lúia. *Rom.* 8.

Oratio.

Concede, quæsum
nípotens Deus, ut
dierná die Unigéni
um redemptórem
ad cœlos ascendiss
mus, ipsi quoque
cœléstibus habitem
eumdem.

AD HORAS,
Hymnorum, post
Da, Christe, *Do*

¶ Qui victor a
redis,
Jesu, tibi sit glór
Cum Patre, cum
ritu,
In sempiterna sécu
Amen.

¶ *Hæc Doxolog*
in fine Hymnorum
metri, usquè ad
Ascensionis exclus
propria assignetur.

Psalmi de Dom

AM.
itus.
ii victor *
.llel., allel.
.
ous Apos-
.
8. *in fine.*
iadraginta
Domínico
em festum
mini, quo
eum, eum-
suum, à
:, ad cujus
sedet, qui-
atióne sé-
otestáte et
l judican-
tuos.
AM.
nanufacta.
Hebr. 8.
is Pontífi-
lit in déx-
túdinis in
i minister,
ri quod fi-
non homo.
Dóminus *
Allelúia,
. Sede * à
elúia. Gló-

rdos in æ-
dùm órdi-
h. *Ps.* 109.
AM.
s decébat.
Hebr. 7.
mpitemum
m; undè et

salváre in perpétuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper vivens ad interpellandum pro nobis.

℟. *br.* Vidérunt * ingressus tuos, Deus, * Allelúia, allelúia. Vidérunt. ℣. Ingressus regis mei * qui est in Sancto, * Allelúia. Glória Patri. Vidérunt.

℣. Ascendisti in altum, cepisti captivitátem : ℟. Accepisti dona in homínibus. *Ps.* 67.

AD NONAM.

Ant. 8. G. Deus.

Capitulum. *Hebr.* 2.

Eum qui módico quàm Angeli minorátus est, vidémus Jesum, propter passiónem mortis, glóriâ et honóre coronátum.

℟. *br.* Minuisti eum* paulò minùs ab Angelis, * Allelúia, allelúia. Minuisti. ℣. Glóriâ et honóre * coronasti eum, * Allelúia. Glória Patri. Minuisti.

℣. Constituisti eum super ópera mánuum tuárum : ℟. Omnia subjecisti sub pedibus ejus. *Ps.* 8.

AD II. VESPERAS.

In Ps. Dixit. 17.

Ant. 1. f. Ad quem Angelórum dixit Deus aliquandò : Sede à dextris meis, quoadusquè ponam inimícos tuos scabellum pedum tuórum? allelúia. *Hebr.* 1.

In Ps. Confitébor. 17.

Ant. 3. a. Nemo ascendit

in cœlum, nisi qui desoendit de cœlo, Fílius hóminis, qui est in cœlo, allelúia. *Joan.* 3.

In Ps. Laudáte, púeri. 18.

Ant. 5. C. Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cœlos, ut impléret ómnia, allel. *Ephes.* 4.

In Ps. Lætátus sum. 54.

Ant. 6. F. Initiávit nobis viam novam et viventem per velámen, id est, carnem suam, allelúia. *Hebr.* 10.

In Ps. Confitébor....quóniam. 88.

Ant. 7. a. Omnis lingua confiteátur quia Dóminus Jesus Christus in glóriâ est Dei Patris, allel. *Philip.* 2.

CAPITULUM. *Ephes.* 2.

CONRESUSCITAVIT nos Deus, et consedére fecit in cœléstibus in Christo Jesu, ut osténderet in séculis superveniéntibus abundantes divítias grátiæ suæ in bonitáte super nos in Christo Jesu.

HYMNUS C.

OPUS peregisti tuum :
Te, Christe, victórem necis,
Æterna, quam relíqueras,
Cœlo reposcit glória.

JAM nube vectus fúlgidâ,
Terras jacentes déspicis :
Educta longo cárcere
Regem sequuntur ágmina.

MIRANTE turmâ cœlitûm,
Panduntur æternæ fores;
Ovantque sublímem Patris
Homo Deus scandis thronum.

ILLIC patrónus, pón
Pacis sequester, quen
Semel profúdit cárita
Offerre pergis sángui

ILLINC adornas et
Ecclésiam sponsus tu
Cunctisque vitam di
Infúsa ceu mens, árt

ILLINC tot inter pr
Periclitantem sústine
Das militanti víncer
Palmam triumphanti

Quò, Christe, pr
caput,
Huc íntegrum corpu
Vestígiis tritam tuis
Fac membra sectent

QUI victor ad cœ
dis,
Jesu, tibi sit glória
Cum Patre, cumq
ritu,
In sempiterna sécul
Amen.

℣. Excelsus supe
gentes Dóminus, ℟.
per cœlos glória
112.

Ad Magníficat. *A*
Habentes Pontífice
num, qui penetráv
Jesum Fílium Dei
mus confessiónem,
Hebr. 4.

Oratio, ut suprà a

AD COMPLETO

Psalmi de Dom

Ant. 3. à. Lucer
tis est Agnus; et
bunt gentes in lúm
allelúia. *Apoc.* 21.

[Hy]MNUS.
[...]om. emend.
[...]mortálium,
[...] et víctima,
[...]en córdibus,
[...]umen méntium:
[...]s es cleméntiâ,
[...]undi scelus,
[...]es ínnocens,
[...]i subdúceres!
[...]s infernas do-

[...]as détrahis:
[...]pho nóbili
[...]ntis ássides.
[...]ertus, ô Pater,
[...]ostra sárcias;
[...]is cómpotes
[...]rnis sédibus.
[...] astra, tu via;
[...] labóribus:
[...]hélat, te sitit;
[...]esu, répleas.
[...]r ad cœlum re-

[...]t glória,
[...]umque Spíritu,
[...]a sécula.
[...]men.
[...]c dimittis.
[...] Scimus quóni-
[...]arúerit, símiles
[...]uóniam vidébi-
[...]uti est, allelúia.

[O]RATIO.
[...]mus, omnípo-
[...] mentes nostras
[...]tra in eo requi-
[...]m ad déxteram
[...]tem adorámus,
[...] nostrum Jesum Christum Fílium tuum; Qui tecum vivit.

Et sic per Octavam.

DIEBUS
INTRA OCTAVAM
Ascensiónis.

[*Si occurrat Festum Duplex, aut suprà, de eo fiet Officium, cum Comm. Octavæ. Non tamen fieret de Duplici-minore translato. De Semid. autem et Simpl. fit tantùm Commemoratio.*]

Omnia ut in die, exceptis quæ sequuntur.

AD NOCTURNUM.

Tres Psalmi infrà notati in quálibet Feriâ, sub solâ Ant. 7. c. Jesus ferebátur in cœlum: et discípuli adorantes, regressi sunt in Jerúsalem cum gáudio magno, allelúia. *Luc.* 24.

℣. Ascendit super Chérubim, et volávit: ℟. Volávit super pennas ventórum. *Ps.* 17.

Lectiones et ℟. ℟. ℟. *ut infrà in quálibet Feriâ.*

AD LAUDES.

Psalmi de Feriâ, cum Cantico de Festo, 431, *sub solâ Ant.* 2. D. Cùm introissent in cœnáculum, ascendérunt ubì manébant (Apóstoli.) Hi omnes erant perseverantes unanímiter in oratióne, allelúia. *Act.* 1.

AD HORAS.

Psalmi de Feriâ. Reliqua ut in die Ascensionis, 432, *excepto Canone ad Primam,*

qui dicitur ut infrà notatur in quâlibet Feriâ.

AD VESPERAS.

Psalmi de Feriâ, sub solâ Ant. 6. F. Erant semper in templo, laudantes, et benedicentes Deum, allelúia. *Luc.* 24.

Reliqua ut in die. 434.

AD COMPLETORIUM, *Ps. de Feriâ. Reliqua ut suprà.* 434.

FERIA SEXTA

INTRA OCT. ASCENSIONIS.

Semiduplex.

AD NOCTURNUM.

Tres Pss. è II. Noct. 92.

LECTIO j.

De Epístolâ primâ beáti Petri Apóstoli.

Cap. 4.

ESTOTE prudentes, et vigiláte in oratiónibus. Ante ómnia autem, mútuam in vobismetipsis caritátem contínuam habentes; quia cáritas óperit multitúdinem peccatórum. Hospitáles ínvicem sine murmuratióne. Unusquisque, sicut accépit grátiam, in altérutrum illam administrantes, sicut boni dispensatóres multiformis grátiæ Dei. Si quis lóquitur, quasì sermónes Dei: si quis ministrat, tanquàm ex virtúte quam administrat Deus; ut in ómnibus honorificétur Deus, per Jesum Christum, cui est glória, et impérium in sécula seculórum: Amen. Caríssimi, nolíte peregrinári in fervóre qui a[d] tatiónem vobis fit, qu[asi no]vi áliquid vobis cont[ingat:] sed communicantes [Christi] passiónibus, gaudéte [ut et] in revelatióne glória[e ejus] gaudeátis exultantes. [Si ex]probrámini in nómine [Chris]ti, beáti éritis; qu[oniam] quod est honóris, gl[óriæ, et] virtútis Dei, et qui e[st ejus] Spíritus, super vos re[quies]cit.

℟. Auctor fídei, [et con]summátor Jesus, pr[o]posito sibi gáudio, sustinu[it cru]cem, confusióne cont[empta:] * Atque in dexterâ se[dis Dei] sedet, allelúia, a[llelúia.] ℣. Date glóriam De[o super] Israel: magnificéntia [ejus et] virtus ejus in núbibu[s. At]que. *Hebr.* 12. *Ps.* 6[7.]

LECTIO ij.

Sermo sancti Leóni[s Papæ.]

De Ascens. Dom[ini.]

POST beátam et gl[oriósam] ResurrectiónemDómi[ni nos]tri Jesu Christi, qu[am in] Dei templum Judáic[a impie]táte resolútum, di[vinæ] tríduo poténtiâ sus[citavit,] quadragenárius hód[ie, di]lectíssimi, sanctóru[m die]rum explétus est nu[merus,] sacratíssimâ ordinati[one dis]pósitus, et ad utilitát[em nos]træ eruditiónis impe[nsus; ut] dùm à Dómino in h[oc spa]tium mora præsént[iæ cor]porális exténditur, fi[des re]surrectiónis docume[ntis]

ınirétur. Mors e-
multùm discipu-
.a turbáverat; et
o crucis, de emis-
tûs, de exanimá-
, sepultúrâ, gra-
itúdine méntibus
ffidéntiæ torpor
:. Undè beatíssi-
ıli omnesque dis-
i et de éxitu cru-
t trépidi, et de fi-
ectiónis ambígui,
eritáte perspícuâ
ut, Dómino in
eunte sublímia,
ı nullâ afficerentur
sed étiam magno
ılerentur.
s exaltávit illum,
: illi nomen quod
omne nomen; ut
: Jesu omne genu
Cœléstium, ter-
et infernórum,
:l. ℣. Dicit Dómi-
ıemetipso jurávi,
curvábitur omne
jurábit omnis lin-
ælestium. *Philipp.*

LECTIO iij.
à magna et ineffá-
causa gaudendi,
:onspectu sanctæ
ıis super ómnium
ım cœléstium dig-
.ımáni géneris na-
:céndcret, super-
Angélicos Ordines,
rchangelórum al-
elevanda; nec ullis sublimitátibus modum suæ provectiónis habitúra, nisi æterni Patris recepta consessu, illíus glóriæ sociarétur in throno, cujus natúræ copulabátur in Fílio. Quia ígitur Christi Ascénsio nostra provéctio est; et quò præcessit glória cápitis, eò spes vocátur et córporis: dignis, dilectíssimi, exultémus gáudiis, et piâ gratiárum actióne lætémur. Hódiè enim non solùm paradísi possessóres firmáti sumus, sed étiam cœlórum in Christo superna penetrávimus; amplióra adepti per ineffábilem Christi grátiam, quam per diáboli amiserámus invídiam.

℟. Christus Jesus in sempitérnum sedet in déxterâ Dei, de cétero * Expectans donec ponantur inimíci ejus scabellum pedum ejus, allelúia, allelúia. ℣. Dómini est regnum; et ipse dominábitur géntium, * Expectans. Glória Patri. * Expectans. *Hebr.* 10. *Ps.* 21.

CANON.

Ex Concílio Cameracensi. 1565. *tit.* 5. *Can.* 5, *quem S. Carolus suis Decretis ascivit ann.* 1576.

NE Pastóres et Clérici libros apud se téneant aut legant, ex quibus corrumpi Relígio, bonique mores, ac stúdium boni óperis, timorque et amor Dómini

languére possit : ut sunt libri qui lascíva, scurrília, vana et impúra cóntinent; ne horum librórum lectióne seipsos et pópulos sibi créditos corrumpant. Proclíve est enim ut quæ quis legat, et éadem dóceat. Instruant autem bibliothécas suas bonórum et piórum auctórum libris ab Académiis cathólicis approbátis, ex quibus doctrínam háuriant, quam salúbriter suis populáribus possint effúndere.

SABBATO

INTRA OCT. ASCENSIONIS.

Semiduplex.

AD NOCTURNUM.

Tres Ps. è II. Noct. 110.

LECTIO j.

De Epístolâ primâ beáti Petri Apóstoli.

Cap. 5.

SENIORES qui in vobis sunt, óbsecro, consénior et testis Christi passiónum, qui et ejus, quæ in futúro revelanda est, glóriæ communicátor : páscite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coactè, sed spontáneè secundùm Deum; neque turpis lucri grátiâ, sed voluntáriè; neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex ánimo. Et cùm apparúerit Princeps pastórum, percipiétis immarcessíbilem glóriæ corónam. Simíliter, adolescentes, súbditi estóte senióribus. Omnes autem i humilitátem insinuá Deus superbis resist milibus autem dat Humiliámini ígitur tenti manu Dei, ut xaltet in témpore v nis; omnem sollici vestram projicient um, quóniam ipsi de vobis. Sóbrii e vigiláte ; quia adv vester diábolus, tam rúgiens círcuit, quem dévoret : cui fortes in fide; scien dem passiónem ei mundo est, vestræ nitáti fieri. Deus a nis grátiæ, qui vo in æternam suam g Christo Jesu, módi sos ipse perfíciet, bit, solidábitque. ria, et impérium seculórum. Amen.

℟. Ad interióra præcursor * Pro troívit Jesus, Pón tus in æternum, allelúia. ℣. Pónti velum intrábit in S roget pro univers rael. * Pro nobis. *Levit.* 16.

LECTIO i

De Sermóne sanc Papæ.

De Ascens. Dom. I.

SACRAMENTUM, mi, salútis nostr

uinis sui univer-
litor æstimávit,
rális ortûs, us-
itum passiónis,
ationem humili-
tum est. Et licèt
n in formâ servi
signa radiáverint,
nen illíus témpo-
. demonstrandam
óminis pertínuit
Post passiónem
is mortis víncu-
m suam, in eum
erat néscius, in-
erdíderat : infír-
rtútem, mortáli-
ortalitátem, con-
nsívit in glóriam:
inus Jesus Chris-
ltis manifestisque
s, multórum de-
spéctibus, donec
ı victóriæ, quem
à mórtuis, infer-
lis. Quo órdine
vinórum nos fun-
ædificáti sumus;
ior fíeret grátia
remótis à cons-
inum, quæ méri-
tiam suî sentie-
dícere, fides non
spes non fluctuá-
s non tepéret.
est ante omnes,
n ipso constant:
t caput córporis
primogénitus ex
ıt sit in ómnibus
tum tenens, al-
lúia. ℣. Regnábit Dóminus in monte Sion, ex hoc, nunc, et usquè in æternum: * Et ipse. *Coloss.* 1. *Mich.* 4.

Lectio iij. *Cap.* 3.

Ipsi beáti Apóstoli, qui tot miráculis confirmáti, tot sermónibus erudíti, atrocitátem tamen Domínicæ passiónis expáverant, et veritátem Resurrectiónis ejus non sine hæsitatióne suscéperant, tantùm de Ascensióne Dómini profecérunt, ut quidquid illis priùs intúlerat metum, verterétur in gáudium. Totam enim contemplatiónem ánimi in divinitátem ad Patris déxteram consedentis eréxerant, nec jàm corpóreæ visiónis tardabantur objectu, quóminùs in id áciem mentis inténderent, quòd nec à Patre descendendo abfúerat, nec à discípulis ascendendo discésserat. Tunc ígitur, dilectíssimi, Fílius hóminis Dei Fílius, excelléntiùs sacrátiùsque innótuit, cùm in paternæ majestátis glóriam se recépit, et ineffábili modo cœpit esse divinitáte præséntior, qui factus est humanitáte longínquior. Tunc ad æquálem Patri Fílium erudítior fides gressu mentis cœpit accédere, et contrectatióne in Christo corpóreæ substántiæ, quæ Patre minor est, non egére; quóniam, glori-

ficáti córporis manente natúrâ, eò fides credéntium vocabátur, ubi non carnáli manu, sed spiritáli intellectu, par Genitóri Unigénitus tangerétur.

Ad Benedictus. *Ant.* 7. G. Non hi, sicut vos æstimátis, ébrii sunt; sed quod dictum est]
phétam : Effundan
ritu meo super om
nem, allel. *Act.* 2.

Oratio.

Deus, qui hodiern
da fidélium, sanct
illustratióne docu
nobis in eódem Sp
ta sápere, et de eju
consolatióne gaudi
in unitáte ejusdem

AD HORA

In fine Hymnor
Doxologia sequens
strophe Da, Christ

Sit laus Patri, l
Par sit tibi laus, S
Afflante quo ment
Lucent et ardent i
Amen.

Et sic usquè ad
Sabbati sequentis.

Psalmi de Dom

AD PRIMA

Ant. 8. G. Erant

In ℟. *br.* ℣. Qu
ritu tuo * dedisti
Joan. 4.

CANON.

Ex Concíliis Lugdu
cundo, et Flor
An. 1274 *et* 143

Fideli ac devótâ
óne fatémur, quò
Sanctus æternáliter
et Fílio, non tam
duóbus princípiis
quàm ex uno princ
duábus spiratióni
únicâ spiratióne

ssa est háctenùs,
t et dócuit; hoc
tenet, prædicat,
, et docet sacro-
mánaEcclésia,ma-
um fidélium, et
: hoc habet ortho-
Patrum atque Doc-
tinórum páriter et
n incommutábilis
ntentia. Definímus
xplicatiónem ver-
lórum, *Filioque*,
leclarandæ grátiâ,
ente tunc necessi-
è ac rationabíliter
fuisse appósitam.

TERTIAM.

ymni O fons. *dici-
tur sequens:*

Creátor Spíritus,
ıórum vísita,
pernâ grátiâ
reasti péctora.
araclétus díceris,
Dei altíssimi,
us, ignis, cáritas,
ílis únctio
tiformis múnere,
Dei tu dígitus,
romissum Patris,
ditans gúttura.
de lumen sénsibus,
amórem córdibus,
ıostri córporis
irmans pérpeti.
m repellas lóngiùs,
ıe dones prótinùs;
sic te prævio,
omne nóxium.
sciámus da Patrem,
ıs atque Fílium,

Te utriusque Spíritum
Credámus omni témpore.

¶ Sit laus Patri, *ut suprà.*

Ant. 5. C. Sonus.

Capitulum. 2. *Cor.* 3.

Si ministrátio mortis, líttteris deformáta in lapídibus, fuit in glóriâ, ità ut non possent inténdere fílii Israel in fáciem Móysi, propter glóriam vultûs ejus, quæ evacuátur; quómodò non magìs ministrátio Spíritûs erit in glóriâ?

℟. *br.* Intónuit * de cœlo Dóminus, * allelúia, allelúia. Intónuit. ℣. Et Altíssimus * dedit vocem suam, * Allel. Glória. Intónuit.

℣. Commóta est et contrémuit terra: ℟. Ignis à fácie ejus exarsit. *Ps.* 17.

AD SEXTAM.

Ant. 1. *f.* Audiébat.

Capitulum. 1. *Cor.* 12.

Alii quidem per Spíritum datur sermo sapiéntiæ: álii autem sermo sciéntiæ secundùm eumdem Spíritum: álteri fides in eódem Spíritu: álii grátia sanitátum in uno Spíritu: álii operátio virtútum, álii Prophétia, álii discrétio spirítuum, álii génera linguárum, álii interpretátio sermónum.

℟. *br.* Non sunt loquélæ *neque sermónes, *Allelúia, allelúia. Non sunt. ℣. Quorum non audiantur * voces eórum,* Allel. Glória. Non.

℣. In omnem terram exí-

vit sonus eórum, ℟. Et in fines orbis terræ verba eórum. *Ps.* 18.

AD NONAM.

Ant. 3. à. Audívimus.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 2.

QUÆ Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spíritus Dei. Nos autem non spíritum hujus mundi accépimus, sed Spíritum qui ex Deo est, ut sciámus quæ à Deo donáta sunt nobis: quæ et lóquimur non in doctis humánæ sapiéntiæ verbis, sed in doctrínâ Spíritûs.

℟. *br.* Annuntiavérunt * ópera Dei, * Allelúia, allelúia. Annuntiavérunt. ℣. Et facta ejus * intellexérunt, * Allelúia. Glória Patri. Annuntiavérunt.

℣. Conturbáti sunt omnes qui vidébant eos; ℟. Et tímuit omnis homo. *Ps.* 64.

AD II. VESPERAS.

In Ps Dixit Dóminus. 17.

Ant. 4. E. DEXTERA Dei exaltátus Jesus, et promissióneSpíritûs Sancti accéptâ à Patre, effúdit hunc quem vos vidétis et audítis, allelúia. *Act.* 2.

In Ps. Laudáte, púeri. 18.

Ant. 1. A. Sanctificáti estis in nómine Dómini nostri Jesu Christi, et in Spíritu Dei nostri, allel. 1. *Cor.* 6.

In Ps. In éxitu. 18.

Ant. 3. a. Signáti estis Spíritu promissiónisSancto, qui est pignus hæreditátis

nostræ, in redemp
acquisitiónis, allelúi
lúia. *Ephes.* 1.

CAPITULUM. *Ti*

SECUNDUM suam mi
diam salvos nos feci
per lavácrum regen
nis, et renovatiónis
Sancti, quem effúdi
abundè per Jesum C
salvatórem nostrum;
tificáti grátiâ ipsius
des simus secundùm
vitæ ætérnæ.

HYMNUS. (

QUO vos Magistri
quò salus
Invítat orbis, sancta
Dei
Portáte verbum: vo
cit
Prima seges, pia c
trum.

PROH! quanta me
tinùs éxtitit!
Ter mille verbum
unt viri:
Deoque maturante,
Multíplicem, bon
fructum.

COMPUNCTA passi
ra flétibus
Mœrent amáris, at
culo
Ardent salutáris la
Pretéritas abolére l

AT non Hebræis l
sacer
Hærébit ardor. Sol
biles
Quà lustrat oras, h
phis

atet ampla ves-

e divûm templa
iunt :
bæ vis sapiéntiæ,
anni : victa cedit
rabies furentûm.
otentis grátia Spí-

em : nos quoque,
iæ
ardor caritátis,
, renovetque to-

mma Patri, sum-
e Filio :
, compar laus ti-
piritus,
mitescunt, no-
e
t pia corda flam-
Amen.
rma hoc, Deus,
átus es in nobis
o tuo in Jerúsa-
7.
nificat. *Ant.* 1. D.
Deus virtúte cor-
er Spíritum ejus
em hóminem ; ut
radicáti et fundá-
ìmini in omnem
em Dei, allelúia.

supra ad Laudes.
IPLETORIUM.
d. Ductor córum
nine, per diem et
m ; et Spíritum
um dedisti, qui
s, allel. 2. *Esdr.*

verna.

HYMNUS.

Adsis, superne Spíritus,
Pater benigne páuperum;
Sinuque fundas úberi
Promissa terris múnera.

Dum nox creáta lúminis
Jubar tenébris óbruit,
Splendére tu non désinas,
Lux increáta méntium.

Tu cordis hospes íntimus,
Dulcis labórum tu quies;
Tu flétibus quos élicis
Divína misces gáudia.

Totius ô fons grátiæ,
Certáre da nos fórtiter;
Certántibus da víncere,
Victóribus da præmium.

Sit laus Patri, laus Fílio:
Par sit tibi laus, Spíritus,
Afflante quo mentes sacris
Lucent et ardent ígnibus.

Amen.

Ad Nunc dimittis. *Ant.* 6. F. O quàm bonus et suávis est, Dómine, Spíritus tuus in ómnibus! allel. *Sap.* 12.

ORATIO.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut mentes nostras per hanc noctem illustret splendor tui Spíritûs, et in tuo amóre corda confírmet; Per Dóminum.... in unitáte ejusdem Spíritûs.

DIEBUS

INTRA OCTAV. PENTECOSTES.

Omnia ut in die, exceptis quæ sequuntur.

AD NOCTURNUM.

Invit. Allelúia, Spíritus Dómini replévit orbem terrárum; * Veníte, adorémus,

alleluia. *Sap.* 1.

Ps. 94. Veníte. 130.

Tres Psalmi, ut distribuuntur infrà in quâlibet Feriâ, sub solâ

Ant. 8. c. Ecclésia ædificabátur ámbulans in timóre Dómini; et consolatióne Sancti Spíritûs replebátur, allelúia. *Act.* 9.

℣. Auxit Dóminus pópulum suum vehementer,

℟. Et firmávit eum super inimícos ejus. *Ps.* 104.

Lectiones et ℟.℟.℟. *ut notantur infrà in quâlib. Feriâ.*

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Emittes Spíritum tuum, et creabuntur: ℟. Et renovábis fáciem terræ. *Ps.* 103.

AD LAUDES.

Antiph. et Psal. cum Cantico, ut in die, 469.

Antiph. ad Benedictus. *et Oratio, infrà in quâlib. die.*

AD HORAS,

Ut in die, præter Orationem et Canonem.

AD VESPERAS.

Antiph. et Psalm. cum ceteris, ut suprà in Festo Pentecostes, 472.

Antiph. ad Magníficat. *et Oratio, infrà in quâlib. die.*

COMPLET. *ut suprà,* 473.

FERIA SECUNDA.

Duplex-majus.

AD NOCTURNUM.

Ps. Dómine, Dñus noster.

30. Cœli enarrant

divis. 40. Exultáte

LECTIO j.

De Epístolâ prin

Joannis Apósl

Cap. 4.

In hoc perfecta e

Dei nobiscum, ut

habeámus in die jud

sicut ille est, et nc

in hoc mundo. Ti

est in caritáte: se

ta cáritas foràs mi

rem, quóniam timo

habet. Qui autem ti

est perfectus in cari

ergò diligámus Deu

niam Deus prior dil

Si quis díxerit quó

ligo Deum, et fra

um óderit, men

Qui enim non dil

trem suum quem vi

um quem non vid

modò potest dilig

hoc mandátum hal

Deo: ut qui díligit

díligat et fratrem s

℟. Petrus cum U

locútus est eis: Pœn

ágite, * Et baptizét

quisque vestrûm in

ónem peccatórum;

piétis donum Spírit

ti, allelúia, allel. ℣

quò stulti ea quæ

nóxia cúpient? Co

ni ad correptiónem

* Et baptizétur unus

Act. 2. *Prov.* 1.

[Le]CTIO ij.
[Sermo s]ancti Augustíni
[E]píscopi.
[Serm.] de Pentecost. 3.
[...] baptismum Chris-
[...]ut habeátis et Spí-
[...]risti. Timéte quod
[...]est : Quisquis au-
[...]itum Christi non
[...]c non est ejus. In-
[...]hristum formâ sa-
[...]: indúite imitatió-
[...]li; quóniam Chris-
[...]obis passus est, re-
[...]nobis exemplum,
[...]mur vestígia ejus.
[...]sse habentes for-
[...]átis, virtútem au-
[...] abnegantes. Quæ
[...]ajor est virtus pie-
[...]àm cáritas unitá-
[...]mini vobis dícere,
[...] Jesus. Et fortè non
[...]tes attènditis ad id
[...]óstolus ait : Nemo
[...]óminus Jesus, nisi
[...]u Sancto. Sed hoc
[...], Dicit, signátè pó-
[...]t et próprio quo-
[...]lo. Nemo enim di-
[...]inus Jesus, nisi in
[...]ancto ; sed si dicit
[...]n solis verbis. Nam
[...]ícere, Dóminus Je-
[...]m de quibus ait :
[...]nis qui dicit mihi,
[...], Dómine, intrábit
[...]um cœlórum. Sed
[...]it, Dóminus Jesus,
[...]píritu Sancto : ne-
[...]è, sed eo modo quo
[...]est, id est factis.
Undè secútus adjunxit, Sed is qui facit voluntátem Patris mei qui in cœlis est, ipse intrábit in regnum cœlórum. Tunc ergò vos Sanctum Spíritum habére cognóscite, quandò mentem vestram per sincéram caritátem unitáti consenséritis hærére.

℟. Qui recepérunt sermónem Petri, baptizáti sunt : erant autem perseverantes in doctrínâ Apostolórum ; * Omnes étiam qui credébant, erant páriter, et habébant ómnia commúnia, allelúia, allelúia. ℣. Eccè quàm bonum, et quàm jucundum habitáre fratres in unum; quóniam illìc mandávit Dñus benedictiónem : * Omnes. *Act.* 2. *Ps.* 132.

LECTIO iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Joannem.

Cap. 3.

In illo témpore; Dixit Jesus Nicodémo : Amen, amen dico tibi, Nisi quis renátus fúerit ex aquâ et Spíritu Sancto, non potest introíre in regnum Dei. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

In Joan. Tract. 12. *n.* 5.

Dicit Dóminus Nicodémo, et expónit ei : Amen, amen dico tibi, Nisi quis renátus fúerit ex aquâ et Spíritu, non potest introíre in reg-

num Dei. Tu, inquit, carnálem generatiónem intélligis, cùm dicis : Nunquìd potest homo redire in víscera matris suæ? Ex aquâ et Spíritu oportet ut nascátur propter regnum Dei. Si propter hæreditátem patris hóminis temporálem náscitur, nascátur ex viscéribus matris carnális : si propter hæreditátem Patris Dei sempitérnam, nascátur ex viscéribus Ecclésiæ. Génerat per uxórem fílium pater moritúrus successúrum; génerat Deus de Ecclésiâ fílios non successúros, sed secum mansúros. Et séquitur : Quod natum est de carne, caro est; et quod natum est de Spíritu, spíritus est. Spirităliter ergò náscimur, et in Spíritu náscimur verbo et sacramento.

℟. Quod natum est ex carne, caro est; et quod natum est ex Spíritu, spíritus est. Non miréris quia dixi : Oportet vos nasci dénuò. * Spíritus ubi vult spirat, allel., allel. ℣. Quis adjúvit Spíritum Dómini, aut quis consiliárius ejus fuit, et osténdit illi? * Spíritus. Glória. * Spíritus. *oan.* 3. *Is.* 40.

Ad Benedictus. *Ant.* 8. G. Spíritus ubi vult spirat; et vocem ejus audis; sed nescis undè véniat, aut quò vadat : sic est omnis qui natus est ex Spíritu, allel. *Joan.* 3.

ORATIO

Deus, totíus cónd...
túræ, fámulos t...
fonte renovasti ...
tis, quosque Spír...
plenitúdine solida...
doptiónis sorte fá...
sumus, dignante...
Per Dóminum....
ejusdem.

CANON

Ex Concílio Tu...
An. 1583. (

Jubemus baptizá...
nómina Sanctóru...
datórum virórum...
exemplo ad virtú...
antur, non verò ...
tis vel áliis fabula...
venta. Plures patr...
trínæ non adhibe...
nióres non sint ...
tuórdecim, memó...
bolum et oratión...
nicam tenentes, ...
ignári pacti, cuju...
dejussóres apud ...
Ecclésiam existun...

Ad Magníficat. ...
Non misit Deus ...
um in mundum, ...
mundum, sed u...
mundus per ipsu...
Joan. 3.

Oratio, ut suprà ...

FERIA TER...

Duplex-ma...

AD NOCTUR...

Ps. Deus deór...
cum suâ divis. 49...
meî, Deus, secun...
Te decet. 63.

LECTIO j.
stolâ primâ beáti
nnis Apóstoli.
Cap. 5.
qui credit quóni-
s est Christus, ex
is est. Et omnis qui
im qui génuit, díli-
um qui natus est
i hoc cognóscimus
diligimus natos
n Deum diligámus,
áta ejus faciámus.
enim cáritas Dei,
láta ejus custodiá-
mandáta ejus grá-
sunt. Quóniam om-
natum est ex Deo,
undum : et hæc est
quæ vincit mun-
les nostra. Quis est
cit mundum, nisi
it quóniam Jesus est
ei? Hic est qui ve-
aquam et sángui-
sus Christus : non
solùm, sed in aquâ
ine. Et Spiritus est
stificátur quóniam
est véritas.
ixérunt Apóstoli :
, da servis tuis cum
lúciâ loqui verbum
t cùm orassent,* Mo-
locus in quo erant
íti, et replèti sunt
píritu Sancto, alle-
elúia. ℣. Illuxérunt
iónes tuæ, Deus,
ræ; commóta est et
uit terra : * Motus
4. *Ps.* 76.

LECTIO ij.
Sermo sancti Leónis Papæ.
De Pentec. Serm. 1.

REPLETI sunt omnes Spíritu Sancto, et cœpérunt loqui áliis linguis, prout Spíritus sanctus dabat éloqui illis. O quàm velox est sermo sapiéntiæ, et ubì Deus magister est, quàm citò díscitur quod docétur! Non est adhíbita interpretátio ad audiendum, non consuetúdo ad usum, non tempus ad stúdium; sed spirante ubì vóluit Spíritu veritátis, próприæ singulárum géntium voces factæ sunt in Ecclésiæ ore communes. Ab hoc ígitur die tuba evangélicæ prædicatiónis intónuit : ab hoc die imbres charismatum, flúmina benedictiónum, omne desertum et universam áridam rigavérunt; quóniam ad renovandam fáciem terræ Spíritus Dei ferebátur super aquas, et ad véteres ténebras abigendas novæ lucis fúlgura coruscábant, cùm micántium splendore linguárum, et verbum Dómini lúcidum, et elóquium concíperétur ignítum, cui ad creandum intellectum consumendumque peccátum, et efficácia illuminandi, et vis inesset urendi.

℟. Salus ab iis qui audiérunt confirmáta est, * Contestante Deo signis, et portentis, et váriis virtútibus,

et Spíritûs sancti distributiónibus, allel., allel. ℣. Crevérunt, et quasi germinantes multiplicáti sunt; ac roboráti nimis, implevérunt terram, * Contestante Deo. *Hebr.* 2. *Exod.* 1.

LECTIO iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Joannem.

Cap. 10.

In illo témpore; Dixit Jesus Pharisæis: Amen, amen dico vobis, Qui non intrat per óstium in ovíle óvium, sed ascendit aliundè, ille fur est et latro; qui autem intrat per óstium, pastor est óvium. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

In Joan. Tract. 45. *n.* 2.

Dominus de grege suo, et de óstio quo intrátur ad ovíle, similitúdinem propósuit in hodiernâ lectióne. Dicant ergò Pagáni: Benè vívimus. Si per óstium non intrant, quid prodest eis undè gloriantur? Ad hoc enim debet unicuíque prodesse benè vívere, ut dètur illi semper vívere; nam cui non datur semper vívere, quid prodest benè vívere? Quia nec benè vívere dicendi sunt, qui finem benè vivendi vel cæcitáte nésciunt, vel inflatióne contemnunt. Non est autem cuíquam spes vera et certa semper vivendi, nisi agnoscat vitam, quòd est

Christus, et per ji
tret in ovíle.

℟. Recordátus e
nus pópuli sui: e
cum pastóribus gr
* Pósuit in médio
ritum Sancti sui,
allelúia. ℣. Ipse d
res et doctóres, a
matiónem sanctór
pus ministérii, in
ónem córporis Ch
suit. Glória. * Pós
Ephes. 4.

Ad Benedictu

Qui intrat per ós
tor est óvium; hu
áperit, et oves v
áudiunt, allelúia.

ORATIO

Da, quæsumus,
tuæ, miséricors
sancto Spíritu e
hostíli nullátenùs
turbétur; Per.....
ejusdem.

CANON

Ex Concílio C

Anno 15

Docebunt Páro
lum, quid sit quo
zétur baptizand
líqua solémnia q
adhibéri vóluit,
délicet, cur insuf
ciem baptizandi,
crucis et in péct
fronte fiat, cur s
tur, cur aures e
to attingantur li
cur inúnctio in p
scápulis fiat.

gníficát. *Ant.* 5. C.
ii quis introíerit,
r; et ingrediétur,
étur, et páscua in-
lleluia. *Joan.* 10.
t suprà ad Laudes.
IA QUARTA
OR TEMPORUM.
plex-minus.
NOCTURNUM.
è II. Noct. Fer. V.

LECTIO j.
tolâ primâ beáti
nis Apóstoli.
Cap. 5.
nt qui testimónium
cœlo : Pater, Ver-
Spíritus Sanctus; et
num sunt. Et tres
testimónium dant
Spíritus, et aqua,
s; et hi tres unum
estimónium hómi-
ípimus, testimóni-
najus est; quóniam
testimónium Dei,
us est, quóniam tes-
est de Fílio suo. Qui
Fílium Dei, habet
um Dei in se. Qui
it Fílio, mendácem
; quia non credit
ónium quod testifi-
Deus de Fílio suo.
: testimónium, quó-
am ætérnam dedit
us. Et hæc vita in
est. Qui habet Fí-
bet vitam : qui non
um, vitam non ha-
scribo vobis, ut
sciátis quóniam vitam habé-
tis ætérnam, qui créditis in
nómine Fílii Dei. Et hæc est
fidúcia quam habémus ad
eum; quia quodcunque pe-
tiérimus secundùm voluntá-
tem ejus, audit nos. Et sci-
mus quia audit nos quidquid
petiérimus : scimus quóniam
habémus petitiónes quas
postulámus ab eo.

℟. Loquente Petro, cécidit Spíritus Sanctus super omnes qui audiébant verbum : et obstupuérunt ex circumcisióne fidéles, quia * Et in natiónes grátia Spíritûs Sancti effúsa est, allelúia, allelúia. ℣. Non est apud Deum nostrum personárum accéptio.* Et. *Act.* 10. 2. *Paral.* 19.

LECTIO ij.

De Sermóne sancti Leónis Papæ.

De Jejunio Pentecostes, 1.

HODIERNAM, dilectíssimi, festivitátem descensióne sancti Spíritûs consecrátam séquitur, ut nostis, solemne jejúnium, quod ánimis corporibusque curandis salúbriter institútum, devótâ nobis est observántiâ celebrandum. Replétis namque Apóstolis virtúte promíssâ, et in corda eórum Spíritu veritátis ingresso, non ambígimus inter cétera cœléstis sacraménta doctrínæ, hanc spiritális continéntiæ disci-

plínam de Paracléti magistério prímitùs fuisse conceptam : ut sanctificátæ jejúnio mentes conferendis sibi charismátibus fíerent aptióres. Igitur post sanctæ dies lætítiæ, quos in honórem Dómini à mórtuis resurgentis, ac deindè in cœlos ascendentis, exégimus, postque perceptum Sancti Spíritûs donum, salúbriter et necessáriè consuetúdo est ordináta jejúnii : ut si quid fortè inter ipsa festivitátum gáudia négligens libertas et licéntia inordináta præsumpsit, hoc religiósæ abstinéntiæ censúra castíget : quæ ob hoc quoque studiósiùs exequenda est, ut illa in nobis, quæ hâc die Ecclésiæ divinitùs sunt colláta, permáneant. Templum enim facti Spíritûs Sancti, et majóre quàm unquàm cópiâ divíni flúminis irrigáti, nullis debémus concupiscéntiis vinci, nullis vítiis possidéri, ut virtútis habitáculum nullâ sit contaminatióne pollútum.

℟. Qui novit corda Deus, testimónium perhíbuit géntibus, dans illis Spíritum Sanctum, sicut et nobis, * Et nihil discrévit inter nos et illos, fide puríficans corda eórum, allelúia, allel. ℣. Parávit Dóminus bráchium sanctum suum in óculis ómnium géntium; * Et nihil. *Act.* 15. *Is.* 52.

Lectio. i

Léctio sancti Eva
cundùm Joan

Cap. 6.

In illo témpore; I
Judæis : Nemo po
ad me, nisi Pater
me, tráxerit eum
qua.

Homília sancti
Epíscopi

In Joan. Tract.
et 4.

Magna grátiæ c
tio. Nemo venit n
Quem trahat et
trahat, quarè ill
et illum non traha
le judicáre, si no
re. Semel áccipe,
ge : Nondùm trá
ut traháris. Indè e
vertis, noli te cog
tum trahi : tráhit
et amóre. Nec tim
mus ne dicátur m
modò voluntáte
trahor ? Ego dic
est voluntáte, éti
táte tráheris. Qui
voluptáte ? Delect
mino, et dabit ti
nes cordis tui. Es
voluptas cordis,
dulcis est ille cœl
rò si Poétæ dícere
hit sua quemque
non necéssitas,
tas; non obligátio
lectátio : quantò
dícere debémus,
minem ad Christu

áte, delectátur
delectátur jus-
tur sempiternâ
otum Christus
iderantem, da
la in istâ soli-
rinantem atque
fontem æternæ
rantem: da ta-
quid dicam. Si
o loquor, nescit
Tales erant isti
murmurábant.
iptum in Pro-
erunt omnes do-
Omnis qui audí-
et dídicit, venit
úia, allel. ℣. Di-
s: Ponam uni-
s tuos doctos à
Et erunt. Glória.
oan. 6. *Is.* 54.
lictus. *Ant.* 3. c.
t veníre ad me,
ui misit me, trá-
et ego resuscitá-
novíssimo die,
n. 6.

ORATIO.

ostras, quæsu-
ine, Paraclétus
cédit illúminet,
n omnem, sicut
it Filius, veritá-
cum vivit et reg-
te ejusdem.

.NON.

tiónibus sancti
Baptismo. *Act.*
Eccl. P. 4. *Tit.* 7.
s baptismális chi-
sanctè concep-
erna.

tum magnam vim habet in cœlo. Et verò, cùm harum sponsiónum (baptismálium) rátio diligentíssimè explicáta sit Cánone Concílii Parisiensis (sexti,) non aliénum est illíus verba exscríbere: « Constat ígitur unumquemque fidélem Deo in Baptísmate duárum pactiónum néxibus se obligáre; álterâ quâ abrenuntiáre diábolo, et ómnibus opéribus et pompis ejus; álterâ verò quâ se in Patrem, et Fílium, et Spíritum Sanctum crédere profitétur. Undè étiam sub ejúsdem sanctæ Trinitátis invocatióne, Baptísmatis grátiam conséquitur. »

Ad Magníficat. *Ant.* 1. D. Amen, amen dico vobis: Qui credit in me, habet vitam ætérnam, allel. *Joan.* 6.

Orátio, ut suprà ad Laudes.

FERIA QUINTA.

Semiduplex.

AD NOCT. *Psalm.* Confitébimur. 111. Notus. 112. Voce meâ.... et inténdit mihi. *cum suâ divisione.* 31.

LECTIO j.

Incipit Epístola secunda beáti Joannis Apóstoli.

SENIOR Electæ dóminæ, et natis ejus, quos ego díligo in veritáte; et non ego solus, sed et omnes qui cognovérunt veritátem, propter veritátem quæ pérmanet in nobis, et nobiscum erit in ætérnum. Sit vobiscum grá-

tia, misericórdia, pax à Deo Patre, et à Christo Jesu Fílio Patris, in veritáte et caritáte. Gavísus sum valdè, quóniam invéni de fíliis tuis ambulantes in veritáte, sicut mandátum accépimus à Patre. Et nunc rogo te, dómina, non tanquàm mandátum novum scribens tibi, sed quod habúimus ab inítio, ut diligámus altérutrum. Et hæc est cáritas, ut ambulémus secundùm mandáta ejus. Hoc est enim mandátum, ut quemádmodùm audistis ab inítio, in eo ambulétis; quóniam multi seductóres exiérunt in mundum, qui non confiténtur Jesum Christum venisse in carnem: hic est seductor, et Antichristus. Vidéte vosmetipsos, ne perdátis quæ operáti estis; sed ut mercédem plenam accipiátis. Omnis qui recédit, et non pérmanet in doctrínâ Christi, Deum non habet; qui pérmanet in doctrínâ, hic et Patrem et Fílium habet. Si quis venit ad vos, et hanc doctrínam non affert, nolíte recípere eum in domum, nec Ave ei dixéritis. Qui enim dicit illi Ave, commúnicat opéribus ejus malignis. Plura habens vobis scríbere, nólui per chartam et atramentum; spero enim me futúrum apud vos, et os ad os loqui, ut gáudium vestrum plenum sit. Salútant te filii s tuæ Electæ.

℟. Quæ præparávit iis qui díligunt illum, revelávit per Spíritu um; * Spíritus enim scrutátur, étiam pro Dei, allelúia, allelúia. piéntia et fortitúdo sunt: ipse revélat pro et abscóndita; * Sp 1. Cor. 2. Dan. 2.

Lectio ij.

Sermo sancti Greg Nazianzéni.

In Pentec. Orat.

Primum Spíritus San angélicis et cœléstibu tútibus vim suam exe deindè in Pátribus e phétis, quorum álii per imáginem vidéru cognovérunt, álii aut am res futúras præsciv tùm in Christi disci iisque trifáriàm (pro sórum captus ferèba busque tempóribus, ántequàm Christus p siónem glorificátus postquàm post resur nem glorificátus fuit, niquè post ejus ad cæ censiónem. Hoc aute spícuè ostendit tùm illa morbórum spir que depúlsio, quæ non absque Spíritûs fiébat; tùm illa post tum salútis nostræ ne insufflátio, quæ di procul dúbio inspi

t; tùm pos-
ræc igneá-
ı divísio,
emni festo
ùm primò
è, secundò
: verò per-
qui non jàm
præsens sit,
ssentiáli, ut
o adsit, si-
r. Nam cùm
n nobiscum
habuisset.,
e corpóreo
onveniébat.
guis ígneis?
· purgatió-
n purgantis
iit.) An ve-
ıtiam? Deus
gnis est, et
ıprobitátem
e in disper-
ret, ob gra-
tem; sedén-
opter régiæ
ntiam, ejus-
tos requié-

qui de futú-
ì propheta-
m est; quia
, vobis au-
t ea * Quæ
ınt per eos
érunt, Spí-
o de cœlo,
. ℣. A sécu-
, neque áu-
nt: óculus
, absque te,

quæ præparasti expectánti-bus te,* Quæ. 1. *Petr.* 1. *Is.* 64.

LECTIO iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Lucam.

Cap. 9.

In illo témpore; Convocátis Jesus duódecim Apóstolis, dedit illis virtútem et potestátem super ómnia dæmónia, et ut languóres curárent. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

De Civit. Dei. Lib. 22. *C.* 5.

Tria sunt incredibília, quæ tamen facta sunt. Incredíbile est Christum resurrexisse in carne, et in cœlum ascendisse cum carne. Incredíbile est mundum rem tàm incredíbilem credidisse. Incredíbile est hómines ignóbiles, ínfimos, paucíssimos, imperítos rem tàm incredíbilem, tàm efficáciter mundo, et in illo étiam doctis persuadére potuisse. Horum trium incredibílium primum nolunt isti cum quibus ágimus, crédere: secundum coguntur et cérnere; quod non invéniunt undè sit factum, si non credunt tértium. Resurréctio certè Christi, et in cœlum cum carne in quâ resurrexit ascénsio, toto jàm mundo prædicátur et créditur: si credíbilis non est, undè toto terrárum orbe jàm

crédita est ? Si multi nóbiles, sublímes, docti eam se vidisse dixérunt, et quod vidérunt diffamáre curárunt, eis mundum credidisse non mirum est; sed istos adhuc crédere nolle perdúrum est. Si autem, ut verum est, paucis, obscúris, mínimis, indoctis eam se vidisse dicéntibus et scribéntibus crédidit mundus; cur pauci obstinatíssimi, qui remansérunt, ipsi mundo jàm credenti adhuc usquè non credunt ?

℟. Convocátis Jesus duódecim Apóstolis, * Misit illos prædicáre regnum Dei, allelúia, allelúia. ℣. Creávit illis sciéntiam Spíritûs, sensu implévit cor illórum, ut magnália enarrent óperum ejus : * Misit. Glória. * Misit. *Luc.* 9. *Eccli.* 17.

Ad Benedictus. *Ant.* 8. G. Dedit Apóstolis Jesus virtútem et potestátem super ómnia dæmónia, et ut languóres curárent, allel. *Luc.* 9.

Oratio.

Deus, qui Apóstolis tuis Sanctum dedisti Spíritum : concéde plebi tuæ piæ petitiónis effectum; ut quibus dedisti fidem, largiáris et pacem; Per.... ejusdem.

CANON.

Ex Concílio Parisiensi sexto. 829. *l.* 1. *c.* 10.

Abrenuntiare diábolo est pénitùs eum respúere, ejque contradícere, sequ quemque ab eo ali pera ejus sunt, pr pérbia, initium cáti, et cétera vit radíce pródeunt Pompa diáboli hæ pompa mundi, id bítio, arrogántia, ria, omnis cujúslit perfluitas in humá Hæc et his simília que fidélis témpo matis rejécit, C mancipávit, pactu Deo fecit, ne ad e abrenuntiávit red rùm si jura humá ónis fírmiter cons fixiùs tamen atque ùs jura tanti pacti Deo facta sunt, in ter sunt observand

Ad Magníficat. Egressi Apóstoli c per castella, evan et curantes ubíque *Luc.* 9.

Oratio, ut suprà a

FERIA SEX

Quatuor Tem

Semiduplex

Ad Noctur

Tres Ps. è I. Noct. 1

Lectio j.

Incipit Epístola té

Joannis Apó

Senior Gáio c quem ego díligo i Caríssime, de om tiónem fácio prósp gredi et valére, sic

ánima tua. Gavíaldè, veniéntibus, et testimónium ibus veritáti tuæ, i veritáte ámbulas. horum non hábeo quàm ut áudiam s in veritáte ambarissime, fidéliter dquid operáris in t hoc in peregríestimónium reddiritáti tuæ in conslésiæ: quos benededúces dignè Deo. ne enim ejus pro-, nihil accipientes s. Nos ergò debéipere hujúsmodi, atóres simus veriripsissem fórsitan sed is qui amat i gérere in eis, Di-, non récipit nos: oc si vénero, comjus ópera quæ fas malignis gárriens t quasi non ei ista; neque ipse súscis, et eos qui suscíróhibet, et de Eccit. Caríssime, noli alum, sed quod bo-Qui benè facit, ex qui malè facit, non m. Demétrio testiédditur ab ómni-ipsâ veritáte: sed timónium perhibéosti quóniam testiostrum verum est. Qui tibi scríbere; sed nólui per atramentum et cálamum scríbere tibi. Spero autem prótinùs te vidére, et os ad os loquémur. Pax tibi. Salútant te amíci. Salúta amícos nominátim.

℟. Omnia operátur unus atque idem Spíritus; * Et quosdam quidem pósuit in Ecclésiâ doctóres, deindè virtútes, exindè grátias curatiónum, allelúia, allelúia. ℣. Per sapiéntiam sanáti sunt quicunque placuérunt tibi, Dómine. * Et quosdam. 1. *Cor.* 12. *Sap.* 9.

LECTIO ij.

De Sermóne sancti Leónis Papæ.

De Pentec., 1. *C.* 4.

SICUT detestámur Ariános, qui inter Patrem et Fílium áliquam volunt esse distántiam; ità étiam Macedoniános páriter detestámur, qui, licèt Patri et Fílio tríbuant æqualitátem, Spíritum tamen Sanctum inferióris putant esse natúræ: non considerantes eam blasphémiam se incídere, quæ neque in præsenti século, neque in futúro sit remittenda judício, dicente Dómino: Quicunque díxerit verbum contra Fílium hóminis, remittétur ei; qui autem díxerit contra Spíritum Sanctum, non remittétur ei, neque in hoc século, neque in futúro. Pérmanens ítaque in hâc impietáte, sine véniâ

est; quia exclúsit eum à se, per quem póterat confitéri: nec unquàm pervéniet ad indulgéntiæ remédium, qui patrocinatúrum sibi non habet advocátum. Ab ipso enim est invocátio Patris, ab ipso sunt lácrymæ pœniténtium, ab ipso sunt gémitus supplicántium. Et nemo potest dícere Dóminum Jesum, nisi in Spíritu Sancto: cujus æquálem cum Patre et Fílio omnipoténtiam, unámque deitátem evidentíssimè prædicat Apóstolus, dicens: Divisiónes quidem gratiárum sunt, idem autem Spíritus: et divisiónes ministratiónum sunt, idem autem Dóminus: et divisiónes operatiónum sunt, idem verò Deus, qui operátur ómnia in ómnibus. His, dilectíssimi, áliisque documéntis, quibus innumerabíliter divinórum eloquiórum coruscat auctóritas, ad veneratiónem Pentecostes unanímiter incitémur, exultantes in honórem Sancti Spíritûs, per quem omnis Ecclésia cathólica sanctificátur, omnis ánima rationális imbúitur, qui inspirátor fídei, doctor sciéntiæ, fons dilectiónis, signáculum castitátis, et totíus est causa virtútis.

℟. Non vocávit nos Deus in immundítiam, sed in sanctificatiónem: * Qui étiam dedit Spíritum suum Sanc-
tum in nobis, alleh
℣. Deus excelsus,
misericors, et pro
peccátis eórum: *
am. 1. *Thess. 4. Ps.*

LECTIO iij

Léctio sancti Evan
cundùm Luc
Cap. 5.

IN illo témpore;
est in una diérum,
sedébat docens. E
Pharisæi sedéntes
Doctóres, qui vén
omni castello Galilæ
dææ, et Jerúsalem
tus Dómini erat a
dum eos. Et réliqua

Homilia sancti A
Episcopi.
Comment. in M
C. 8.

MOVET Scribas,
ab hómine peccáta
nem enim tantùm
Christo contuebant
missum est ab eo,
laxáre non póterat
nim sola justíficat
murmuratiónem eo
minus intróspicit,
fácile esse Filio ho
terrâ peccáta dimit
rùm enim nemo p
míttere peccáta, n
Deus: ergò qui rem
us est. Quia nemo
nisi Deus, Deus in
manens, curatióne
præstábat: et nulli
di et loquendi erat
tas, cui subest tot

nitur. Porrò autem
se in córpore pó-
lligi posset, qui et
ccáta dimítteret, et
iónem corpóribus
:, ait : Ut sciátis
Fílius hóminis ha-
tátem in terrâ di-
eccáta, ait Paraly-
ge. Sed quia omnis
ciendi óperis rátio
a, adjécit : Tolle
um, et vade in do-
m. Primùm remis-
ibuit peccáti, de-
tem resurrectiónis
ùm sublatióne léc-
nitátem ac doló-
ribus dócuit abfu-
ostrémò réditu in
rópriam, íter in
i credéntibus esse
lum.
l cogitátis in cór-
ris? Quid est fací-
, Dimittuntur tibi
in dícere, Surge,
.? * Ut autem sci-
Fílius hóminis ha-
átem in terrâ di-
eccáta, tibi dico:
le lectum tuum, et
mum tuam, alle-
℣. Spíritus Dómi-
ne, eò quòd únxe-
us me, ut prædi-
lulgéntiam, et an-
ábilem Dómino.
a. Glória. * Ut au-
5. *Is.* 61.
edictus. *Ant.* 4. E.
mini erat ad sa-
nandum eos, allel. *Luc.* 5.

Oratio.

Adsit nobis, quæsumus, Dómine, virtus Spíritûs Sancti, quæ et corda nostra clementer expurget, et ab ómnibus tueátur advérsis; Per Dóminum... in unitáte ejusdem.

CANON.

Ex Concílio Mediolanensi quinto, sub sancto Cárolo. 1579. *P.* 3. *Tit. de Bapt.*

Religiosi institúti olim fuit diem Baptismi quotannis à fidélibus piè celebrári : quæ sanè institútio, cùm ad pietátis christiánæ cultum non parùm adjumenti afferre possit, eam in usum revocári vehementer cúpimus. Itaque fidélium unusquisque quo die baptizátus est, quotannis ardentióri prece, eleemósynâ, si per facultátes potest, spirituálisque gáudii celebritáte récolat se, chirógrapho damnatiónis deléto, hæreditátis cœlestis partícipem in Christo factum esse. Eo potíssimùm die sanctè se éxcitet ad præcláram illam sponsiónem et christiánam professiónem, quam in sacro lavácro per sponsóres solémniter édidit.

Ad Magníficat. *Ant.* 3. a. Stupor apprehendit omnes; et magnificábant Deum, et repléti sunt timóre, dicentes: Quia vídimus mirabília hódiè, allelúia. *Luc.* 5.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

SABBATO
QUATUOR TEMPORUM.
Semiduplex.

AD NOCTURNUM.

Tres Ps. è III. Noct. Fer. iij. 42.

LECTIO j.

Incipit Epístola Cathólica beáti Judæ Apóstoli.

JUDAS, Jesu Christi servus, frater autem Jacóbi, his qui sunt in Deo Patre dilectis, et Christo Jesu conservátis et vocátis: Misericórdia vobis et pax, et cáritas adimpleátur. Caríssimi, omnem sollicitúdinem fáciens scribendi vobis de commúni vestrâ salúte, necesse hábui scríbere vobis: déprecans supercertári semel tráditæ sanctis fídei. Subintroiérunt enim quidam hómines (qui olim præscripti sunt in hoc judícium) ímpii, Dei nostri grátiam transferentes in luxúriam, et solum Dominatórem, et Dóminum nostrum Jesum Christum negantes. Commonére autem vos volo, scientes semel ómnia, quóniam Jesus pópulum de terrâ Ægypti salvans, secundò eos qui non credidérunt, pérdidit: Angelos verò, qui non servavérunt suum principátum, sed dereliquérunt suum domicílium, in judícium magni diéi, vínculis ætérnis sub calígine reservávit. Sicut Sódoma, et Gomorrh[a] timæ civitátes simi[...] exfornicátæ, et post carnem áltera[m] sunt exemplum, ig[...] ni pœnam sustinen[...] liter et hi carnem máculant, domi[...] autem spernunt, ma[...] autem blasphémant[...]

℟. Quid orémus portet, nescímus; [...] Spíritus póstulat [...] gemítibus inenarr[...] allelúia, allelúia. ℣ lâ, dicit Dóminus, super domum Dav[...] per habitatóres Je[...] Spíritum grátiæ et[...] * Ipse. *Rom.* 8. *Za[...]*

LECTIO ij.

Sermo sancti Bern[...] bátis.

Serm. 3. *de* [...]

VERE múltiplex [...] qui tàm multiplic[...] hóminum inspirát[...] sit qui se abscond[...] ejus; síquidem [...] eis ad usum, ad m[...] ad salútem, ad [...] ad solátium, ad [...] Ad usum quidem [...] nis ét malis, dign[...] et indignis comm[...] abundantíssimè tri[...] grátus est qui in [...] benefícium Spirit[...] noscit. Ad mirá[...] signis et prodígiis [...] virtútibus quas pe[...] libet manus oper[...]

miràcula súsci-
t præséntibus fi-
at præteritórum.
nonnullis hanc
itiam sine própriâ
rgítur, tértiò in-
l salútem, cùm in
e nostro revérti-
Dóminum Deum
Porrò ad auxílium
a in omni colluc-
uvat infirmitátem
Iam cùm testimó-
ibet spirítui nos-
fílii Dei sumus,
io est ad conso-
Datur étiam ad
cùm in córdibus
m veheméntiùs
ilidum ignem ca-
endit; ut non so-
filiórum Dei, sed
ibulatiónibus glo-
ntuméliam glóri-
ntes, oppróbrium
despectiónem e-
m. Omnibus no-
or, datus est Spí-
lútem, ad fervó-
à. Pauci enim sunt
íritu repleantur:
stúdeant æmulári.
Fratres, ut com-
n nobis dies Pen-
dies remissiónis,
tiónis, dies verís-
ei: et invéniat nos
iritus Sanctus om-
er præséntiam cor-
páriter propter
nitátem, in eódem
promissam stabili-
tátem; ad laudem et glóriam sponsi Ecclésiæ Jesu Christi Dómini nostri, qui est super ómnia Deus benedictus in sécula. Amen. Tu autem.

℟. Qui confirmat nos in Christo, et qui unxit nos, Deus; qui et signávit nos, * Et dedit pignus Spíritûs in córdibus nostris, allelúia, allelúia. ℣. Dóminus Deus noster pépigit nobiscum fœdus, * Et. 2. *Cor.* 1. *Deut.* 5.

LECTIO iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Lucam.

Cap. 4.

In illo témpore; Descendit Jesus in Caphárnaum, civitátem Galilææ; ibíque docébat illos Sábbatis: et stupébant in doctrínâ ejus, quia in potestáte erat sermo ipsius. Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii Epíscopi.

In Luc. Lib. 4. *n.* 57.

Vide cleméntiam Dómini Salvatóris: nec indignatióne commótus, nec scélere offensus, nec injúriâ violátus, Judæam déserit: quin étiam ímmemor injúriæ, memor cleméntiæ, nunc docendo, nunc liberando, nunc sanando, infídæ plebis corda demulcet. Et benè sanctus Lucas virum ab spíritu nequítiæ liberátum antè præmísit, et substítuit féminæ

sanitátem. Utrumque enim sexum Dóminus curatúrus advénerat : et prior sanári débuit, qui prior creátus est; nec prætermitti illa quæ mobilitáte magis ánimi, quàm pravitáte peccáverat. Sábbato medicínæ Domínicæ ópera cœpta signíficat; ut indè nova creatúra cœperit, ubi vetus antè desívit; nec sub lege esse Dei Filium, sed supra legem in ipso princípio designáret; nec solvi legem, sed implé-ri. Fortassis étiam in typo mulíeris illíus socrûs Simónis et Andréæ, váriis críminum fébribus caro nostra languébat, et diversárum cupiditátum immódicis æstuábat illécebris. Nec minórem febrem amóris esse díxerim, quàm calóris. Itaque illa ánimum febris, hæc corpus inflammat. Febris enim nostra, avarítia est: febris nostra, libído est: febris nostra, ambítio est : febris nostra, iracúndia est.

℟. Jesus docébat Sábbatis, et * Stupébant in doctríná ejus, quia in potestáte erat sermo ipsíus, allelúia, allelúia. ℣. Sapiéntia in Ecclésiis Altíssimi apériet os suum, et in médio pópuli exaltábitur, et in plenitúdine sanctá admirábitur.* Stupébant. Glória.* Stupébant. *Luc.* 4. *Eccli.* 24.

Ad Benedictus.

Colloquebantur ad dicentes : Quod est bum, quia in po virtúte ímperat spirítibus, et éxe lúia. *Luc.* 4.

ORATIO.

MENTIBUS nostri mus, Dómine, Sanctum benignus cujus et sapiéntià c mus, et providént námur; Per... in jusdem.

CANON

Ex Concílio Mog 1549. *Cap.*

IN Sacramento tiónis, juxta Dó missiónem, Spirit tum, quo in Bapt peccáti emundatio náti sumus, cum tiæ múnere accip délicet ut virtúte tra sátanæ tentati niámur; ut gráti méliùs capienda f téria illuminémur, fessiónem Christi et contra vítia ro piámus. Quæ ómni tus Dóminus per Sanctum, quem mi rat, fidélibus confe sertè promísit. Ea erant à Christo p ipsis Apóstolis in di costes exhíbita Act rum satis testantur.

PROPRIUM

SANCTORUM.

PARS VERNA.

adragesimam or elúia in fine Anti- quæ sumuntur de vro Commem. SS.]

FEBRUARII.

[NÆ VALESIÆ, æ Fránciæ, nemoratio.

utè post Homil. in licitur sub Bene- igni, Lectio se- ndè n iij de Fer. nilibus.]

)CTURNUM.

ECTIO IV.

'alésia, Ludovíci 'ránciæ Regis fi- bia futúræ sanc- . tenerióribus an- indícia. Adulta, tre, nupsit Ludo- ianénsium Duci, regnum adeptus, ostólicâ obtínuit, onium, quod me- rat, írritum de- Gravi vínculo ma, uni Deo de- ére studiósa, to- átis ac misericór- ous mancipávit. s Ducátûs sibi à rege assignátos ndis paupéribus, curandis ægrótis, ædificandisque monastériis profúsè erogábat. Ut suum erga Deíparam Vírginem, quam ab infántiâ singulári devotióne colúerat, amórem testarétur, instítuit sub título Vírginis Annuntiátæ, sacrárum Vírginum cœtum, quæ sédulâ sanctíssimæ Dei Genitrícis imitatióne, præcípuas ejus virtútes in se exprímere curárent. Egénos ac míseros omnes ad se confugientes, maternis complectebátur viscéribus; ægrótos imprimis, quorum úlcera et sániem própriis mánibus contrectáre ac térgere non refugiébat, restitútâ non semel eo contactu iisdem sanitáte. Ad sanctíssimum Eucharístiæ Sacramentum eâ accedébat pietáte, ut ejusdem devotiónis sensus in astántium ánimis excitáret. Domínicæ quoque Passiónis mystéria pari recolébat affectu: quarè constructo intra doméstícum hortum Christi sepulcro, ibi secedébat idéntidem, nudum pectus lápide tundens, atque in preces et lácrymas jú-

giter effúsa. Vitæ demùm innocentíssimè actæ finem quadragenária præséntiens, sacraméntis muníta, cumulátaque méritis, Bitúrici óbiit, anno millésimo quingentésimo quinto. Ejus cultum, à Benedicto décimoquarto pro Minórum Ordine approbátum, extendit Pius sextus ad omnes Christi fidéles intra Regis Christianíssimi ditiónes.

IN LÁUD. Feriæ IV Cinerum. Ant. Orátio. ℣. Humiliábam. lij.

Oratio.

Deus, qui beátam Joannam Valésiam, è cadúci honóris fastígio ad Crucis humilitátem vocasti, virtútumque splendóre illustrem effecisti; ejus méritis et intercessióne tríbue, ut, spretis mundi illécebris, Christum sequi valeámus; Qui tecum.

AD VESP. Fit Commem. S. Agathæ. Ant. Infirma. ℣. Deus. xlij. *Orat.* Indulgéntiam. xlv. *Deindè S. Joannæ Valesiæ. Ant.* Fortitúdo. ℣. Anima. liv. *Oratio, ut suprà.*

DIE V.

SANCTÆ AGATHÆ,
Vírginis et Mártyris,
Commemoratio.

AD NOCTURNUM.

Lectio iv.

Agatha virgo, quam Panormitáni et Catinenses civem suam fuisse contendunt, gloriósi martyrii co-

rónam sub Décio
re, anno ducenté
quagésimo primo
ta est. Carmen sc
sanctus Dámasus
toto ferè século
xit. Quo in cárm
nem exímiam ca
clàram, elegant
móribus elegant
de, terréna pró
reputasse, ut De
temperáret: aitq
cibus fortiórem
bra sua flagris
acerbum mamill
lórem válido pé
rasse; cùmque à
recreáta in cárc
lætiórem indè a
grantem, ad flag
alácriter cucurr
sanctus Póntifex
tyris ope servát
fuisse ethnicóru
Légitur in actis
nos, anno verten
rio sanctæ Vírgin
se ad ejus túmul
quo túmulus
oppósito, ignem
qui ab Æthnâ m
dábat. Catínæ
asservári crédit
solemnis ac pi
est, ubi Æthna
évomit, flammis
bus id velum ob
non semel sedát
AD LAUDES
tus est. ℣. Hær
tio Indulgéntiam

SP. *Fit Commem.*
. *Antiph.* Casta.
io. xlvij. *Orat. ut*
dè S. Vedasti, Ep.
. ℣. Beátus. xiv.
Dírige. xvij.
S. Amandi, Ep.
sum. ℣. Elégit.
a, Ecclésiæ. xvij.
ne vi.
TI, EPISCOPI,
memoratio.
OCTURNUM.
Lectio iv.
, relictis ab ado-
aréntibus et præ-
ssimis, solitáriam
órum vitam ducé-
Clodovæus, de-
mánis, Remos ad
migium baptizan-
is, eum cómitem
in itínere fídei ru-
b ipso imbueré-
aliquándiù com-
atque à Remígio
a Epíscopus fac-
os éthnicos Chris-
rit. Ecclésias ere-
quibus constítuit
os et Diáconos. In
liberális fuit, di-
ábilis; quos ut su-
hristum allíceret,
a étiam convíviis
ínuit. Exactis in
a annis quadragin-
orreptus, et sacro
t sánguinis Christi
onfirmátus, clarus
ánimam Deo réd-
no quingentésimo
trigésimo nono. ¶ Eódem die, anno verò sexcentésimo septuagésimo quinto, óbiit sanctus Amandus Trajecténsis Epíscopus, qui Gandavénsibus primùm, tùm Sclavis, tandem Vascónibus, et iis qui Pyrenæos montes íncolunt, Evangélii lucem íntulit, et multa in Gálliâ monastéria construxit. Quorum præcípuum est Elnonense ad Scarpam; in quo mórtuus et sepultus est.

AD LAUDES, Ant. Ego sum. ℣. Elégit. *Oratio,* Dírige. xvij.

Pro Comm. S. Amandi, Ant. Sacerdótes. ℣. Salvum. xix. *Or.* Da Ecclésiæ. xvij.

AD VESP. Com. S. Joannis de Matha. Ant. Quasi ℣. Stabit. xxv. *Orat. ut infrà.*

Die vii.

SANCTI JOANNIS
de Matha, Presbyteri,
Commemoratio.

AD NOCTURNUM.

Lectio iv.

Joannes cui de Mathâ cognómen, in Províncià Narbonensi secundâ, Falcóne natus est, paréntibus pietáte et nobilitáte conspícuis. Studiórum causâ primùm Aquas-Séxtias, et pósteà Parísios profectus, emenso Theológiæ currículo, Magistérii láuream adeptus est. In Clerum Parisiensem ab Epíscopo Maurítio ascriptus, et tandem Présbyter or-

dinátus, cùm in ejus sacello primùm sacrifícium offerret, divínitùs inflammátum se sensit ad rediméndos ab infidélium servitúte captívos. Ut tamen matúriùs in re tantâ procéderet, in solitúdinem quamdam Vadensis pagi, intra límites Meldensis Episcopátûs, secessit; ibíque initâ societáte cum Felíce Eremítâ, qui illic jàm ab annis plúribus vitam agébat ascéticam, per triénnium, oratióne et jejúnio, humilitáte et obediéntiâ se exércuit. Romam cum Felíce profectus, ab Innocéntio tértio facultátem impetrávit sese et suos rediméndis captívis devovendi. Cæterùm Parísios ad Odónem Epíscopum qui Maurítio succésserat, et Absalónem Abbátem sancti Victóris remissus, ut, communicáto cum eis consílio, vitæ órdinem institutúmque selígeret, régulamque sóciis, quam sequerentur, perscríberet. Itaque Felíce in prístinam pagi Vadensis solitúdinem remeante, ut sócios congregáret et exemplis régeret, Joannes Parísios ad Epíscopum de modo ordinandæ famíliæ tractatúrus accédit, ac tandem, compósitis ex senténtiâ rebus ómnibus, ad Felícem revértitur. Tunc ædificátâ conjunctis curis Ecclésiâ, cum qualicumque domo, áliisque ædifíciis, p Ordinis monastérium co dicto Cervo frigi nómine et clientélâ s simæ Trinitátis co Régula autem, ut e perscripserat, paucis tis, statim ab Apostó de confirmáta est; n tò pòst institútum P annuente Epíscopo e tulo Parisiensi, in sancti Mathuríni re Ab eo témpore Joan número per Itáliam am et Hispánias æ cœnóbia, et captivó mensam multitúdin se et per Ordinis a in libertátem asséru què Romæ plenus o bonis óbiit die vigési mâ Decembris, ann simo ducentésimo tértio.

AD LAUDES, A
ge. ℣. Sacerdótes. x

ORATIO.

DEUS, qui beáto Presbytero, ac sóci zelum fidéles redime tívos infudisti: da se illam córporis et án bertátem, quâ Christ us tuus nos liberá tecum vivit et regna

[*Festum sequens, si in diem Cinerum, Feriâ vj post Ciner in Dominicam, tra in crastinum.*]

DIE VIII.

IN FESTO

S. CORDIS B. M. V.

SOLEMNE-MINUS.

VESPERIS.
mi de Feriâ.
MPLACUIT Dómino
n te; et gaudébit
Deus tuus. *Is.* 62.
A. Vidébis et áf-
mirábitur, et di-
Cor tuum. *Is.* 60.
d. Díligit Cordis
n; propter grá-
órum suórum ha-
ɪum Regem. *Prov.*

a. Totus desiderá-
s est dilectus me-
e est amícus me-
5.
E. Adjúro vos,
alem, ut nuntié-
meo quia amóre
Cant. 5.
ɪLUM. *Eccli.* 24.
ì vitis fructificávi
ı odóris: et flores
ıs honóris et ho-
go mater pulchræ
, et timóris, et
, et sanctæ spei.
l mihi est in cœlo,
d vólui super ter-
fécit Cor meum et
Deus Cordis mei
ea, Deus in æter-
ihi vívere Christus
est et mori lucrum. * Defé-
cit. Glória. * Defécit. *Ps.* 72.
Philip. 1.

HYMNUS.

REGINÆ Superûm Cordis
amábiles,
Quis det divitias cérnere?
Quis sacros
Ignes virgineo péctore cón-
ditos
Scrutári penitùs dabit?
Tu, Regína, potes sola
cliéntibus
Optátos aditus pándere:
tu potes
Acceptos gremio dúcere fí-
lios
Sub Cordis penetrália.
QUÆ me deliciæ, quis
novus ábripit
Ardor? Cerno animo Cor
venerábile:
Hìc exultat amor, prósilit
hinc tui
In nos grátia Fílii.
HIC sincéra fides, et fidei
soror
Spes, illapsa piis méntibus,
et pudor,
Et castus timor, et férvida
cáritas,
Hìc sedem posuit suam.
COELESTES igitur quisquis
in intimum.

verna, 41 *

Thesauros animum cóndere géstiet,
Cordis, Virgo, tui sub latebras eat,
Justis præsidium et reis.
Laudo, summe Parens, artificem manum,
Cordi virgineo quæ decus áddidit:
Quem Virgo genuit, glória Fílio:
Sponso glória Flámini. Amen.

℣. Os meum loquétur sapiéntiam, ℟. Et meditátio Cordis mei prudéntiam. *Ps.* 48.

Ad Magníficat. *Ant.* 3. E. In Dómino gaudébo, et exultábo in Deo Jesu meo: Deus Dñus fortitúdo mea. *Habac.* 3.

Oratio ut infrà ad Laudes.

Fit commem. Feriæ. Deìn S. Joannis de Matha. Ant. Ubì. ℣. Dómine. xxix. *Orat. ut suprà.*

AD COMPLETORIUM.

Psalmi et Capit. de Feriá.

Ant. 8. G. Ego dórmio, et Cor meum vígilat: vox dilecti mei pulsantis; surrexi, ut aperírem dilecto meo. *Cantic.* 5.

Hymnus, Virgineis. 363.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 4. d. Ego dilecto meo, et ad me convérsio ejus. *Cant.* 7.

ORATIO.

Deus, qui in sinu Vírginis Matris tuæ castíssimæ requiéscere dignátus es: da nobis, ipsâ interced
inimíci per noctem
mus insídias, et tu
tra quies et tutum
dium; Qui vivis.

AD OFFICIUM N

Invit. Jesum, cuj
María mater ejus co
bat in Corde suo, *
adorémus. *Luc.* 2. 5

Ps. 94. Veníte.

HYMNUS.

Hymnis alta sacri
resultent;
Vestros, ô Superi,
cantus:
Cœli dives adest
Virgo,
Extolli modulis di
pernis.
Hæc augusta no
ris arca,
Antíquo melius ma
condit:
Lex perfecta latet Co
imo,
Suprémi digito scri
nantis.
Sanctum te, G
Flamen obumb
Quo non interiùs
igne!
Adstans virginei
hospes,
Urit tecta suis Hóspi
mis.
Et tu quanta De
rependis!
Natum sponsa Patris
pis alvo:
Verbum carne tegis
et intùs

Te

iritui, Virgo,
s.
pplicibus fér-
tis
rimis Núminis

ınde potest trá-
ımen,
amans tradit

summa Patri,
ıuc Nato,
piritui glória
:
de foves Vírgi-
ıs,
ne Deus, cór-
ffla. Amen.
parvo Officio.
OCTURNO.
. Dedi tibi Cor
intélligens, in
ullus ante te sí-
íerit, nec post
sit. 3. Reg. 3.
. Nomen tuum,
nemoriále tuum
ánimæ. Is. 26.
Anima mea de-
in nocte; sed
eo in præcórdiis
ıè vigilábo ad te.

mea Dóminus,
mea: ℟ Bonus
s ánimæ quæren-
ren. 3.
ectio j.
is Canticórum.
Cap. 8.
ista quæ ascendit
delíciis áffluens,
verna.

innixa super dilectum suum? Pone me ut signáculum super cor tuum, ut signáculum super bráchium tuum; quia fortis est ut mors diléctio, dura sicut inferuus æmulátio: lámpades ejus, lámpades ignis atque flammárum. Aquæ multæ non potuérunt extínguere caritátem, nec flúmina óbruent illam. Si déderit homo omnem substántiam domûs suæ pro dilectióne, quasi nihil despíciet eam.

℟. Hæreditáte acquisívi testimónia tua, Dómine, in ætcrnum, quia exultátio Cordis mei sunt;* Inclinávi Cor meum ad faciendas justificatiónes tuas in æternum. ℣. Finis præcepti est cáritas de corde puro. * Inclinávi. Ps. 118. 1. Timoth. 1.

Lectio ij.

De libro Sapiéntiæ.

Cap. 8.

Intrans in domum meam, conquiescam cum sapiéntiâ: non enim habet amaritúdinem conversátio illíus, nec tædium convictus illíus, sed lætítiam et gáudium. Hæc cógitans apud me, et commémorans in Corde meo: quóniam immortálitas est in cognatióne sapiéntiæ, et in amicítiâ illíus delectátio bona, et in opéribus mánuum illíus honestas sine defectióne, et in certámine loquélæ illíus sapiéntia, et præclári-

tas in communicatióne sermónum ipsíus ; circuíbam quærens, ut mihi illam assúmerem.

℟. Multam invéni in me sapiéntiam, et multùm profèci in eâ : * Animam meam diréxi ad illam, et possédi cum ipsâ Cor ab início. ℣. Quæ desursùm est sapiéntia, pudíca est, pacífica, modesta, plena misericórdiâ et frúctibus bonis. * Animam. *Eccli.* 51. *Jac.* 3.

Lectio iij.

De libro Ecclesiástici.

Cap. 51.

Cum adhuc júnior essem, quæsívi sapiéntiam palàm in oratióne meâ. Ante templum postulábam pro illâ, et usquè in novíssimis inquíram eam. Et efflóruit tanquàm præcox uva, lætátum est cor meum in eâ. Ambulávit pes meus iter rectum, à juventúte meâ investigábam eam. Inclinávi módicè aurem meam, et excépi illam.

℟. Non extrínsecùs capillatúra aut circumdátio auri, aut indumenti vestimentórum cultus; sed qui abscónditus est cordis homo, * In incorruptibilitáte quiéti et modesti spíritûs, qui est in conspectu Dei lócuples. ℣. In bonitáte et alacritáte ánimæ suæ plácuit Deo, * In incorruptibilitáte. Glória. * In incorruptibilitáte. 1. *Petr.* 3. *Eccli.* 45.

IN II. NOCTURN

Ant. 5. C. Lauda et re, fília Sion; quia ec habitábo in médio tu Dóminus. *Zach.* 2.

Ant. 1. g. Audivi magnam de throno tem : Eccè taberni Dei. *Apoc.* 21.

Ant. 5. a. Veníte a tuárium Dómini, quc tificávit in æternum. 30.

℣. Sanctificávit t culum suum Altíssin

℟. Deus in médio ej commovébitur. *Ps.*

Benediction. de B.

Lectio iv.

Sermo sancti Berna bátis.

De 12. *Prærogat. B* *n.* 2.

Quid ad Maríam trépidet humána fr Nihil austérum in e terríbile: tota suávis volve diligéntiùs E cæ históriæ sériem sam, et si quid fort patórium, si quid si quod dénique sig ténuis indignatiónis rerit in Maríâ, de cæ pectam hábeas, et vereáris. Quòd si (sunt), plena magi pietátis et grátiæ mansuetúdinis et mi diæ, quæ ad eam p invéneris, age grá qui talem tibi Medi

mâ miseratióne
in quâ nihil possit
pectum. Déniquè
ómnia facta est, sa-
et insipiéntibus
mâ caritáte debi-
fecit. Omnibus mi-
e sinum áperit, ut
údine ejus accípi-
ersi, captívus re-
em, æger curatió-
tis consolatiónem,
véniam, justus grá-
gelus lætítiam, dé-
a Trínitas glóriam,
óna carnis humá-
ántiam; ut non sit
scondat à calóre e-

ressus Angelus ad
dixit: Ave, grátiâ
óminus tecum. Ec-
ies in útero, et pá-
n, et vocábis no-
Jesum. Dixit Ma-
cè ancilla Dómini,
secundùm verbum
Factum est mihi
uum in gáudium,
ítiam Cordis mei.
uc. I. *Jer.* 15.

ECTIO V.

et sítiens, in fontes [...]
rum.

℟. Vocábis nome[n] [...]
Jesum: * Ipse enim [...]
vum fáciet pópulum [...]
à peccátis eórum. ℣. [...]
Sion, rex Israel D[...]
in médio tuî: noli [...]
* Ipse enim. Glória [...]
vum. *Matth.* 1. *Soph.* [...]

IN II. NOCTUR[NO]

Ant. 3. *a.* Dixit M[...]
Angelum: Quómodo [...]
tud, quóniam viru[m] [...]
cognosco? *Luc.* 1.

Ant. 8. *G.* Res[...]
Angelus, dixit ei: [...]
Sanctus supervéniet [...]
et virtus Altíssimi ob[...]
bit tibi. *Luc.* 1.

Ant. 2. D. Quod [...]
ex te Sanctum, v[...]
Fílius Dei. *Luc.* 1.

℣. Homo natus es[t] [...]
℟. Et ipse fundávit [...]
tíssimus. *Ps.* 86.

Bened. de Domin[a]

Lectio iv.

Sermo Sancti Le[onis] Papæ.

De Nat. Domini, [...] 1.

Deus omnípotens [...]
mens, cujus natúr[a] [...]
tas, cujus volunta[s] [...]
tia, cujus opus mise[ricordia] [...]
est, statim ut nos d[...]
malígnitas venéno m[...]
tificávit invídiæ, p[...]
náta renovandis mo[...]
suæ pietátis reméd[ia] [...]
ipsa mundi primórd[ia] [...]

lenúntians ser-
ım semen mulí-
nóxii cápitis e-
â virtúte conté-
stum scílicet in
rum, Deum hó-
signíficans, qui
rgine violatórem
:opáginis incor-
itáte damnáret.
:lízabeth cognáta
a concépit fílium
e suâ; * Quia non
íbile apud Deum
um. ℣. Hoc tibi
ı à Dómino, quia
nus verbum quod
; * Quia. *Luc.* 1.

LECTIO V.

gloriabátur diá-
inem suâ fraude
divínis caruisse
, et immortali-
nudátum duram
iisse senténtiam,
nalis suis quod-
ævaricatóris con-
enisse solátium;
que justè, severi-
nte ratióne, erga
juem in tanto ho-
íderat, antíquam
enténtiam: opus
:ctíssimi, secréti
óne consílii, ut
ábilis Deus, cu-
as non potest suâ
e privári, primam
ıæ dispositiónem
o occultióre com-
homo *diabólicæ*
r verna.

iniquitátis versútiâ actus in culpam, contra Dei propósitum non períret.

℟. Dixit María ad Angelum: * Eccè ancilla Dómini; fiat mihi secundùm verbum tuum. ℣. Nunc ergò, Dómine, tu es Deus, et verba tua erunt vera. * Eccè. *Luc.* 1. 2. *Reg.* 7.

LECTIO VJ.

ADVENIENTIBUS ergò tempóribus, dilectíssimi, quæ redemptióni hóminum fúerant præstitúta, ingréditur hæc ínfima Jesus Christus Fílius Dei, de cœlesti sede descendens, et à paternâ glóriâ non recédens, novo órdine, novâ nativitáte generátus. Novo órdine, quia invisíbilis in suis, visíbilis factus est in nostris; incomprehensíbilis, vóluit comprehendi; ante témpora manens, esse cœpit ex témpore. Universitátis Dóminus servílem formam, obumbrátâ majestátis suæ dignitáte, suscépit: impassíbilis Deus non dedignátus est homo esse passíbilis, et immortális mortis légibus subjacére. Novâ autem nativitáte génitus est, concéptus à Vírgine, natus ex Vírgine, sine patérnæ carnis concupiscéntiâ, sine matérnæ integritátis injúriâ; quia futúrum hóminum Salvatórem talis ortus decébat, qui et in se habéret humánæ sub-

stántiæ natúram, et humánæ carnis inquinamenta nesciret.

℟. Christi generátio sic erat : * Desponsáta María Joseph inventa est in útero habens de Spíritu Sancto. ℣. Creávit Dóminus novum super terram : Fémina circúmdabit virum. * Desponsáta. Glória. * Desponsáta. *Matth.* 1. *Jerem.* 31.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Quod in eâ natum est, de Spíritu Sancto est; páriet autem Fílium. *Matth.* 1.

Ant. 4. f. Relíquiæ fratrum ejus convertentur ad fílios Israel; et erit iste pax. *Mich.* 5.

Ant. 5. C. Hoc totum factum est, ut adimplerétur quod dictum est per Prophétam : Eccè virgo in útero habébit, et páriet fílium. *Matth.* 1.

℣. Recordátus est Dóminus misericórdiæ suæ, ℟. Et veritátis suæ dómui Israel. *Ps.* 97.

Lectio vij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Lucam.

Cap. 1.

In illo témpore; Missus est Angelus Gábriel à Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad Vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David; et nomen Vírginis, María: Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii Epíscopi.

Lib. 2. *in Luc. n.* 8.

Disce vírginem móribus, disce vírginem verecúndiâ, disce vírginem oráculo, disce mystério. Trepidáre vírginum est, et ad omnes viri ingressus pavére, omnes viri affátus veréri. Discant mulíeres propósitum pudóris imitári. Sola in penetrálibus quam nemo virórum vidéret, solus Angelus repériret : sola sine cómite, sola sine teste, ne quo degéneri depravarétur affátu, ab Angelo salutátur. Soli Maríæ hæc salutátio servabátur : benè enim sola grátiâ plena dícitur, quæ sola grátiam quam nulla ália merúerat, consecúta est; ut grátiæ replerétur Auctóre.

℟. Benedicta es tu, fília, à Dómino Deo excelso præ ómnibus mulíeribus super terram : * Benedictus Dóminus, quia hódiè nomen tuum ità magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum. ℣. Benedicta tu inter mulíeres, et benedictus fructus ventris tui : * Benedictus. *Judith.* 13. *Luc.* 1.

Lectio viij. *n.* 15.

Vírginem párere divini est signum mystérii, non humáni. Tanti namque mandáti mystérium, non hóminis fuit, sed Angeli ore pro-

Hódiè primùm au-
lritus Sanctus su-
in te. Et audítur,
r. Dixit autem Ma-
ancilla Dómini;
mihi secundùm
ıum. Vide humili-
le devotiónem. An-
licit Dómini, quæ
ıitur : nec repen-
áta promisso est.
ıcillam dicendo,
ibi prærogatívam
tiæ vindicávit, quæ
ıod juberétur; mi-
húmilemque pari-
nilitátem débuit é-
præferre.
cépit Deus Israel
ıuum, recordátus
diæ suæ; * Sicut
st ad patres nos-
aham et sémini e-
ula. ℣. In me an-
adimplévit Dómi-
ricórdiam suam;
uc. 1. *Judith.* 13.
nona de Evangelio
'iâ Dominicæ vel
urrentis.
ta quæ credidisti,
* Perficientur ea
. sunt tibi à Dómi-
ıa est Deus, quasì
t mentiátur. Dixit
non fáciet? Locú-
et non implébit?
ıtur.* Glória.* Per-
Luc. 1. *Num.* 23.
Te Deum.
ord. In humilitáte
emor fuit nostrî

Dóminus, ℟. Et redémit nos ab inimícis nostris. *Ps.* 135.

AD LAUDES.

Psalmi de Dominicâ.

Ant. 1. g. In princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. *Joan.* 1.

Ant. 7. ç. Omnia per ipsum facta sunt : et sine ipso factum est nihil, quod factum est. *Joan.* 1.

Ant. 5. a. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit : in própria venit, et sui eum non recepérunt. *Joan.* 1.

Ant. 6. C. Quotquot recepérunt.

Canticum. *Is.* 52.

Quam pulchri super montes * pedes annuntiantis et prædicantis pacem,

Annuntiantis bonum, prædicantis salútem, * dicentis Sion : Regnábit Deus tuus!

Vox speculatórum tuórum : * levavérunt vocem, simul laudábunt.

Quia óculo ad óculum vidébunt, * cùm convérterit Dóminus Sion.

Gaudéte et laudáte simul, deserta Jerúsalem; * quia consolátus est Dóminus pópulum suum, redémit Jerúsalem.

Parávit Dóminus bráchium sanctum suum * in óculis ómnium géntium.

Et vidébunt omnes fines

terræ * Salutáre Dei nostri.

Ant. Quotquot recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his qui credunt in nómine ejus. *Joan.* 1.

Ant. 8. G. Verbum caro factum est, et habitávit in nobis; et vídimus glóriam ejus. *Joan.* 1.

Capitulum. *Philip.* 2.

Cum in formâ Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo; sed semetipsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, et hábitu inventus ut homo.

Hymnus. S. V.

Pulsum supernis sédibus,
Umbris tot annos óbsitum,
Cœlestis ignárum viæ
Errábat humánum genus.

Coelestis en Rex cúriæ,
Ut monstret ad cœlum viam,
Secumque ducat éxules,
Se sponte fecit éxulem.

Se déviis præbet ducem,
Vires dat ambulántibus:
Est ipse, quâ ducit, via;
Quò ducit, ipse términus.

Deus, supréma Véritas,
Umbráta velo córporis,
Puris videnda méntibus,
Lustra tuo nos lúmine.

Et tu, tuórum sis memor,
Quæ, dùm modesto péctore
Te dicis ancillam Dei,
Regína mundi díceris.

Mundo Redemptor quì venis,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre; nec tibi minor
Laus, utriusque Spíritus.
Amen.

℣. Quid est homo, quòd memor es ejus? ℟. Aut filius hóminis, quóniam vísitas eum? *Ps.* 8.

Ad Benedictus. *Ant.* 2. D. Visitávit nos Oriens ex alto, illumináre his qui in ténebris et in umbrâ mortis sedent. *Luc.* 1.

Oratio.

Deus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscípere voluisti: præsta supplícibus tuis, ut qui verè eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur; Per eumdem.

Fit commemoratio Feriæ.

AD HORAS.

Dox. Mundo Redemptor.

Psalmi de Dominicâ.

AD PRIMAM.

Ant. 1. g. In princípio.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es.

CANON.

Ex Concílio Toletáno décimo.

An. 656. *C.* 1.

Nativitatis Domínicæ sacrum, quo evidenter de útero virgináli Verbum pródiit caro factum, absque dúbio servat témporis cursum et speciále diéi monimentum. Si ergò nativitátis et mortis incarnáti hujus

absque immuta-
ərtus habétur, ut
versitáte in toto
orbe ab omni Ec-
córditer celebré-
on festívitas glo-
is ejus eádem ob-
ano simul ubíque
que habeátur ho-
a quid festum est
i Incarnátio Ver-
festum ità debet
ae, sicut est et e-
ivitátis Verbi.
TERTIAM.
7. c. Omnia.
ulum. *Ephes.* 1.
t Deus in dispen-
nitúdinis témpo-
uráre ómnia in
æ in cœlis et quæ
nt, in ipso.
Deus Rex noster
est salútem. De-
médio * terræ * O-
. Glória Patri. De-

s ipse Rex meus,
eus, ℟. Qui man-
Jacob. *Ps.* 43.
SEXTAM.
a. In mundo.
lum. 1. *Joan.* 4.
cáritas, non qua-
exérimus Deum;
um ipse prior di-
et misit Fílium
pitiatiónem pro
ostris.
edemptiónem mi-
us * Pópulo suo.
onem. ℣. Mandá-

vit in æternum * testamen-tum suum * Pópulo suo. Glória Patri. Redemptiónem. *Ps.* 110.

℣. Confiteantur Dómino misericórdiæ ejus, ℟. Et mirabília ejus fíliis hóminum. *Ps.* 106.

AD NONAM.

Ant. 8. G. Verbum.

Capitulum. 1. *Tim.* 3.

Manifeste magnum est pietátis Sacramentum, quod manifestátum est in carne, justificátum est in Spíritu, appáruit Angelis, prædicátum est géntibus, créditum est in mundo, assumptum est in glóriâ.

℟. *br.* Dómini * Est assúmptio nostra. Dómini. ℣. Et Sancti Israel * regis nostri, * Est assúmptio nostra. Glória Patri. Dómini. *Ps.* 88.

℣. Dóminus virtútum nobiscum: ℟. Susceptor noster Deus Jacob. *Ps.* 45.

AD II. VESPERAS.

Psalmi de Officio parvo.

Ant. 1. f. Quæ ad patres nostros repromíssio facta est, hanc Deus adimplévit fíliis nostris. *Act.* 13.

Ant. 4. E. Ubi venit plenitúdo témporis, misit Fílium suum factum ex mulíere. *Gal.* 4.

Ant. 3. a. Qui sanctíficat, et qui sanctificantur, ex uno omnes; propter quam causam non confúnditur fra-

tres eos vocáre. *Hebr.* 2.

Ant. 6. F. Nusquàm Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ : undè débuit per ómnia frátribus similári. *Hebr.* 2.

Ant. 5. C. Participávit carni et sánguini, ut liberáret eos qui timóre mortis per totam vitam obnóxii erant servitúti. *Hebr.* 2.

Capitulum. 1. *Joan.* 4. 9

Deus cáritas est. In hoc appáruit cáritas Dei in nobis, quóniam Filium suum unigénitum misit Deus in mundum, ut vivámus per eum.

Hymnus, Hæc ill
nis dies. *ut in I. V*

℣. Misericórdia
tas obviavérunt sibi
titia et pax osculá
Ps. 84.

Ad Magníficat. *A*
Pater misit Filiu
Salvatórem mundi
gò diligámus Deu
niam Deus prior di
1. *Joan.* 4.

Oratio, *ut suprà a*
Commemoratio.
AD COMPLET
Psalmi et Capit.
nicâ. Reliqua, *ut*

IN ANNUNTIATIONE

DOMINICA,

TEMPORE PASCHALI.

Omnia, exceptis quæ sequuntur, ut in præcedenti Officio, addendo semel Allelúia. *in fine Antiph. et bis* Allelúia. *in fine* ℟ ℟ ℟. *etiam brevium.*

IN I VESPERIS.

Psalmi de Dominicâ.

Fit commem. Dominicæ in Albis tantùm.

AD NOCTURNUM.

Invit. (*in cujus fine additur* Allelúia.) *et Hymnus, ut in alio Officio, suprà.*

Pss. cum tribus Antiphonis

et ℣. *è I. Noct, u*
Absolut. et Bened
tur pro Temp. Pa
Lectio j. ex Isaiæ
Dóminus. *cum* ℟. I
María. 527.

Lect. ij. De Serm
nis, Deus omnipo
cum ℟. Eccè Eliza

Lectio iij. de E
Homiliâ, ut in II
no, septimâ et oc
tionibus in unam
℟. Beáta quæ credi
℣. *Sacerd.* In h

FESTA APRILIS.

Die ii.
[In Festo
[I FRANCISCI
de Paula.
emiduplex.
nerit in Quadrage-
eo fit tantùm com-
ad utrasque Ves-
Laudes, ut in Com-
nobit. cum Oratio-
humilium. *infrà.*
tur. pro quartâ vel
tione leguntur duæ
, in unam junctæ;
imilibus.
Tempore Paschali
de eo fit ritu Semi-
ut sequitur.
de Communi Cœ-
, xxx. *additis quæ*
.

OCTURNUM.
. de Script. occur.;
unam junctis.
Lectio ij.
sancti Francisci de
pud Bollandum et
Papebr.
cus Paulæ in Calá-
s, à téneris annis
m dilígere ac je-
áre cœpit. Post á-
egrinatiónes in a-
á per Itáliam re-
usâ susceptas, in
versus, ecclésiam
lam ædificávit, i-
i Ordinis funda-
it. Cùmque præ humilitáte ómnium mínimus habéri vellet, alumnos quoque suos Mínimos appellári vóluit. Quam iníerat ab adolescéntiâ vitæ ratiónem, servávit cum illis, in labóribus, in vigíliis, innúmerisque afflictatiónibus, ad últimam usquè senectútem persevérans, et tantâ quidem asperitáte, ut rudi semper amictu, nudis plerumquè pédibus incéderet, cubáret humi, ac semel tantùm in die, idque ad solis occásum, reficerétur, et ad panem et aquam vix áliquid quadragesimális obsónii adhibéret: quam consuetúdinem ut fratres et soróres sui Ordinis toto anni témpore retinérent, quarto eos voto astrinxit.

Lectio iij.

A Ludovico undécimo, Francórum Rege, propter miraculórum famam expetítus, jubente Sixto quarto, ad eum se cóntulit. Quem Rex magno cum honóre excépit in palátio Plexítio prope Turónes; eoque in loco monastérium illi construxit. Ibi Franciscus mortis suæ præscius, die Cœnæ Dómini inter Missárum solémnia, effúsis ubertìm lácrymis, sacro Viático præmunítus, ac postrídiè audí-

tâ quam sibi prælegi optávit Dómini passióne, quâ horâ Christus ánimam pro nobis pósuit, eâdem et ipse suam Christo réddidit, anno ætátis nonagésimo primo, salútis millésimo quingentésimo octávo. Hunc mirâculis illustrem Leo décimus in Sanctórum númerum ascripsit.

Oratio.

Deus, humílium celsitúdo, qui beátum Franciscum Sanctórum tuórum glóriâ sublimasti: tríbue, quæsumus, ut ejus méritis et imitatióne, promissa humílibus præmia felíciter consequámur; Per.

Die ix.

In Festo

S. GREGORII, NYSSENI

Episc. et Eccles. Doct.

Semiduplex.

Omnia de Communi Doct.

(In Quadrag. de eo fit tantùm Commemoratio.)

Lectio ij.

Gregorius, Basílii Magni frater, lítteris sacris et profánis ab infántiâ imbútus, primùm Theosébiam, cujus virtútes laudat Gregórius Nazianzénus, uxórem duxit. Deindè século renúntians, Ecclésiæ servítio in gradu Lectóris se devóvit; quod tamen offícium mox derelíquit, eloquéntiæ plus æquo studiósus, ut docendæ Rhetóricæ óperam na-

váret. Sed exorto e
inter Fidéles scínda
rumpéntibus úndiq
rélis, relictum à se
vitæ institútum, e
te præsertim sancti
rio Nazianzéno,
Basílius autem ad se
sáreæ, Cappadóciæ
polis, provectus,
suum Gregórium i
óperis vocávit, qu
non multò pòst d
dicátus est qui I
crearétur; et revér
cèt renítens víribu
tus est, et Ecclési
in Cappadóciâ p
Munus sibi impós
adimplévit, form
gregis ex ánimo, q
bo et exemplo pá
déstitit.

Lectio i

Ab Ariánis et á
tempestátis hæréti
tis impetítus calún
taque perpessus,
sede pátriâque pı
eò quòd fidem Nic
strictíssimè adhæ
verbis et scripti
ánimo propugnár
que erróres ácrite
ret. Sed, Valent
à Gratiáno suæ se
tus est. Ab Epísco
doxis delegátus,
Arábiæ et Palesti
vit, ut introduct
abúsus. Anno tr
octogésimo prim

nénico secun-
ıópoli hábito,
lum Nicænum,
lditis adversùs
ı, confirmátum
ı qui in Orien-
athólicæ Com-
trum habeban-
:um unusquis-
ıicáre tenebá-
ab Ecclésiâ a-
.ri. Obiit, exe-
uarto, virtúti-
s clarissimus.
us, qui. xxiij.

xiii.
JUSTINI,
tyris.
ag. Commem.

VESPERAS,
us. ℣. In Deo. ij.
frà.
ch. de eo fit ritu

'io iij.
.cti Hierónymi
, de Scriptóri-
:clesiásticis.
ıilósophus, há-
Philosophórum
: Neápoli urbe
ıtre Prisco Bác-
eligióne Christi
borávit, in tan-
ɔníno Pio et fí-
Senátui librum
:s scriptum da-
ıiamque crucis
eret; et álium
ɔssóribus ejus-
i, Antoníno Ve-
ro, et Aurélio Cómmodo. Extat ejus et áliud volúmen contra Gentes. Hic cùm in urbe Româ Crescentem Cynicum, qui multa adversùs Christiános blasphemábat, redargúeret gulósum et mortis tímidum, luxuriæque et libídinum sectatórem, ad extrémum stúdio ejus et insídiis accusátus quòd Christiánus esset, pro Christo sánguinem fudit.

AD LAUDES,

In Quadrages. pro ejus Commemor. Ant. Bonum. ℣. Adjútor. v.

Oratio.

Deus, cujus múnere factus Justínus Martyr, insániam séculi sapiéntiam dedoctus, Christum crucifixum et díscere méruit et docére: quæsumus, ut ejus exemplo sanam stultítiæ crucis doctrínam sectando, verè sapientes esse possimus; Per eumdem.

Die xvi.

In Festo

SANCTI PATERNI,

Abrincensis Episcopi.

Duplex-majus.

De Communi Pontificum, exceptis quæ sequuntur.

IN I. VESPERIS.

Capitulum. *Act. 7.*

Hic est qui fuit in Ecclésiâ in solitúdine, cum pátribus nostris: qui accépit verba vitæ dare nobis.

℟. Locútus es. xiij.

Hymnus.

Sol diem festum populis reduxit,
Morte quo tandem domitâ, Paternus
Nóbilem felix superas triumphum
Egit in arces.

Ille Majórum titulos et auri
Cópiam dulcem generosióre
Ambitu fugit, tua, Christe, posthàc
Signa secútus.

Sunt domus rupes, lapides cubíle:
Lympha dat potum, cibus est legúmen;
Tegmen hirsútum lacerat cadúcos
Non fovet artus.

Sic suî fortis domitor phalanges
Pellit infernas, ábigitque morbos;
Hinc opem supplex medicam Paterni
Neústria poscit.

Tuque, quam curâ propióre servat,
Cívitas felix, quoties, Abrincæ,
Illius fidens meritis probasti
Numen amícum!

Ergo Pastóri meritum rependit
Grex memor cultum, duce quo beátos
Sperat æternùm dominantis Agni
Cérnere vultus.

Laus tibi jugis, D
préma,
Quam veréri nos do
ternus:
Fac ut in Clero su
virtus,
Christe, re
Amen.

Fit commem su
bilionis, Presb. A
thus. ℣. Stabit. xx
Dómine Deus. xxvi

AD OFFICIUM

Hymnu

Frustra latébras
Paterne, sol nescit
Tibi ne vivas únic
Natus salúti plúri
Confecta luctu
Ad te recurrit Cívi
Pastóris amissi vi
Ut ímpleas, suppl
Ergò pedum m
Lupi retundas ím
Tibique promissas
Secúra duc in pás
Audimur: æqui
Votis Paternus án
Et patris extincti
Alter subit præstá
Pro crédito sibi
Quid non labóris s
Ægros levans, rud
Cunctisque factus
Fac, ô Pater, D
ce
Nobis tuâ placábil
Qui sanctitátis te
Suis ministrum sé
Amen.

Lectio j. de Scr
tribus in unam jun

rio ij.
Pictávis ortus,
aatre nóbili pi-
tus, circà sécu-
in cœnóbio E-
sub Generóso
m monásticam
t. Parentum vi-
ferens, cum
jusdem céllulæ
x Abbátis licén-
tantínum Neús-
se recépit, uno
o Psaltério. Cùm
n quamdam ín-
óris solitúdinis
it secédere, ro-
Christiánis, qui
o Gentílium ha-
it apud Sescía-
erent, ad ex-
fanum in quo
perstitiónis sa-
celebrári de-
rum votis án-
nus cum sócio
gessit, non ta-
mitu et impug-
rá paganórum.
enerósus ad re-
t invisendos dis-
triénnium vé-
Paterni rigídius
mperisset, eum
jejúnia revocá-
tum ex sentén-
i Constantiensis
i, cùm Generó-
nem secum re-
ternum in do-
nuit, eumque
c tandem Presbyterum ordinávit. Nec tamen institúti monástici curam in Sacerdótio dimísit Paternus; sed, adjuvante Scubilióne quem mox Generósus ad eum remísit, per circumpósitas civitátes Bájocas, Cenomanos, Abrincas, et Rhédones, monastéria nova construxit. Tot labóribus emensis, ad sedem Abrincensem, mórtuo Ægídio, raptus est jàm septuagenárius, sed virentis senectæ, quam totam erudiendis pópulis, et sublevandis paupéribus impendit. Sedit in Concílio Parisiensi tértio, sub sancto Germáno. Demùm, annis trédecim in Episcopátu transactis, cùm postrídiè Paschæ monastérium Sesciacense visitáret, in morbum íncidit, eódemque témpore sanctus Scubílio in cœnóbio Modanensi, quò post episcopátum Paterni secésserat. Hoc núntio utrinquè accepto, cùm prætéreà, bráchio maris oppósito, ad se ínvicem transfretáre non possent, ambo, repentè ingravescente morbo, mútuò pro se orantes, eódem die mórtui sunt.

Lectio iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Matthæum.

Cap. 25. ℣. 14.

In illo témpore; Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc: Homo quidam

péregrè proficiscens, vocávit servos suos, et trádidit illis bona sua. Et réliqua.

Homília sancti Hierónymi Presbyteri.

Comment. in Matth.

Homo iste paterfamílias, haud dúbium quin Christus sit. In quinque, et duóbus, et uno talento, diversas grátias intelligámus, quæ unicuíque tráditæ sunt. Utríque servo qui de quinque talentis, decem fécerat; et qui de duóbus, quátuor; idem patrisfamílias sermo blandítur. Et notandum quòd ómnia quæ in præsenti habémus, licèt magna videantur et plúrima, tamen comparatióne futurórum, parva et pauca sunt. Intra, inquit, in gáudium Dómini tui; et súscipe quæ nec óculus vidit, nec auris audívit; nec in cor hóminis ascendérunt. Quid autem potest majus dari fidéli servo, quàm esse cum Dómino, et vidére gáudium Dómini sui?

AD LAUDES.

Hymnus. C.

Hoc Pastóre, tener grex ovium, trucis
Fraudes aut rabiem nil metuas lupi;
Te circum vigili Próvidus éxcubat
Pastor sollicitúdine.
Illi cura subest única méntibus
Infúsâ tenebras luc
lere;
Et queîs ipse flagr
dere lánguidis
Vivas pectóribus fi
Illi delíciæ cum
preces;
Illi divitiæ pauper
Illum perpetuis im
vat
Artus frángere pr
Somnos per geli
pit humum,
Atro pane famem
quâ sitim;
Et largâ miseris
manu,
Quæ parcus sibi s
Sit laus summ
summaque Fi
Sit par, alme, ti
Spíritus,
Qui sacris habile
bus tuo
Ungis chrísmate l
Amen.

℣. Induébar ci
℟. Humiliábam
nio ánimam mean

Oratic

Præsta plebi tu
ne, sancti Pontífi
terni précibus, ut
tenta doctrínis, i
tiâ persevéret; Pe

Pro Commem. S
nis, Ant. Euge. ℣
tes. *Oratio*, Dón
omnípotens. xxvii

AD II. VESP

Hymnus, *ut in*

:VIII.
CYRILLI,
EPISCOPI, ET
. DOCT.
luplex.
ni Doctorum.
IO ij.
l. inter ejus O-
Bened. Orien-
Sozom. Socrat.
c. etc.
RUM Ecclésiam
Sanctus Cyril-
iánus, in ódi-
is Christiánæ,
, præcépitque
os missis, ut
in Jerosóly-
reædificárent:
n opus, divíni-
bitum. De hoc
eventu sic scri-
s Marcellínus,
minum cultor,
iemóriæ imprí-
. Juliánus, in-
sui memóriam
óperum gésti-
re, ambitiósum
pud Jerosóly-
im, quod post
ernecíva certá-
lente Vespasiá-
ue Tito, ægrè
um, instauráre
ogitábat immó-
tiumque matu-
pio déderat An-
ùm ítaque rei
r instáret Aly-
tque Provínciæ
iendi globi flam-

márum prope fundamenta crebris assúltibus erumpentes, fecére locum, exustis aliquóties operántibus, inaccessum: hocque modo elemento destinátiùs repellente, cessávit incœptum. Nec ibi ultrix flamma cónstitit; nam, ut narrat Sócrates, cùm frequens convenisset, ad spectanda tot monstra, Judæórum multitúdo, iis præséntibus, ignis è cœlo delapsus ómnia opíficum instrumenta consumpsit, quo in incéndio totus dies insumptus est.

LECTIO iij.

MULTI tùm ex Judæis, tùm ex Ethnicis horum prodigiórum oculáti testes solum Deum Jesum Christum confessi sunt. Eadem unanímiter tradunt hujus ætátis scriptóres Ecclesiástici. Cùm res ad glóriam Christi illústrior fúerit, ità nulla ad commendandam Cyrilli in divínis oráculis fidem honorificéntior contíngere póterat: nam Juliáni consília, et Judæórum incœpta imperterritus vidit; firmíssimè credens juxta Daniélis Christique prophétiam, nullo modo fíeri posse ut ibi à Judæis lapis super lápidem ponerétur. Multas scripsit Cyrillus Catechéses, quibus plúrima traditiónis antíquæ documenta rara nobis innotescunt. Tandem sanctitátis

glóriâ clarus quiévit in pace; cujus intemerátæ fidei Constantinopolitána Synodus œcuménica Dámaso Papæ scribens, præclárum testimónium dedit.

Oratio, Excita. xxiij.

Die xxi.

SANCTI ANSELMI,

Episcopi et Eccles. Doct.

Simiduplex.

De Communi Doctorum.

Lectio ij.

Ex ejus vitâ ab Eadmero illius familiari, apud Histor. Eccles. Anglic.

Anselmus, Augustâ urbe ad Alpínas radíces pósitâ, paréntibus non obscúris ortus est. Jàm à pueritiâ virtúti déditus, toto ad vitam monásticam stúdio ferebátur. Ætáte maturióri Lanfrancum Priórem Beccensem ádiit. Ibídem mónachum professus, Prióris primò, deindè Abbátis, postrémò Archiepíscopi Cantuariensis dignitátem et onus subíre coactus est. Quo in gradu multò magis enituérunt illíus doctrína, prudéntia, píetas, sed præcípuè invicta in tuendis Ecclésiæ júribus constántia. Quapropter incurrit in offensiónem, tùm Guillelmi Rufi Anglórum regis, tùm Henríci Guillelmi fratris, et regni successóris, à quibus et exílium et bonórum addictiónem perpessus est.

Lectio iij

Romam profectus, ... cílio Barensi, sun... Ecclésiæ contra Gr... jumento. Pacátis ... discórdiis, Londi... lium hábuit, in qu... cus ipse iis quæ si... vindicábat, ultrò ... vit; et multa cùm ... plínam instaurand... ad tollendos abúsi... sunt. Sedátâ tand... tùs omni tempest... tuárii diútino lang... fectus, migrávit i... anno Dómini millé... tésimo nono, æt... septuagésimo sext... ob exímiam ejus s... quam libri, quos ... édidit, commenda... sanctos Doctóres ... Clemens undécim... vit.

Oratio, Deus qu...

VESP. de S.

A Capitulo, de se... in Communi Virgi...

Fit Comm. pra...

Qui docti. ℣. Be...

Orat. Deus, qui. x...

Die xxii.

In Festo

Stæ OPPORTU...

Virginis.

Semiduplex

Lectio ij

Opportuna, Ch... gi Sagiensis Epi... Mártyris soror, cù... clésiâ illud ex Evan...

vende ómnia
, et da paupé-
is seculáribus
cœnóbium in
tum propè Al-
ıd Monasterío-
, ingressa, Re-
:Episcopáli be-
nsecrátum ac-
ıtis virtútibus
·eluctantem li-
; unánimi con-
ɔi præfécerint.
:e, majóri abs-
erpétuo cilício
affligere, per-
noctes in Dei
'e, Fériis quar-
cibis ómnibus
iis diébus hor-
nti et aquâ,
nínicâ propter
ónem piscicu-
necessária óm-
ıppéditans.
rio iij.
b ímpiis propè
ratre Chrodo-
·rit Opportúna
locum ámitæ
i, quæ, quòd
fex egressus è
ad se veníret,
morientis vo-
ıs ejus sibi de-
ébat. Cessit ta-
ıortúnæ lácry-
us. Quæ, cùm
endi Christi de-
incenderétur,
so à morte fra-
vidére sibi visa

est sanctas vírgines Lúciam et Cæcíliam, quæ imminentem ipsi mortem prænuntiárent. Nec multò post morbo correpta, accepto Eucharístiæ Sacramento, inter sorórum preces efflávit ánimam décimo Calendas Máii, anno septingentésimo septuagésimo.

Oratio.

Deus, sanctæ puritátis amátor, qui beátæ Opportúnæ castum virginitátis propósitum infudísti : da nobis, quæsumus, sic ejus religiónem et sanctimóniam venerári, ut perpétuis ejusdem mereámur fovéri præsídiis ; Per.

VESP. de S. Opportunâ. A Cap. de seq. Orat. ut infrà.

Et fit Comm. sanctæ Opportunæ. Ant. In resurrectióne. ℣. Vírgines. xlviij. *Oratio*, Deus, sanctæ. *suprà.*

Die xxiii.

In Festo

SANCTI GEORGII,

Martyris.

Semiduplex.

De Communi unius Mart.

Lectio ij.

Georgius, inter Orientáles Mártyres, Magni título commendátus, longo et multíplici certámine claruisse scríbitur. Sub ejus nómine insignis Basílica ab Imperatóribus Christiánis ejus túmulo superstructa est in Palæstínâ, Lyddam inter et

Rámulam : undè fama ejus propter collátam multis peregrinántibus opem, in Occidentem pervásit. Hanc célebrat per Itáliam Gregórius Magnus in Epistolis; et in Gálliâ latè jàm suâ ætáte percrebuisse mémorant Gregórius Turonensis in libro de Miráculis, et Venántius Fortunátus in carmínibus.

Lectio iij.

In his Neústriæ pártibus, anno círciter septingentésimo quadragésimo séptimo, juxta locum qui Portus Bállii dicitur, in agro Coriovallensi Constantiensis pagi, quem tunc Richwínus Comes regébat, reperta est cum diversis Sanctórum Relíquiis pars maxillæ sancti Geórgii mártyris; extructaque fuit ad locum, quem Brúcium vocábant, in honórem ejus Ecclésia. Ibi crebra mirácula facta esse refert Chronógraphus Fontanellensis monastérii, cui póstmodùm hæc Ecclésia attribúta est. Hinc sensìm ejus venerátio per totam Províncian propagáta est.

Oratio.

Deus, qui beátum Geórgium glóriâ Martyrii coronáre dignátus es: concéde propítius, ipso intercedénte, ut communicantes Christi passiónibus, et in revelatióne glóriæ ejus gaudeámus exultantes; Per eumdē.

Die xxv.
In Festo
SANCTI MA[RCI]
Evangelis[tæ]
Duplex-ma[jus]

¶ *Si hoc Festum in die sancto Pa[schæ] ... anno neque fit ab... neque Processio. ... aliis diebus intra ... aut in Dominica ... inciderit, non fi... tia, sed Process... Missam (si sit de... ad aliquam Eccle... pinquiorem. Offi... transfertur ad di... mam Festo sem... suprà non impedi... autem incidente in... liam Dominicam ... cha, Processio ut ... ficium verò fit de ... cum comm. et q... de Dominicâ sub ... ne,* Permaneámu[s]

IN I. VESP[ERIS]

Ps. de Fer.; et sic

Ant. Quam spec... 1. *f.* evangeli... cem, evangelizá... na! allelúia. *Rom*

Ant. 7. *d.* Vox ... rum: Levavéru... simul laudábunt; ... solátus est Dómi... lum suum, allelú...

Ant. 6. F. Prim... dicet: Ecce adsu... rúsalem Evangeli... allelúia. *Is.* 41.

Ant. 4. E. Oste...

m quod præcé-
:étis, et verba
elúia. *Deut.* 4.
℣. Consummábi-
um, sicut evan-
er servos suos,
oc. 10.
lum. *Ephes.* 4.
dedit quosdam
ostolos, quosdam
hétas, álios verò
is, álios autem
t Doctóres, ad
iónem sanctó-
s ministérii, in æ-
n córporis Chris-

:tum est tempus,
nquávit regnum
Pœnitémini, et
Evangélio, alle-
iia. ℣. Eccè super
des evangelizan-
untiantis pacem.
ni. Glória. † Cré-
. 1. *Nahum.* 1.
mnus. S. V.
erennes núntii,
i cœléstibus
ei mystéria
orbem spárgitis:
b umbris cóndita,
quæ víderant,
ocul cedéntibus,
c pleno die.
quæ tulit Deus,
e gessit homo,
da pósteris,
ripsistis Deo.
mótos, témpore,
dem Spíritus:
uc in páginis
verna.

Nobis loqui non désinit.
Da, Christe, nos tecum
mori;
Tecum simul da súrgere:
Terréna da contémnere;
Amáre da cœléstia.
Sit laus Patri; laus Fílio,
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad astra secum dux vocat:
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Dóminus dabit verbum evangelizántibus ℟. Virtúte multâ. *Ps.* 67.

Ad Magníficat. *Ant.* 5. C. Exalta in fortitúdine vocem tuam, qui evangelizas Jerúsalem: exalta, noli timére. Eccè bráchium Dómini dominábitur, allelúia. *Is.* 40.

Oratio, infrà ad Laudes.

AD NOCTURNUM.

Invit. Deum qui vocávit nos in fide veritátis per Evangélium, * Veníte, adorémus, allel. 2. *Thess.* 2.

Ps. 94. Veníte. 130.

Hymn. Christi. *ut suprà.*

Super tres Psal. de Feriâ,

Ant. 1. a. In circúitu sedis quátuor animália réquiem non habébant, cùm darent glóriam et honórem sedenti super thronum, allelúia. *Apoc.* 4.

℣. In templo ejus dicent glóriam; ℟. Et sedébit Dóminus rex in æternum. *Ps.* 28.

Lectio j. de Script. occur., tribus in unam junctis.

℟. Super montem excel-

sum ascende, tu qui evangelizas Sion : * Dic civitátibus Juda : Eccè Deus vester, allel., allel. ℣. Séquere me; vade, et annúntia regnum Dei : * Dic. *Is.* 40. *Luc.* 9.

Lectio ij.

Ex libro sancti Hierónymi Presbyteri, de Scriptóribus Ecclésiásticis.

Cap. 18.

Marcus discípulus et interpres Petri, juxta quod Petrum referentem audíerat, rogátus Romæ à frátribus, breve scripsit Evangélium. Quod cùm Petrus audisset, probávit, et Ecclésiæ legendum suâ auctoritáte dedit, sicut scribunt Clemens in sexto Hypotypóseon, et Pápias Hierapolitánus Epíscopus. Méminit hujus Marci et Petrus in Epístolâ primâ, sub nómine Babylónis figuráliter Romam significans : Salútat vos Ecclésia quæ est in Babylóne coëlecta, et Marcus fílius meus. Assumpto ítaque Evangélio quod ipse conféceerat, perrexit in Ægyptum : et primus Alexándriæ Christum annúntians, constítuit Ecclésiam, tantâ doctrínâ et vitæ continéntiæ, ut omnes sectatóres Christi ad exemplum suî cógeret. Dénique Philo disertíssimus Judæórum, videns Alexándriæ primam Ecclésiam adhuc judaïzantem, quasi in

laudem gentis su
super eórum conv
scripsit. Et quómo
narrat Jerosólymi
tes ómnia habuis
nia; sic et ille,
xándriæ sub Ma
doctóre cernébat,
trádidit. Mórtuus
octávo Nerónis an
pultus Alexándri
dente sibi Aniáno

℟. Misit me Chr
gelizáre, non in
verbi, ut non
crux Christi. * N
tam fecit Deus
hujus mundi ? al
lelúia. ℣. Ubi litt
legis verba pónd
doctor parvulóru
ne. 1. *Cor.* 1. *Is.*

Lectio i

Léctio sancti Ev
cundùm Ma

Cap. 1

In illo témpore
sus discípulis sui
nes gentes primi
prædicári Evan
cùm dúxerint vos
nolíte præcogitá
quámini. Et réliq

Homília sancti
Chrysóst

In Matth. 33

Illos ad vigilan
parat ; ubíque i
mala patiantur
mala inferre sine
cas malè patiend
reportári, hincq

ı dixit : Pug-
:sistite iis qui
unt : Sed hoc
na passúri es-
ıquentis vis !
ium philosó-
ıaldè miran-
tália audiėn-
m aufugisse,
ısos, qui non
, in quo pis-
, peragráve-
lò non cogi-
ıtra se dixé-
ındem fugié-
ın Palestínam
ıala quæ ibi
, prænuntiá-
ı per orbem
it : Ad reges,
sides ducémi-
illos ad gen-
ıe mittendos.
ım vel cogi-
ıérunt, nec
ratiónem exe-
sscrunt et ob-
id quod non
rtúte tantùm,
doctóris sa-
ıcebátur.
áta est nunc
: illuminatió-
s nostri Jesu
destruxit qui-
, illuminávit
t incorruptió-
vangélium in
m ego prædi-
, allel. ℣. As-
cœlum cœli :
ci suæ vocem

virtútis. * Qui. Glória Patri. † Per. 2. *Tim.* 1. *Ps.* 67.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Eructávit cor meum verbum bonum :

℟. Dico ego ópera mea Regi. *Ps.* 44.

AD LAUDES.

Ant. 1. f. SERMONEM feci de ómnibus quæ cœpit Jesus fácere et docére, usquè in diem quâ assumptus est, allelúia. *Act.* 1.

Ant. 2. D. Visum est mihi, assecúto ómnia à princípio diligenter, ex órdine scríbere, allelúia. *Luc.* 1.

Ant. 3. a. Notum mihi factum est sacramentum, sicut scripsi; proùt potestis legentes intellígere prudéntiam meam in mystério Christi, allelúia. *Ephes.* 3.

Canticum. Quàm pulchri. *ut in die Annuntiat.* 531.

Ant. 4. E. In fide veritátis Deus vocávit vos per Evangélium nostrum, in acquisitiónem glóriæ Dómini nostri Jesu Christi, allelúia. 2. *Thess.* 2.

Ant. 5. a. Evangélii factus sum minister, secundùm donum grátiæ Dei, allelúia. *Ephes.* 3.

Capitulum. *Josue.* 1.

NON recédat volúmen legis hujus ab ore tuo; sed meditáberis in eo diébus ac nóctibus, ut custódias et fácias ómnia quæ scripta sunt in eo : tunc díriges viam

tuam, et intélliges eam.

Hymnus. S. V.

Sinæ sub altò vértice,
Cœlo tonante, lex data:
Inter tubas et fúlgura,
Præsens minabátur Deus.

Nunc temperáto Númine,
Per vela carnis blándiùs
Amat vidéri, lánguidis
Se lumen aptans sénsibus.

Insculpta saxo lex vetus,
Timóre servos pérculit:
Inscripta cordi lex nova
Amóre fecit fílios.

Scripsistis hanc fidâ manu:
Hanc voce, voci cónsonis
Hanc prædicastis móribus:
Signastis hanc et sánguine.

Afflante divo Spíritu,
Quæ verba vitæ tráditis,
Hæc ille nostris ímprimat
Delenda nunquàm córdibus.

Da, Christe, nos tecum mori;
Tecum simul da súrgere:
Terréna da contémnere;
Amáre da cœléstia.

Sit laus Patri; laus Fílio,
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad astra secum dux vocat:
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Declarátio sermónum tuórum illúminat, ℟. Et intellectum dat párvulis. *Ps.* 118.

Ad Benedictus. *Ant.* 6. F. Mihi data est grátia hæc, in Géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi, et illumináre omnes, allel. *Ephess.* 3.

Oratio

Deus, qui beát
cum Evangelistam
vangélicæ prædica
tiâ sublimasti: tri
sumus, ejus nos
eruditióne profice
ratióne defendi;

AD PRIM

Ant. 1. f. Serm

AD TERTI

Ant. 2. D. Visus

Capitulum.

Quomodo nos ef
si tantam neglexé
lútem? quæ cùm
accepisset enarrá
minum, ab eis q
runt, in nos confi
contestante Deo
portentis, et vári
bus, et Spíritûs S
tributiónibus.

℟. *br.* Quanta au
et cognóvimus! *
allelúia. Quanta.
tres nostri * narra
bis, * Allelúia. G
tri. Quanta. *Ps.*
℣. Patres nostri
vérunt nobis ℟. O
operátus es in dieb
Ps. 43.

AD SEXT

Ant. 3. a. Notu

Capitulum. 2

Non sumus sic
mi, adulterantes
Dei; sed ex sinceri
sicut ex Deo, cor
in Christo lóquimu
℟. *br.* Ecce lábi

bo, * Allelúia, è. ℣. Dómine, * Allelúia. Gló-

am tuam non corde meo: tem tuam et sa- dixi. *Ps.* 39.

NONAM.

Evangélii.

.UM. I. *Thess.* 2. páti sumus à Deo, ur nobis Evan- lóquimur, non aibus placentes, ui probat corda

lóquia Dómini, sta, * Allelúia, ia. ℣. Argentum* nátum, * Allel. quia. *Ps.* 11. m elóquium tu- nter; ℟. Et ser- lilexit illud. *Ps.*

VESPERAS.

VENIMUS ad vos Evangélio Chris- abentes crescen- estræ, in vobis, allel. 2. *Cor.* 10. Cúpidè volebá- re vobis non so- gélium Dei, sed as nostras, alle- ess. 2.

. Spem quæ re- obis in cœlis, au- rbo veritátis E- quod pervénit ad ia. *Colos.* I.

Ant. 2. D. Dignè Evangélio conversámini, in uno spíritu unánimes, collaborantes fidei Evangélii; quia vobis donátum est ut in Christum credátis, allelúia. *Philip.* I.

Ant. 3. a. Glória, honor et pax omni operanti bonum, in die cùm judicábit Deus occulta hóminum secundùm Evangélium meum, allelúia. *Rom.* 2.

CAPITULUM. *Baruch.* 4.

Hic liber mandatórum Dei, et lex quæ est in æternum: omnes qui tenent eam, pervénient ad vitam; qui autem dereliquérunt eam, in mortem.

Hymnus, Christi. 545.

℣. Suscitávit Dñus testimónium in Jacob, ℟. Et legem pósuit in Israel. *Ps.* 77.

Ad Magníficat. *Ant.* I. Quod audivimus de verbo vitæ, annuntiámus vobis; ut et vos societátem habeátis nobiscum, et societas nostra sit cum Patre et cum Fílio ejus Jesu Christo, allelúia. I. *Joan.* I.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit commem. S. Cleti, Papæ et Mart. Ant. Eccè. ℣. In Deo. ij. *Oratio, ut infrà.*

DIE XXVI.

SANCTI CLETI,

PAPÆ ET MARTYRIS.

Semiduplex.

De Communi unius Mart.

Lectio ij.

Ex Scriptoribus Ecclesiasticis.

Qui Lino in Románâ sede secundus à sancto Petro Póntifex successit, is Græcis ómnibus, excepto Epiphánio, Anenclétus, id est, irreprehensíbilis, Latínis Anaclétus; contracto verò nómine à plúribus Cletus appellátur. Is autem Cletus in antiquíssimis Ecclésiæ Románæ monumentis ab Anacleto prorsùs distingúitur. Illum cum Lino in partem sollicitúdinis assumptum fuisse à beáto Petro, dùm víveret, commúnis est apud antiquos et recentióres non paucos senténtia: quo témpore autem, inter Apostolórum discípulos, tot tàmque præstantes Ecclesiárum erant magistri, illos præ céteris excelluisse opórtuit, quos Apostolórum princeps próprio ipse judício in labórum sócios elégit, et sanctíssima Ecclésia Románа dignos judicávit, qui Apostolórum primo próximi essent in primâ Sedis dignitáte successóres. Hanc ab anno septuagésimo sexto ad octogésimum nonum tenuisse créditur. Cùm autem in Cánone Missæ sanctis Martyribus annumerétur, indè non immérito collígitur hunc pro asserendâ fide áliquid in córpore pertulisse.

Lectio iij.

Ex libro sancti Cy
Unitáte Eccl

Loquitur Dómin
trum : Pasce oves n
per illum unum ad
clésiam suam, et
cendas mandat o
Et quamvìs Apósto
bus parem potest
buat, tamen, ut
manifestáret, una
dram constítuit, e
ejusdem orígine
incipientem suâ a
dispósuit. Hoc era
et céteri Apóstoli
Petrus, pari cons
nóris et potestátis;
dium ab unitáte p
tur, et primátus P
tur, ut una Christi
et cáthedra una m
Hanc Ecclésiæ unit
non tenet, fidem
credit? Qui Ecclési
tur et resistit; qu
dram Petri, super q
dáta est Ecclésia,
in Ecclésiâ se esse
Quómodò solis mu
sed lumen unum;
árboris multi, sed
num tenáci radíce
tum; et cùm de f
rivi plúrimi déflu
merósitas licèt diff
átur exundantis có
táte, únitas tamen
in orígine. Avelle r
lis à córpore, divis
cis únitas non capi

amum, fractus
on póterit. A
e rivum, præ-
Sic et Ecclésia
perfúsa, per or-
idios suos pór-
tamen lumen
íque diffúndi-
as córporis se-
os suos in uni-
n cópiâ uber-
; profluentes
látiùs expan-
nen caput est,
et una mater
ıccéssibus co-
etu náscimur,
trímur, spíri-
nur. Adulterá-
sponsa Chris-
est et pudíca.
ı novit, unius
titátem casto
dit. Hæc nos
ıæc fílios reg-
rávit assignat.
et ad Christi
relinquit Ec-
i. Aliénus est,
hostis est. Ha-
potest Deum
Ecclésiam non
.

ATIO.

átum Cletum
m atque Pon-
ædicandum e-
l perseveran-
i : da nobis,
tióne, fidéles
nplo, et con-
do; Per.

Die xxix.

In Festo

S. MARIÆ ÆGYPTIÆ.

Semiduplex.

Pridiè ad VESPERAS.

Capitulum. *Is.* 54.

Noli timére, quia non confundéris, neque erubesces; non enim te pudébit, quia confusiónis adolescéntiæ tuæ obliviscéris.

Hymnus. S. V.

O vos, cum cítharis júngite cantus,
Cœtus Angelici: fémina sacris
Quondàm puls*a* adytis, débita cœlo,
Nunç ad sidereas tránsvolat arces.

Sacris quæ repulit lóngiùs arcens
Templi liminibus crímine fœdam,
Hæc est illa manus quæ modò amica
Ablútam lacrymis ádmovet aris.

Hæc olim tenebris óbsita densis,
Jàm cœlo nova lux áddita fulget,
Et monstrat faciles prævia portus
Passis naufragium triste pudóris.

Quæ non divus amor péctora mutat!
Ut cœli radius fulsit ab alto,
Urbes, seque fugit: nulla sat altos,

Quò se condat, habet sylva
recessus.
Illi pro thalamo frígida
rupes,
Lautis pro dapibus grámi-
nis herba :
Nec soles calidos veste re-
pellit,
Nec duras hyemes péllibus
arcet.
Patri máxima laus, má-
xima Nato :
Sit laus æqua tibi, Spíritus
alme,
Qui, dùm sacrilegum pellis
amórem,
Puros insinuas córdibus ig-
nes. Amen.

℣. Miserátor et miséri-
cors Dóminus : ℟. Longá-
nimis, et multùm miséri-
cors. *Ps.* 102.

Ad Magníficat. *Ant.* 7. G.
Revértere, aversátrix, ait
Dóminus, et non avertam
fáciem meam; quia sanctus
ego sum, et non irascar in
perpétuum, allel. *Jerem.* 3.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

AD NOCTURNUM.

Invit. Venit Dóminus vo-
cáre peccatóres ad pœniten-
tiam : * Veníte, adorémus,
allelúia. *Luc.* 5.

Ps. 94. Veníte. 130.
Hymnus, O vos. *suprà.*
Tres Psalmi de Feriâ sub
Ant. 2. D. Prosternens se
Dómino, clamábat, dicens :
Súbveni, quæso te, mihi,
Dómine Deus meus, alle-
lúia. *Judith* 9.

℣. Propter nom
Dómine, propiti
cáto meo ; ℟. 1
enim. *Ps.* 24.
Lectio j. de Sc
tribus in unam ji
℟. Si revérte
minus, ad me
non commovéb
à malítiâ cor tu
fias, allelúia,
quos amo, árgu
æmuláre ergò,
tiam age : * La
Apoc. 3.

Lec

Maria Ægy
cennis, tempor
peratóris, reli
bus, Alexándri
itque per ann
cim in eâ civit
Cùm autem
profecta, Calvá
in festo Exalta
Crucis íngredi
divínitùs repu
coram imágine
ginis vovit pœ
licéret sibi viv
lignum vidére
Moxque templ
vidit et adoráv
to trium pan
perceptâque E
Oratório sanct
ripam Jordánis
in vastíssiman
secessit.
℟. Ibat post
os, et meî ob
dicit Dóminus

ducam in so-
loquar ad cor
allel. ℣. Vo-
ectam, dilec-
nisericórdiam
nisericórdiam
* Et ducam.

'io iij.
to viático, de-
ibus, ignóta
is quadragin-
lonec ad tor-
dam occurrit
ésbyter, à quo
sperè in Cœnâ
versam Jordá-
erret sibi Cor-
inem Dómini,
icipatióne tot
rat. Condicto
d eumdem lo-
, quò et María
itátoque Sym-
ne Domínicâ,
accepto étiam
divína dona
ùmque precá-
am, ut, anno
l eumdem tor-
t. Qui cùm eò
spexit corpus
terrâ, in quâ
egit : Sépeli,
, míseræ Ma-
um; redde ter-
a est, et púl-
lverem, orans
e quæ mórior
ræ Passiónis,
t sacræ Cœnæ
a. Pio voto ob-
na.

témperans Zózimas, corpus beátum in ipso loco terræ mandávit. Hic pósteà vitam ejus scripsit, per quam memóriæ ejus venerátio per Oriéntem et Occidentem propagáta est.

℟. Remittuntur tibi peccáta; * Fides tua te salvam fecit: † Vade in pace, allelúia, allelúia. ℣. Delévi ut nubem iniquitátes tuas, et quasi nébulam peccáta tua. * Fides tua te salvam fecit. Glória Patri. † Vade. *Luc.* 7. *Is.* 44.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Veníte, audíte; et narrábo, omnes qui timétis Deum, ℟. Quanta fecit ánimæ meæ. *Ps.* 65.

AD LAUDES.

Psalmi de Feriâ, et sic in ceteris Horis.

Ant. 1. a. Quis Deus símilis tuî, qui aufers iniquitátem, et transis peccátum reliquiárum hæreditátis tuæ? allelúia. *Mich.* 7.

Ant. 3. c. Tu Dóminus Deus meus: postquàm convertisti me, egi pœniténtiam, allelúia. *Jerem.* 31.

Ant. 8. G. Ostendisti mihi, et erúbui; quóniam sustínui oppróbrium adolescéntiæ meæ, all. *Jerem.* 31.

Ant. 4. E. Recogitábo tibi omnes annos meos in amaritúdine ánimæ meæ: corrípies me, et vivificábis me, Dómine, allelúia. *Is.* 38.

Ant. 2. D. Liberasti me de perditióne ; proptereà confitébor , et benedícam nómini Dómini, allelúia. *Eccli.* 51.

Capitulum. *Sap.* 11.

Misereris ómnium, quia ómnia potes; et dissímulas peccáta hóminum propter pœniténtiam : díligis enim ómnia quæ sunt, et nihil odisti eórum quæ fecisti.

Hymnus. S. V.

Ultrix ipsa suos sævit in artus,
Per quos et potuit pulchra placére :
Defórmis macies íncubat ori ;
Sed formam melior grátia pensat.

In pœnam scelerum sæpè recursant
Importúna malæ gáudia vitæ :
Sed versans animo débita noxis
Tot tormenta, graves cómprimit æstus.

Jam tu digna polo, désere terras ;
Placasti lacrymis Núminis iram :
Jam tu pasta sacro córpore Christi,
Æternæ capias pábula mensæ.

Patri máxima laus, máxima Nato :
Sit laus æqua tibi, Spíritus alme,
Qui, dum sacrilegum pellis amórem,
Puros insinuas cór
nes. Amen.

℣. Ad me, Deı
ánima mea contur
℟. Proptéreà mem
de terrâ Jordánis.

Ad Benedictus.
Miseratiónum Dó
cordábor; lauden
super ómnibus qu
dit, et super mul
bonórum quæ laı
secundùm indulgé
am, allelúia. *Is.* 6

Oratio
Largire nobis, n
Deus, ut beáta M
gyptia, quæ, te su
nia diligendo, suc
cépit véniam deli
pœniténtiæ salutár
nobis obtíneat; Pe
num.

AD PRIMA
Ant. 1. a. Quis l
AD TERTIA
Ant. 3. c. Tu Dó

Capitulum. I

Dominabitur tui
cit te : Dóminus
um nomen ejus, et
tor tuus, Sanctu
Deus omnis terræ
tur ; quia ut mulie
relictam et mœren
ritu vocávit te Dó

℟. *br.* Dicam De
ceptor meus es, *
allel. Dicam Deo. ℣.
oblítus es mei? *
allelúia. Glória. Di

ɜtis es, áni-
rè conturbas
n Deo, quó-
nfitébor illi.

:TAM.

:endisti mihi.
ɛ. Jerem. 31.
Dóminus :
ıa à plorátu,
ıcrymis; quia
eri tuo, ait

ʼitam meam *
i, * Allelúia,
℣. Posuisti
* in conspec-
:lúia. Glória.

à me, om-
ɑini iniquitá-
ıiam exaudí-
vocem fletûs

ʼNAM.

ıberasti me.
:M. Tob. 13.
ɴɪ, peccató-
justítiam co-
:dentes quòd
m misericór-
:go autem et
:o lætábimur.
ıblivisci, áni-
ibutiónes Dó-
, allel. Noli.
ıátur * ómni-
ıus tuis, * Al-
Noli oblivis-

ınt lábia mea,

cùm cantávero tibi, ℟. Et ánima mea quam redemisti. *Ps.* 70.

AD II. VESPERAS.

Psalmi de Feriâ.

Ant. 1. *a.* VENIT Fílius hóminis quærere et salvum fácere quod períerat, allel. *Luc.* 19.

Ant. 3. à. Vadit ad ovem quæ períerat, donec invéniat eam, allelúia. *Luc.* 15.

Ant. 6. F. Cùm invénerit eam, impónit in húmeros suos gaudens, allelúia. *Luc.* 15.

Ant. 4. E. Dico vobis : Gaudet super eam magis quàm super nonaginta novem quæ non erravérunt, allelúia. *Matth.* 18.

Ant. 5. a. Ità dico vobis Gáudium erit coram Angelis Dei super uno peccatóre pœniténtiam agente, allel. *Luc.* 15.

CAPITULUM. *Eccli.* 17.

DEUS pœniténtibus dedit viam justítiæ; et confirmávit deficientes sustinére, et destinávit illis sortem veritátis.

Hymnus, O vos. 551.

℣. Glorificábo nomen tuum in æternum ; ℟. Quia misericórdia tua magna est super me. *Ps.* 85.

Ad Magníficat. *Ant.* 4. f. Ubi abundávit delictum, superabundávit grátia ; ut sicut regnávit peccátum in mortem, ità et grátia regnet per justítiam in vitam

ætérnam, allelúia. *Rom.* 5.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit Commem. S. Eutropii, Episc. et Mart. Ant. Eccè Deus. ℣. In Deo. ij. *Oratio, ut infrà.*

Posteà, sancti Adjutoris, Monachi, Ant. Reliquisti. ℣. In umbrâ. xxxj. *Oratio, ut infrà.*

Die xxx.

In Festo

SANCTI EUTROPII,

Episc. et Mart.

Simplex.

De Communi unius Mart.

Lectio iij.

Ex S. Gregor. Turon. de Gloriâ Mart. lib. I. *c.* 56.

Eutropius Epíscopus, in Gállias ad prædicandam fidem missus, post adimplétum ritè munus, apud Sántonas, illíso ab incrédulis cápite, Martyr occúbuit; et ob instantem persecutiónem loco minùs digno sepultus est. Cùmque témporum lapsu nulla nisi nóminis ejus et sanctitátis superesset memória, à fidélibus ut Sanctus, non ut Martyr, habebátur; donec eum pro Christo sánguinem fudisse fuit revelátum. Refert Gregórius Turonensis Palládium Santonensem Epíscopum, qui Concílio Parisiensi quarto et Matisconensi secundo intérfuit, in ejus honórem circa annum Dómini sexcentésimum

Basílicam, extru
quam convocátis
dùm è túmulo sac
pii Relíquias hono
collocandas transf
ex illis Abbátibus
opertório, conspe
tu secúris illísu
Quibus étiam noct
ti idem Sanctus
dicens: Scitóte me
cicatrícem, quam
cápite, martyrium
masse. Ex quo, q
tyr esset innótuit
quia non áderat his
siónis. ¶ Eódem die
ad Séquanam óbiit
re et cilício sanctus
qui post milítiam
grinatiónem sacrar
entem, redux in
captivitáte, quâ m
ereptus fuisse trádi
Abbátis Tironensis
tiâ illic se cellâ
rat.

Oratio.

Deus, qui per be
trópium Mártyre
atque Pontíficem
pópulos de ténebri
cem veritátis veni
ti: da nobis ejus
sióne, in fide stábi
spe Evangélii quo
cávit immóbiles pe
Per Dóminum.

AD LAUDE

Pro Commem. sa
jutoris, *Ant.* Pars m
minus. ℣. Clamávi.

Oratio.
ns sempiterne
na pro te cal-
rces magna ni-
bis exemplo et
e beáti Adjutó-

ris, cujus solémnia celebrámus, temporália despícere, et ad æterna totâ mentis intentióne festináre; Per.

Deindè fit Com. Crucis.

FESTA MAII.

Die I.
SS. Apost.
I et JACOBI.
x-majus.
VESPERIS.
et sic in toto Off.
it Jesus exíre in
ilæam, et invé-
m, et dicit ei:
, allel. *Joan.* 1.
Invénit Philip-
ael, et dicit ei:
sit Móyses in le-
étæ, invénimus
n Joseph à Náza-
ia. *Joan.* 1.
. Dixit ei Na-
Názareth potest
i esse? Dicit ei
Veni et vide,
n. 1.
l. Elégit Jesus,
nominávit Phi-
cóbum Alphæi,
. 6.
. Docébat eos in
ità ut miraren-
erent: Nonne
fílius? et fratres
s, et Joseph, et
Judas? allelúia.

Capitulum. *Is.* 61.

Scient in géntibus semen eórum, et germen eórum in médio populórum: omnes qui víderint eos, cognoscent illos; quia isti sunt semen cui benedixit Dóminus.

℟. Vidébunt glóriam meam, et ponam in eis signum, et mittam ex eis ad eos qui non audiérunt de me; * Et †Annuntiábunt glóriam meam géntibus, allelúia, allel. ℣. Manifestávi nomen tuum homínibus quos dedisti mihi de mundo: sicut tu me misisti, et ego misi eos; * Et annuntiábunt. Glória. †Annuntiábunt. *Is.* 66. *Joan.* 17.

Hymnus. C.

Dum morte victor óbrutâ
Ab ínferis Christus redit,
Vos pángimus, diræ necis
Vitæque testes rédditæ.

Vobis datum præ céteris
Latus Magistri cíngere:
Vobis futúræ sédulus
Arcána credit glóriæ.

At, ille privátim suæ
Dùm núntiat crucis probrum,

Cur horret humánus nimis,
Qui décipit sensus, amor?
OPORTUIT Christum pati,
Qui pósteà resúrgeret:
Illinc homo verus patet;
Hinc se probat verè Deum.
ILLOS magister qui doces,
Tu, Christe, tu nos érudi:
Si quid latet, tu détege;
Amáre da quod jàm patet.
DA, Christe, nos tecum mori;
Tecum simul da súrgere:
Terréna da contémnere;
Amáre da cœléstia.
¶ SIT laus Patri; laus Fílio,
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad astra secum dux vocat:
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

¶ *Post Ascensionem, Doxol.* Qui victor. *et sic in ceteris.*

℣. Glória virtútis eórum tu es; ℟. Quia Dómini est assúmptio nostra. *Ps.* 88.

Ad Magníficat. *Ant.* 6. F. Dixit Jesus Philippo: Si quis mihi ministrat, me sequátur; et ubì sum ego, illic et minister meus erit, allelúia. *Joan.* 12.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

AD NOCTURNUM.

Invit. Christum Apostolórum Magistrum et Dóminum, * Veníte, adorémus, allelúia. *Joan.* 13.

Ps. 94. Veníte. 130.

HYMNUS. C

PRÆDICTA Christi m
est;
At vos, timóri párci
Nil indè, nil caros p
Remittet in fratres a
DURATE fortes: in
Mundi tumultus spé
Deo volente, túrbi
Seréna succédet dies
COELI perennę gá
Solábitur luctus bre
Brevem triumphum
Æternus óbruet dol
QUI carne frater i
Mortem perémit cór
Divinitátis vos suæ
Dignábitur consórtio
DA, Christe, ut s
¶ SIT laus Patri, a

Ant. sola. I. a. Cùm
set Jesus quia multitu
xima venit ad eum
ad Philippum: Undè
et Maximiáno óc-
ibus, cápitis de-
e complévit. Un-
ius magnus, ser-
úmulum illíus há-
atális ejus, ómni-
táte notum fuisse
morte ad cœleste
ervenisset, testá-
so ágmine conflu-
ad solemnitátem
nque sepulcri ur-

nam ambiisse genu flecten-tes, pectus tundentes, et voces oratiónis ac confessiónis emittentes. Idem non multò pòst áliquot ejus relíquias in Gálliam ad Palládium Santonensem Epíscopum misit; álias autem sancto Wandregísilo in Néustriam ante ejusdem séculi finem Vitaliánus Papa destinávit. Deníquè in Constantiensi quoque Diœcési, Ecclésia parochiális ejus nómine, olim insignis Priorátus, háctenùs persevérat.

Oratio, Excita. xxiij.

AD LAUDES, fit Comm. S. Pancratii. Ant. Bonum certámen. ℣. Adjútor. *Oratio*, Adesto. v.

Die xiv.
In Festo
SANCTI PACHOMII,
Abbatis.
Semiduplex.
De Communi Abbatum.

Lectio ij.
Ex vitis Patrum.

Pachomius in Thebáïde natus, parentes idolólatras hábuit. Christianórum erga mílites benéficâ caritáte motus, Christi fidem et baptismum suscépit, et Palæmónis disciplínæ se trádidit, ut cum eo vitam Anachoréticam ágeret. Morabantur simul, texébant cilícia, et laborábant mánibus suis; vigíliis et continuis ferè jejúniis corpus affligébant. Pa-

chómius legendis Scriptúris assíduus, eas memóriter dídicit. In vico Tabennensi habitatóribus vácuo monastérium cóndidit, Régulamque ab Angelo accépit, ad quam discípulos institúeret. Per quíndecim annos stans, et nec dorsum quidem paríeti reclínans, somnum cepit.

Lectio iij.

Octo monastéria Mónachis úndiquè ad illum accurréntibus ædificávit; præcípiens eis ut habérent moderátum cibum, vilíssimam vestem, somnum étiam competentem. Validióribus validióra ópera, infirmióribus levióra imponébat. In solemnitátibus ex vicínis locis Presbyteros advocábat, qui sacra perágerent, et discípulis sibique corpus et sánguinem Christi Dómini ministrárent. Nullum enim inter Mónachos, qui Clericátûs offício fungerétur, admittébat. Construxit étiam monastérium, in quo vírgines Deo dicátæ Mónachos æmulabantur, prævià et imperante ipsíus soróre. Pachómius tandem labóribus et áspero vivendi génere confectus, ánimam Deo réddidit circa annum Christi trecentésimum quadragésimum-octávum, annos natus quinquaginta-septem.

Oratio, Da nobis... Dómine. xxxiv.

Die xv
In Fes
SANCTI BRA
Abbati
Semidu
De Communi

Lect
Brandanus sæ
tannis Brandwa
Broaládrus appe
tis Finnáno, C
Comogello in E
ætáneus vixit. I
Británniam tran
signe apud Carv
nastérium in o
marítimâ, tértiu
tum Caidócum à
tum memorátur,
piéntiæ et regul
vántiæ laude re
bráturque régu
témpore post ej
à successóribus ej
juxta quam suan
pulórum vitam in
tes étiam liberále
dis nobilium filiis
ex omni províncii
tur, erectâ ibíde
prælegi vóluit, e
diérunt, illustres
ri in Gálliis Antist
vallus et Maclóvi
quem Brandános
baptizáverat, mon
te indútum, ad pr
nis étiam ministeri
successu formávit
juventútem ingres
gimen Gummicastr

ı sine quâdam pó-
tióne raperétur.
: concitátâ in u-
invídiâ , ambo
témpori arbitrá-
â peregrinatióne,
nis ínsulas per
n circuiérunt; et
plerisque pietáte
, visitátisque sanc-
ı quibusdam eá-
is quàm homíni-
ŏres vívere audíe-
Orcadas in pátri-
runt. Brandánus
ı à malévolis frá-
ıastérium réperit;
verò ad patrem
ɔérstitem missus,
ı inter suos mansit.

Lectio iij.

ntimátâ Brandáno
Gallicánæ neces-
ud hinc iter Ma-
opósitum ac sug-
t, in quo ille car-
;uini non acquié-
bícibus à patre ap-
t Dei vocatiónem,
ri auctoritátem op-
ɔ ígitur in comitá-
npto, cum áliis pri-
:ris sóciis mari se
, et ad ínsulam in
n angélicæ conver-
Abbas sedem fíxe-
lícuit; à quo non
st ministérium su-
s pópulis exhibére
s est. Brandánus ve-
ıtróque aliquándiù
ıtus, repertâ navi quâ Británnicis oris redderétur, Constantiensis pagi littus relégit, allapsusque Gerséiæ ínsulæ, ad sinum et portum qui háctenùs ab ipso sancti Broaládri aut Brandwalátri dicuntur, oratiónis causâ divertit, ubi deinceps Ecclésia parochiális sub ejus nómine constructa est. Déniquè in Hibérniam regressus, in sorória suæ Brigæ monastério, Enachdim dicto, anno Dómini quingentésimo septuagésimo octavo, ætátis verò suæ nonagésimo-quarto, décimo-séptimo Calendas Június, vitâ functus est, et sepultus in civitáte Cluainfertâ, intra Ecclésiam ab ipso extructam, in quâ pósteà sedes Episcopális in honórem ejus erecta, ipsique Præsules, pátriâ linguâ, sancti Brandáni Comorbáni, id est, vicárii vel successóres appelláti sunt.

Oratio, Da nobis, quæsumus, Deus noster. xxxiv.

VESPERÆ de S. Brandano. A Capitulo de Sequenti. Oratio propria, ut infrà.

Fit Comm. S. Brandani. Ant. Atténdite. ℣. Justus. xxxvj. *Oratio*, Da.... Deus. xxxiv.

Deindè S. Peregrini, Episc. et Mart. Ant. Bonum certámen. ℣. Adjútor. *Orat.* Omnípotens. v.

Die xvii.

In Festo

S. JOANN. NEPOMUCENI, Presbyteri, Canonici Pragensis in Bohemia et Martyris.

Semiduplex.

De Communi unius Mart.

Lectio ij.

Ex Act. Canonizat.

Joannes, Nepomúci Bohémiæ óppido, undè Nepomucéni cognómen duxit, à paréntibus ætáte provectis ortus, adhuc infans magna futúræ sanctitátis dedit indícia. Sacerdótio initiátus, ministério verbi Dei totum se dedit. Inter Canónicos Pragensis Ecclésiæ cooptátus, Evangélii coram Rege Wencesláo quarto prædicandi munus summo cum fructu obívit. Régiis illum eleemósynis in páuperes erogandis præfectum Joanna Regína consciéntiæ sibi moderatórem ascívit, et, eo duce, in christiáná pietáte multùm profécit. Cùm autem Wencesláus in vítia præceps abriperétur, piæque cónjugis obtestatiónes et mónita gravátè ferret, conténdere ausus est, ut in sacro tribunáli crédita Regínæ arcána, sibi à Joanne panderentur. At Dei minister blandítiis primùm, torméntis deindè, et cárceris squalóre tentátus, nefáriæ Regis cupiditáti fórtiter óbstitit. Tandem Re-

gis império in flumen
dávam Pragam inte
noctu dejectus, ill
novi generis martyri
nam est consecútus.
miráculis clarum Ben
décimus tértius Pónti
ximus tanquàm prim
cramentális sigilli a
rem, arcáni fidem s
obsignantem, san
Mártyrum catálogo
sit.

Lectio iij.

De S. Peregrin

Ex vitâ sancti Ger

Antissiod.

Peregrinus à Sixto
do cum quibusdam
pro divínæ fídei pro
óne in Gállias trans
primus Antissiodóri
pus fuit : ubì cùm a
co zelo et multâ soll
ne Evangélium infi
prædicasset, et mi
rum frequéntiâ ac m
dine confirmasset, ill
prio sánguine in ma
ocletiáni persecutión
tyrii corónam adept
signávit. Illum Máii
sextâ in loco cui B
nomen est, passum,
sepultúræ tráditum
Martyrológium quod
Hierónymi nómine
bitur.

Oratio.

Deus, qui beátum Jo
Sacerdótem, pro tuer
créti sacramentális le

ıvâ Martyrii coró-
re dignátus es : eo
ıte, da nobis et
· tacére, et sapien-
Per Dóminum.
ıUD. fit Comm. S.
Antiph. Justum.
i. vij. Oratio, Om-
v.
)ie xix.
ı Festo
TI IVONIS,
esbyteri.
niduplex.
mmuni Presbyt.
ectio ij.
su Canonizat. a-
Bollandum.
iœcési Trecorensi
paréntibus natus,
arisiórum, deindè
tteris óperam de-
t inter lúbricos a-
æ ímpetus, cas-
ısto córpore men-
ret, à vino et cár-
tinére cœpit, id-
›tum vitæ tempus,
ùs et aquâ conten-
vávit. Judex Ec-
s ab Archidiácono
ısi primùm, tùm à
píscopis Trecorén-
ıno scílicet et Gáu-
stitútus, ut spiritu-
ercítiis et caritátis
ım se daret, mu-
ávit, unamque Pa-
er octo annos, ál-
annos decem sanc-
ıit. Páuperum, vi-
orphanórum, alió-
rumque miserabílium fuit Patrónus vigilantíssimus et indefessus; ità in indigentes liberális, ut quidquid habéret, in eórum usus expénderet. Ejus domus páuperum erat públicum hospítium.

Lectio iij.

Orationi et verbi Dei prædicatióni vacábat assíduè. Aliquandò bis et ter in die conciónes habébat ad pópulum. Nec ad concionandum accedébat, quin priùs preces ad Deum fudisset, sæpiùs étiam lácrymis obortis. Inter concionandum multóties flere visus est. Tanta in eo erat dicendi vis, ut ipse Spíritus divínus loquenti verba suggérere viderétur. Multa mirácula per ipsum Deus operátus est. Prídiè quàm morerétur, extrémam Unctiónem máximâ cum reveréntiâ suscépit, super strámine jacens. Mórtuus est anno ætátis círciter quinquagésimo, anno autem Dómini millésimo trecentésimo tértio; et à Clemente sexto Sanctórum catálogo solémniter est ascriptus. Caput ejus asservátur in Ecclésiâ, olìm Cathedráli, civitátis Trecorensis, ubi religiósè cólitur.

Oratio.

Deus, qui beátum Ivónem Presbyterum misericórdiæ viscéribus implevisti : præs-

ta, quæsumus, ut quem páuperum patrem tuâ grátiâ effecisti, benignum apud te júgiter habeámus intercessórem; Per.

Die xxi.
In Festo
SANCTI ORTARII,
Abbatis.
Semiduplex.
De Communi Abbatum.

Lectio ij.

Ortarius, intra pagum Constantiensem, Pátribus institúti monástici post Marculphum, Paternum, et Scubiliónem fácilè annumerandus, nec ipsâ ætáte ádmodùm fuit inférior; síquidem ejus témpore, ethnicæ superstitiónis relíquiæ totâ regióne plúrimæ superfuisse scribuntur, et primæ illæ Basílii, Cassiáni, et aliórum Patrum Orientálium régulæ, solæ adhuc in harum pártium monastériis celebrabantur. Horum unum, abjectâ spe séculi et ingentis hæreditátis quam avíta domûs nobílitas offerébat, cùm annos tantùm duódecim natus esset, ingressus est Ortárius, et in eo ad annum usquè quinquagésimum omni se virtútum génere exércuit, jejúniis et vigíliis castigáto córpore; excolendæ étiam cordis humilitáti, et bonis occultandis opéribus vigilántiùs intentus, inter quæ cibos à Præpósito monastérii plerumquè distrib... tenter egéntibus, ... tiam vestem, ut eó... ditátem contégere... se tráditur. Post ... ginta octo in o... transactos, ad vici... dellæ monastériu... pater obíerat, co... di fúneris causâ mi... peractis exéquiis, ... reverti cógitat, à ... hujus monastérii ... nium ore in Abbá... tus est. Quod ille ... rátus, maturátâ f... ad rupem montis c... sexto se à monasté... liário abscónderat; ... culo cœlesti, detec... bus látebrâ, inve... dem et abductus, ... Dei voluntáte, car... nus suscipere coact...

Lectio iij.

Igitur in Abbáte... dictus, præfectúra... abstinéntiæ et au... exemplis exércuit ... hordeáceo, quem ... mánibus conficiéba... nisi ad únciam una... bum sumpto, nec ... præter aquam, eoq... císsimè, et ad tértiu... sæpissimè prorogá... pállio, sacco nigro ... dulo circumtectus, ... subtus túnicam, su... do córpore, caten... tringébat. Non tam...

íte calamitósos
váriis morbis
ui ad se adduce-
cipiébat : inter
; manum man-
ictam habenti,
leprósæ toti re-
tis, oratióne suâ
sanitátis impen-
témpore, látiùs
t virtútis ejus ac
e, plures ei, sé-
cientes, adjunc-
ejus disciplínis
tur. Plúrima quo-
ntia dona eídem
obláta sunt, quæ
idis paupéribus,
redimendis ex-
erat ei magnum
salútis desidé-
n pópulos vidéret
iuc ex parte simu-
cúltui déditos,
ncitante Spíritu,
útis prædicáto,
rimos, castra et
mbulando, per-
idem. Obiit annos
o et nonaginta,
ptimo Calendas
in Oratório quod
Genitríci sacrum
tat, sepultus est.
eà ad álterum Ec-
s, inter solemnes
s Férias, duodé-
idas Júnii trans-
náximè die, tàm
m ejus, quàm ad
altária per totam
im ejus honóri
verna.

pósita, adversùs parálysim et arthríticos morbos, comprobátâ sæpiùs intercessiónis ejus efficáciâ, concurréntibus pópulis, invocátur.

Oratio.

Deus, bonórum óperum auctor et remunerátor, qui in beáto Ortário Abbáte humilitátis et pœniténtiæ nobis exemplar ostendisti : da, quæsumus, ut angustam viam, per quam ille præcessit, fidéliter insistentes, ad regnum cœleste perveníre mereámur; Per.

Die xxiii.

In Festo

SS. MARIÆ JACOBI, ET SALOMES,

et omnium SS. Mulierum Christi ministrarum.

Semiduplex.

IN I. VESPERIS.

Capitulum. *Hebr.* 6.

Non injustus Deus, ut obliviscátur óperis vestri, et dilectiónis quam ostendistis in nómine ipsíus, qui ministrastis sanctis, et ministrátis.

Hymnus.

Fortes clientas concinimus Crucis,
Christi docentis discipulas, Dei
Testes resurgentis, novæque
Partícipes sociasque vitæ.

Turpi magistrum de cruce péndulum
Monstrârat illis viva Deum

fides;
Amóris in signum, sepulto
Eccè ferunt pia dona Christo.

Demissus alto núntius æthere
Solátur ægras, narrat et ínclytum,
Quem, morte calcátâ, resurgens,
Christus ovans retulit triumphum.

Tunc è sepulcro prótinùs ádvolant:
Fidem labantûm córdibus érigunt;
Firmatque nutantes virórum
Alloquium muliébre mentes.

Quæ præstitérunt Angelicas Deo,
Mortále corpus dùm gereret, vices;
Nunc et salútem nuntiando,
Angelicas subière partes.

Fac, Christe, fervens nos doceat fides
Jàm non latentem sponte Deum sequi,
Et quos reposcis nunc odóres
Innocuæ tibi ferre vitæ.

Laus summa Patri; summaque Filio,
Victâ triumphat qui nece fortior:
Urens amóre corda sacro,
Glória sit tibi summa, Flamen.

Amen.

℣. Non discédimus à te,

Dómine; vivificàbis n
℟. Et nomen tuum
cábimus. *Ps.* 79.

Ad Magnificat. *Ant.*
Stabant juxta cruce
Mater ejus, et soror
ejus María Cléophæ,
ría Magdaléne, al
Joan. 19.

Oratio, ut infrà ad l

AD NOCTURN

Invit. Dóminum q
nifestat se diligéntib
* Veníte, adorémus
lúia. *Joan.* 14.

Ps. 94. Veníte. 1
Hymnus, Fortes.
Super Psalmos de
Ant. 8. c. Sapiént
nítur ab his qui quæ
lam, allelúia. *Sap.*
℣. Innocentes et r
hæsérunt mihi, ℟. Q
tínui te. *Ps.* 24.

Lect. j. de Scrip
tribus in unam junct

℟. Cùm transisset
tum, María Magda
María Jacóbi, et Sal
mérunt arómata, ut
tes úngerent Jesu
lúia, allelúia. ℣. D
rex in accúbitu suo
mea dedit odóren
*Emérunt. *Marc.* 16

Lectio ij.

Sermo sancti Joann
sóstomi.

Hom. 89. *al.* 8
Matth.

Consideres velim
siduæ sint mulieres

Jesum ministran-
ıquè ad perícula
Ideòque ómnia
t, quómodò cla-
expiráverit, quó-
æ scissæ sint, cé-
ınia. Ipsæque pri-
ı vident; hicque
:imè damnátus,
ıórum spectáculo
ıod máximè illá-
údinem commen-
ıuli fugérunt, il-
:t. Quænam illæ
ter ejus, quam di-
, et réliquæ. Cur
ıident? nihil ad-
ım vel sublíme de
nt. Ideòque un-
ılérunt, et prope
manébant; ut si
ı furor sedarétur,
: et corpus únge-

t María Magdalé-
ıra María, vidére
; et eccè terræ
:tus est magnus:
enim Dómini des-
:œlo, et accédens
ıpidem, allelúia,
. Vicínæ Sion vi-
celeritáte salú-
,quæ supervéniet
'e magno et splen-
:no. * Angelus.
Baruch. 4.
Lectio iij.
ılíerum fortitúdi-
s amórem? vides
:m in expensâ ùs-
ortis perículum?

Hasce mulíeres imitémur viri: ne Jesum in tentatiónibus relinquámus. Illæ in mórtuum tot impendérunt in vitæ suæ perículum; nos autem, nec esurientem álimus, nec nudum indúimus, sed illum mendicantem videntes prætercúrrimus. Sanè si ipsum Christum viderétis, sua sínguli profúnderent. Sed nunc idem ipse est. Ipse namque dixit: Ego sum. Cur ergò non ómnia effundis? Etenim nunc dicentem audis: Mihi facis. Neque quidquam ínterest utrùm huic, utrùm illi déderis, neque minùs féceris, quàm mulíeres illæ, quæ tunc ipsum nutriébant.

℟. Valdè manè véniunt ad monumentum; et * Dicébant ad ínvicem: Quis revolvet nobis lápidem ab óstio monumenti? Et respicientes vidérunt revolútum lápidem, allel., allel. ℣. Desidérium suum justis dábitur. * Dicébant. Glória.* Dicébant. *Marc.* 16. *Prov.* 10.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Ad vésperum demorábitur fletus, ℟. Et ad matutínum lætítia. *Ps.* 29.

AD LAUDES.

Ant. Mulieres introeuntes in monumentum, vidérunt júvenem sedentem in dextris coopertum stolâ cándidâ, et obstu-
1. g.

puérunt, allelúia. Marc. 16.

Ant. 8. G. Respondens autem Angelus, dixit muliéribus: Nolíte timére; scio enim quòd Jesum quæritis: non est hìc, allel. *Matth.* 28.

Ant. 7. d. Surrexit sicut dixit; veníte, et vidéte locum ubi pósitus erat Dóminus, allelúia. *Matth.* 28.

Ant. 2. D. Recordámini.

Canticum. *Cant.* 3.

Quæsivi quem díligit ánima mea; * quæsívi illum et non invéni.

Surgam, et circuíbo civitátem; * per vicos et pláteas quæram quem díligit ánima mea.

Quæsívi illum, * et non invéni.

Invenérunt me vigiles qui custódiunt civitátem: * nùm quem díligit ánima mea, vidistis?

Paúlulùm cùm pertransissem eos, invéni quem díligit ánima mea: * ténui eum, nec dimittam.

Ant. Recordámini quáliter locútus est vobis, dicens: Quia oportet Fílium hóminis tradi in manus hóminum peccatórum, et crucifígi, et die tértiâ resúrgere, allelúia. *Luc.* 24.

Ant. 3. a. Citò euntes, dícite discípulis ejus quia surrexit, et eccè præcédit vos in Galilæam: ibi eum vidébitis, allelúia. *Matth.* 28.

Capitulum. *Jo*

Ibitis, quærétis ...
veniétis, cùm quæ...
in toto corde vest...
véniar à vobis, ...
nus.

Hymnu...

Christum fidéles
Clausum sepulcro
Ut cùm benignâ f...
Olìm manu miráe

Sed vana fertis
Piâ parastis quæ ...
Hæc ferte dona ...
Non his eget vive

Intus sed ingen...
Vos urget, et ferv...
Christo placent h...
ra:
Hæc prima Chri...
tulat.

Quem planxerát
Fessum Crucis sub
Surgens sepulcro
Testes facit vos gl...

Da, Christe, ...
mori;
Tecum simul da ...
Terréna da contém...
Amáre da cœléstia

¶ Sit laus Patri ...
lio,
Qui nos, triumph...
Ad astra secum d...
Compar tibi laus, ...
Amen.

℣. Narráte ómn...
lia ejus; ℟. Laud...
nómine sancto ejus

Ad Benedictus.
Exiérunt mulier...
monumento, cum

magno, currentes
liscípulis, allelúia.
3.

Oratio.

:ui tàm viventi
ortuo sanctæ mu-
ría Jacóbi, Saló-
ociæ devótis stu-
obséquiis famulá-
:, quæsumus, eá-
pietátem sic sincé-
bus imitári; ut si-
d solátium appa-
vívus à mórtuis,
ad præmium ali-
istus judex appá-
vivis.

PRIMAM.

g. Mulíeres.

TERTIAM.

G. Respondens.

pitulum. *Is.* 66.

do si cui mater
ir, ità ego conso-
s; et in Jerúsalem
mini, et vidébitis,
oit cor vestrum.

Lætétur* cor quæ-
Dóminum, * Al-
allelúia. Lætétur.
ite Dóminum, * et
mini, * Allelúia.
Lætétur. *Ps.* 104.
ærite Dóminum, et
ejus; ℟. Quærite
us semper. 1. *Pa-*

SEXTAM.

. d. Surrexit.

itulum. *Mich.* 1.

minus Deus vobis
, Dóminus de tem-

plo sancto suo. Quia eccè Dóminus egrediétur de loco suo, et descendet: et calcábit super excelsa terræ.

℟. *br.* Veníte * et vidéte ópera Dómini, * Allelúia, allel. Veníte. ℣. Quæ pósuit prodígia * super terram, * Allelúia. Glória. Veníte. *Ps.* 45.

℣. Salvávit sibi déxtera ejus, ℟. Et bráchium sanctum ejus. *Ps.* 95.

AD NONAM.

Ant. 3. a. Citò euntes.

Capitulum. *Tob.* 12.

Sacramentum regis abscóndere bonum est; ópera autem Dei reveláre et confitéri honoríficum est.

℟. *br.* Circúmdate Sion: * narráte in túrribus ejus, * Allelúia, allelúia. Circúmdate. ℣. Quóniam hic est Deus, * Deus noster, * Allelúia. Glória. Circúmdate.

℣. Deus noster in séculum séculi: ℟. Ipse reget nos in sécula. *Ps.* 47.

AD II. VESPERAS.

Ant. 1. f. Regressæ sunt mulíeres à monumento; erat autem María Magdaléne, et María Jacóbi, et céteræ quæ cum eis erant, allelúia. *Luc.* 24.

Ant. 3. a. Et eccè Jesus occurrit illis, dicens: Avéte. Illæ autem accessérunt, et tenuérunt pedes ejus, et adoravérunt eum, allelúia. *Matth.* 28

Ant. 4. E. Ait illis Jesus : Nolíte timére : ite, nuntiáte frátribus meis, ut eant in Galilæam; ibi me vidébunt, allelúia. *Matth.* 28.

Ant. 6. F. Dicébant ad Apóstolos hæc. Petrus autem surgens, cucurrit ad monumentum, et procumbens vidit linteámina sola pósita; et ábiit secum mirans quod factum fúerat, allelúia. *Luc.* 24.

Ant. 7. d. Cùm abiissent mulíeres, eccè quidam de custódibus venérunt in civitátem, et nuntiavérunt princípibus Sacerdótum quæ facta fúerant, allelúia. *Matth.* 28.

CAPITULUM. *Joel.* 2.

SCIETIS quia in médio Israel ego sum: et ego Dóminus Deus vester, et non est ámpliùs; et non confundétur pópulus meus in ætermum. Et erit post hæc : Effundam Spíritum meum super omnem carnem; et prophetábunt fílii vestri et fíliæ vestræ.

HYMNUS.

CLARÆ per orbem féminæ,
Christi ministræ páuperis,
Vos unus ardor júnxerat,
Vos una jungit glória.

QUI cuncta pascit próvidus,
Humána cùm factus caro
Terris videndum se dedit,
Pavistis hunc vos sédulæ.

AMORIS ô miras vices!

Quem vos cibastis in
Nunc ipse vobis, pr
Se juge dat convívi

DA, Christe, no
mori;
Tecum simul da súr
Terréna da contém
Amáre da cœléstia.

¶ SIT laus Patri;
lio,
Qui nos, triumphát
Ad astra secum du
Compar tibi laus,
Amen.

℣. Confitébimur
invocábimus nome
℟. Narrábimus
tua. *Ps.* 74.

Ad Magníficat. *A*
Erant Apóstoli per
tes unanímiter in
cum muliéribus
matre Jesu; et rep
omnes Spíritu Sa
lelúia. *Act.* 1. *et* 2.

Oratio, ut suprà ad

DIE XXV.
In Festo
S. PHILIPPI NE
PRESBYTERI.
Semiduplex.
De Communi Pre

Pridiè AD VES
fit Comm. S. Urban
et Mart. Ant. Ecc
Deo. ij. *Oratio*, Fac

LECTIO ij

PHILIPPUS Nérius
réntibus Florentiæ
amplâ pátrui hæred
missâ, Romam se c
ubi pœniténtiæ et

que opéribus, æ et theológiæ ummâ cum laude nno ætátis trigé-, ex obediéntiâ ordinátus, totum procurandæ aalúti, confessióiendis ad extréè diem assíduus, propè filios :perit; atque ut ii quotidiáno páramentórum fre-t áliis enutrirenis exercitatióniórii congregatiótuit. Nullum est fficium quo egéperes prosecútus; álios cibis et vesefficiens, hospítio)iens; modò ado-, sive ad lítteras, tes discendas neiministrans auxíeligiónem íngredi liberáliter subuàm autem altas ces égerit chrisilitas, haud dú-t tùm summa ilírias excépit pam ea invincíbilis, quâ ecclesiástátes, étiam prinon semel ultrò ecusávit. Vigíliis, t labóribus conno Christi millégentésimo nonainto, postquàm Sacrum máximâ spíritûs exultatióne perégit, quâ horâ ipse prædíxerat, octogenárius obdormívit in Dómino. Quem Gregórius décimus-quintus miráculis clarum in Sanctórum númerum rétulit.

Lectio iij.

De S. Urbano.

Urbanus post Callixtum Románus Epíscopus electus est, sub finem anni ducentésimi vigésimi-tértii, imperante Alexandro Sevéro, qui, licèt Christiánis minimè infensus, tamen nec statim nec ubíque persecutiónem compéscuit. In Actis Sanctæ Cæcíliæ dícitur Urbanus Martyres suis exhortatiónibus roborasse, et multos ex éthnicis ad fidem convertisse. Ipse autem pro Ecclesiâ Dei multa passus, transactis in Pontificátu septem annis, migrávit ad Dóminum, et Pontiánum hábuit successórem. Sepultus est in cœmetério Prætextáti, atque prisco ritu Románæ Ecclésiæ cólitur ut martyr. Ejus Festum sexto século in Galliis devotíssimè celebrabátur, ut constat ex testimónio Fortunáti, et antíquis Sacramentariis.

Oratio.

Deus, qui sanctum Philippum Nérium Sacerdótem tuum, Sanctórum glóriâ sublimasti: concéde propí-

tius ut cujus festo lætámur, ejus virtútum proficiámus exemplo; Per.

AD LAUD. fit Commem. S. Urbani, Papæ et Mart. Ant. Bonum. ℣. Adjútor. *Oratio*, Fac nos. v.

VESPERÆ de S. Philippo. A Capitulo, de seq. Et fit Commem. S. Philippi, Ant. Ubi. ℣. Dómine. xxix. *Oratio, ut suprà.*

Die xxvi.

In Festo

SANCTI AUGUSTINI,

Episc. et Anglorum Apost.

Semiduplex.

De Communi Pontificam.

Lectio ij.

Augustinus, ut ait Gregórius Magnus, fuit in monastérii régulâ doctus, sacræ Scriptúræ sciéntiâ replétus, bonis, auctóre Deo, opéribus præditus. Ab eódem Gregório missus est ut Anglórum genti Evangélium prædicáret. In ínsulæ partem áppulit, cujus rex Æthelbertus. Cómites hábuit Mónachos Italos, et Cléricos quosdam Gallos, qui fuérunt Italórum intérpretes, et óperis adjutóres. Augustíno duce, disseminátum est cum úbere fructu Evangélii semen, annuente rege; sed imprímis favente Berthâ Chariberti Francórum regis fíliâ, Æthelberti uxóre. Ipse rex se Christi jugo subjécit.

Lectio ii

Interim repétiit G
gustínus, ut sibi
júngeret commin
ab Arelatensi Pra
gílio Episcopus e
tus. Ipse deindè i
reversus, sedem s
tuáriæ fixit; ádeò
pagáta est per to
nem illam Relig
uno die hómine
cem míllia fúeri
baptizáti. In Gall
clésiis diversæ er
clésiâ Románâ c
nes. Super his
Gregórium Mag
respondit : Ex sin
busque Ecclésiis
quæ religiósa, qu
cita invenisset,
in fascículum col
Anglórum mente
suetúdinem depó
dem ab idolórum
Christi fidem per
ferè Angliâ, vigé
Máii, circa annum
tésimum séptimum
defunctus est.

Orati

Deus, cujus ine
sericórdiâ beátus
Augustínus in gé
vangelizávit inve
divítias Christi : c
jus intercessióne c
sciéntiâ tuâ; et in
re bono fructífica
cundùm Evangéli
tem coram te a

m Dóminum.
VESPERAS, fit
S. Ebrulphi, Ab-
oh. Egrédere. ℣.
cj. Orat., Da no-
ine. xxxiv.
e xxvii.
n Festo
EBRULPHI,
bbatis.
implex.
nuni Abbatum.
Lectio iij.
us ex illustri fa-
tis ortus, cùm li-
disciplínis ópe-
et, in aulam Prín-
is, à Childeberto
ge, ob ejus virtú-
isque dotes, præ-
ni decorátus est
. Ea inter obeun-
lectiónibus, opé-
oietátis intentus,
er negótia licéret,
llâ quasi solitári-
. Parentum et a-
hortátu insignem
eratuxórem, quæ
consílio séculum
, ipse, erogáto in
atrimónio, in Ba-
gri monastérium
ni Deo se conse-
Verùm aliquantò
ióris vitæ stúdio,
sóciis in sylvam
apud Oximen-
n penetrávit; ibi-
ctis casis, illíus
ta jecit monasté-
osteà ejus nómine insignítum est. Vitæ duro ádmodùm utebátur institúto, facultátibusque fidélium sustentátus, quidquid supérerat síngulis diébus impendébat in páuperes. Crescente discipulórum número, plúrima cóndidit cœnóbia, in quibus humilitátem, paupertátis amórem, céterasque virtútes assíduè commendávit. Tandem à Childeberto Austrásiæ Rege, et ejus cónjuge, visitátus, óbiit anno quingentésimo nonagésimo sexto, váriis ante et post óbitum à Deo miráculis illustrátus. Patrónus est Ecclésiæ, olim Collegiális, Moretónii.

Commem. Crucis.

VESPERÆ de Feriâ.

A Capitulo, de Sequenti.

Fit Comm. S. Germani, Ep., Ant. Ego sum. ℣. Elégit. xvij. *Oratio, ut infrà.*

Die xxviii.

In Festo

SANCTI MANVÆI,

Episcopi.

Semiduplex.

De Communi Pontificum.

Lectio ij.

Manvæus, quinto labente século, apud Bájocas, paréntibus christiánis ortus, ab éxitu scholárum quas sub peritióribus magistris frequentávit, pius in Deum, et misericors erga próximos appáruit. Adolescéntiam summâ cum laude in-

r verna. 51

ter populáres suos emensus, ardente bellis et barbarórum incúrsibus continuis toto ferè Galliárum córpore, útilem se pátriæ, redimendo captívos, miserando páuperes et desolátos, peccatóribus, étiam tot malórum auctóribus, salutária documenta suggerendo exhíbuit. Post Attilános verò motus, et mox secútam Valentiniáni Imperatóris tértii cædem, quibus in his máximè pártibus, terrífica quædam profecta cœlo portenta præivisse scribuntur, témpore Marciáni Imperatóris, et Merovæi Francórum regis, ruri secessum elégit, et cum tribus sóciis ità mónachi vitam propósitumque ténuit, ut prædicatiónis offícium vicíniæ non negáret. In quo dùm pátriam péragrat, foràs elátum defunctum dùm ad túmulum portarétur, fusâ ad Deum prece, vitæ restituisse scríbitur. In senectúte, post Ægídii Románæ milítiæ cómitis mortem, ad episcopátum Bajocensem advocátus, multiplicátis cum signórum virtútibus piórum óperum exemplis magis cláruit : bonus, ut ejus acta testantur, in princípio : mélior in médio, óptimus in fine declarátus, ad quem portátâ júgiter in córpore suo mortificatióne crucis

Christi pervénit
dies septem et q
ante mortem I
sacrifício refectus
mis et hymnis ad
pultúræ in Eccl
Exupérii honorifi
tus est.

Lectio ii

De sancto G

Germanus apud
tus, Présbyter p
monastérii sancti
riáni Æduensis Al
rum sanctitáte a
pátum Parisiensis
assumptus est. Ni
mísit de vitæ a
quam in monasté
Horâ noctis tért
siam ingressus, i
débat ante dilúcu
teris de Clero p
gílias sibi vicissin
lendum succedénti
erat ejus in páup
ximè verò in ser
vosque redimend
céntia, et Childel
tàm probáta, ut
ærário ad pias l
ingentem ei pecú
ministráret. Carib
num è Francis ré
prehendit, qui u
rórem dúxerat, ei
interdixit. Sigeb
litteras à cæde
fratris deterrére c
et suis mónitis re
brevì moritúrum
In Synodo Bituric

æos Christo lu-
Sedit in Concílio
tértio et quarto,
nsi secundo. Obiit
lendas Júnii, an-
i quingentésimo
mo-sexto, annos
ginta.

Oratio.

tuum, quæsu-
ómine, propítius
et intercessióne
nvæi Pontíficis,
n te credéntium
corda igne tuæ caritátis accende; Per Dóminum.

Fit Commem S. Germani, Episcopi. Ant. Sacerdótes. ℣. Salvum. xix.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut ad te toto corde confugientes, intercedente beáto Germáno Pontífice tuo, pietátis tuæ indulgéntiam consequámur; Per.

FESTA JUNII.

Die I.
In Festo
…TI JOVINI,
Abbatis.
Simplex.
…muni Abbatum.
…ectio iij.

post séculi quinti
n longè à Losdú-
ónibus, Senatório
atus, ad urbem
em, ubì sancti Hi-
pátus et doctrína
i adhuc memóriâ
aréntibus missus
fide cathólicâ ab
disciplínæ ejus
ac successóribus
r. Huic exindè
ad annos viríles
tribuuntur pri-
plicis monastérii,
pe Marnas vicum
bellensis, Ansió-
ssiónis, aut étiam
Enixiónis nómine appellátur à vetéribus, ubì angélicâ puritáte vitam traduxit, et plures tùm à bellórum calamitátibus, cùm à perversitátis Ariánæ contagióne servávit. Fraterno amóre sociátum fuisse tráditur Maxéntio et Maximíno Abbátibus, ut nóminis ità témporis affinitáte sub Clodovæi regno conjunctis, cum quibus tamen Jovínus, tanquàm sénior, cum junióribus conversátus est, et ante utrumque mórtuus; síquidem ei successit Launogisilus, ántequàm Franci provínciam Pictaviensem ademissent Gothis Vocladensi victóriâ, cui supervixérunt Pictávis Maxéntius, et Maximínus Aureliánis. Launogísilus verò veste monásticâ índuit Generósum su-

um pósteà successórem, à quo Diœcésis Constantiensis sanctos Paternum et Scubiliónem, regnante Childeberto, accépit. Undè Enessiónis monastérii et Jovíni ejus auctóris clara apud nos memória, et de ejus nómine Ecclésiæ cónditæ habentur.

Oratio.

Deus, qui nobis sanctam hujus diéi solemnitátem in honóre sancti Jovíni Abbátis consecrasti : adesto famíliæ tuæ précibus ; et præsta, ut cujus natalítia celebrámus, ejus méritis et auxílio sublevémur; Per.

Commemoratio Crucis.

VESP. de Fer. A Cap. de Seq., ut in Communi plurium Mart., vij. *Oratio, ut infrà.*

Fit Comm. SS. Marcellini Presb. et Petri Exorcistæ, Martyr. Ant. Beáti. ℣. Multæ. x. *Orat.,* Exaudi nos. xj.

Die ii.

In Festo SS. Martyrum POTHINI Episcopi, BLANDINÆ, Virginis, et SOCIORUM.

Semiduplex.

De Communi plur. Mart.

Lectio ij.

Ex Epístolâ Ecclesiárum Viennensis et Lugdunensis ad Ecclésias Asiæ et Phrygiæ.

Apud Euseb. Hist. lib. 5. *C.* 1.

Beatissimus Pothínus Ecclésiæ Lugdunensis Episcopus, nonagenário ob córporis infir vix spíritum trahe præ cupiditáte mar râ alacritáte ánimi fi ad tribúnal trahebá perlátus, prosequén sum Magistrátibus tis, et universâ pl riis eum clamóribı tente, tanquàm ips tus esset, ègrégiui testimónium. Inten Præside quisnam es tianórum Deus, re Si dignus fúeris, co Post hæc inhumán tus, et innúmeris p fectus est; cùm ii qui própiùs astába cibus et pugnis illı tumeliósè appéten verò lóngiùs di quidquid ad mana in ipsum conjicer nes déniquè gravis culi reos se existi nisi pro suâ quisq ei petulanter insult indè vix adhuc sp cárcerem projectus demque post bidu mam exhalávit.

Lectio i

Maturus verò ne et Diáconus Eccle nensis, nómine Sanc Blandínâ ancillâ, d ad béstias in amphit Et Matúrus quidem tus consuéta illic fl vérbera pertulérun

›sos trahéntium
ipsam postrémò
thedram, cui su-
Mártyrum mem-
torrerentur, illó-
molestíssimus ni-
›at. Hi ergò má-
.mine perfuncti,
:m spíritum diù
:nt, tandem ju-
. Blandína autem
ı, post béstias,
inem retículo in-
'o objecta est, à
ı altum jactáta,
ipsa víctimæ ins-
a est. ¶ Hâc ipsâ
:tiáno et Maximi-
'istiános sævién-
Christi fide cá-
ìti sunt Marcellí-
:æ Románæ Prés-
Petrus Exorcista,
udes célebrat in
se scripto sanc-
ıs Papa, et quo-
na in altáris Sa-
nmemorantur.

Oratio.

ɑ tuórum Pothí-
s, Blandínæ Vír-
ociórum solém-
:ntes; súpplices
ıe, deprecámur,
te radicáti et fun-
ónes hujus tém-
óre illíus glóriæ
nda est in nobis,
no sustinére va-
:r Dóminum.
n. SS. Marcellini
Mart., Ant. Datæ

sunt. ℣. In æternum. xiij.
Oratio, Exaudi nos. xj.

VESPERÆ de Sequenti.

Die III.

In Festo

SANCTÆ CLOTILDIS,

Francorum Reginæ.

Duplex-minus.

IN I. VESPERIS.

Antiphonæ de Communi sanctarum Mulierum, xlviij.

Capitulum. *Ephes.* 5.

Relinquet homo patrem et matrem suam, et adhærébit uxóri suæ; et erunt duo in carne unâ. Sacraméntum hoc magnum est; ego autem dico, in Christo et in Ecclésiâ.

℟. Hæc dicit Dóminus Deus: Eccè ego levábo ad gentes manum meam, et ad pópulos exaltábo signum meum; * Et † Erunt Reges nutrítii tui, Sion, et Regínæ nutríces tuæ, allelúia, allelúia. ℣. Ambulábunt gentes in lúmine civitátis Dei, et Reges terræ áfferent glóriam suam, et honórem in illam. * Et. Glória. † Erunt. *Is.* 49. *Apocal.* 21.

Hymnus.

Thure votívo sacra templa
fument;
Te decus regni canimus,
Clotildis:
Te genus nostrum didicit
magistrâ
Crédere Christo.

Vana dùm Regem simu-
lacra fallunt

Quæ colis verum, pia sponsa, Numen,
Cállidas hostis malè blandientis
Détegis artes.

Quos paris natos, renuente sponso,
Hos Deo reddis, melióre partu;
Sicque te prolis duplici parentem
Nómine prodis.

Conjugis mentem tenet obstinátus
Error, et densis jacet in tenébris:
Fers diem; vulsis potióra spinis
Sémina mandas.

Caritas urget, malè contumácem
Increpas audax: hominem, Deumque
Prædicas Christum, nece qui piávit
Crímina mundi.

Macte; sperátam Deus ipse præsens
Fert opem: vinces aliquandò Regem;
Et jugo Christi fera corda, subdi
Néscia, subdes.

Corda qui flectis subigisque Regum,
O Deus, nostras tibi subde mentes:
Sit tibi Patri, Genitoque, Sancto
Laus et Amóri.
Amen.

℣. Timébunt reges terræ glóriam tuam, Dómine;
℟. Et pópulus qui creábitu[r] laudábit Dóminum. Ps. 10[1]

Ad Magníficat. *Ant.* 8. [...]
Tu honorificéntia pópu[li] nostri; quia fecisti virilit[er] et confortátum est cor t[u]um, allelúia. *Judith.* 15.

Oratio ut infrà ad Lau[des]

*Fit Comm. SS. Pothi[ni]
Soc. Ant.* Datæ sunt, [...] æternum, xiij. *Orat. ut s[...]*

AD OFFICIUM NO[CTURNUM]

Invit. Regem secul[orum] immortálem, * Veníte [ado]rémus, allelúia. 1. *Ti[m.]*

Ps. 94. Veníte. [...]

Hymnus, Thure v[...] *ut in I. Vesperis.*

Ant. ℣. et ℟℟℟. *d[e Com]muni SS. Mulierum,*

Lectio j. de Scrip[tura] currente, tribus in [unum] junctis.

Lectio ij.

Clotildis, Chilpe[rici ...]gis fília, paréntibu[s ... a pa]truo Gundobaldo [Bur]diónum Rege necát[is, Clo]dovéo adhuc éthni[co, ab] ipso Gundobaldo i[n conju]gem trádita est. Q[ui] primogénitum pe[...] eum, tolerante ma[...] approbante Clodov[eo, bap]tizári jussit. Cùm a[utem in]fantis, cui nomen [...]ium fúerat Ingom[...] albis defuncti mori [...]ferret Clodovéus, [...]tismo imputáret, Clotildem objurgáv[...]

pátrios, ob con-
núminis sui irá-
lium eripuisse. At
inquit, omnipo-
eatóri ómnium,
;o, qui me non
ļuè judicávit in-
de útero meo gé-
;no suo dignaré-
. Alterum filium
n genuisset, hunc
ıptizári vóluit; et
est Clodoméres.
ægrotáre cœpis-
nante Rege fore
: quod fratri con-
matris précibus
At Regína non
ortári virum, ut,
ololátriâ, Deum
eret. Sed ille su-
Francórum ad-
ıec in expeditió-
anicâ inclinátam
órum áciem, mo-
ónjugis memor,
hristi imploráto,
us triumphávit.
Remos læta uxor
ubi órdinem rei
aóvit, advocávit
ıemígium, à quo
fidem edoctus,
est, et chrísma-
ınctus. Post mor-
véi, Turónos á-
is: ibique ad se-
ncti Martíni sum-
réliquum vitæ e-
ıox in vigíliis,
s, áliisque piis
ıtenta, munífica

erga ecclésias et monastéria. Clodoméris in bello Burgúndico occísi fílios, nepótes suos, Theodovaldum, Guntárium et Clodoaldum apud se educávit. Tandem plena diérum, Turónis migrávit ad Dóminum; et Parísios inter psalléntium choros transláta, sepulta est à fíliis Childeberto et Clotário régibus ad latus Clodovéi, in sacrário Basílicæ sancti Petri, deindè sanctæ Genovéfæ dictæ, ubì religiósè colebátur. Exeunte verò século décimo-octávo, cùm ímpii sumpsissent principátum, et bellum Deo Sanctisque ejus fácerent, ossa beátæ Regínæ, unà cum óssibus sancti Cerauni Parísiensis Epíscopi, áliisque Relíquiis, eórum furóri piis mánibus subtracta fuérunt. Transactis autem his luctuósis tempóribus, venerandæ illæ exúviæ depósitæ sunt Parísiis, in ecclésiâ parochiáli sanctórum Lupi et Ægídii, in quâ nunc honorífice coluntur.

Lectio iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Matthæum.

Cap. 19.

In illo témpore; Dixit Jesus discípulis suis: Amen dico vobis, quia dives difficilè intrábit in regnum cœlórum. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

In Ps. 132. *n.* 4.

Cetera multa peccáta videntur ad dívites pertinére. Cùm enim plùs agunt et plùs administrant, et plùs ad eos pendet res familiáris ampla, difficile est ut non plura peccáta cóntrahant : et de illis dictum est, quia Facílius est intráre camélum per forámen acûs, quàm dívitem in regnum cœlórum. Et, cùm contristáti essent discípuli pro illis de quibus jam desperábant, consolátus est eos Dñus, dicens : Quæ homínibus impossibília sunt, Deo facília sunt. Quómodò autem illud fácile facit Deus? Audi Apóstolum, si non négligas quod præcépit. Præcípite, inquit, divítibus hujus séculi non superbè sápere.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Tu Dóminus altíssimus super omnem terram. ℟. Nimis exaltátus es super omnes deos. *Ps.* 96.

AD LAUDES.

Ant. 2. D. Mulier fortis oblectat virum suum ; et annos vitæ illíus in pace implébit, allelúia. *Eccli.* 26.

Ant. 1. D. Sanctificátus est vir infidélis per mulíerem fidélem, allel. 1. *Cor.* 7.

Ant. 8. c. Fecit quod bonum et plácitum erat in conspectu Dei, et subvertit altária peregríni cul[...] lelúia 2. *Paral.* 14.

Ant 7. *d.* Ubi [...]

Canticum. Judi[...]

Qui sponte obtulisti[s] mas vestras ad peric[...] benedícite Dómino.

Audíte, reges, [...] percípite, príncipes : sum, ego sum qu[...] no canam, psallam [...] Deo Israel.

Cessavérunt fortes [...] rael, et quievérunt, [...] súrgeret mater in Is[...]

Nova bella elégit [...] nus, * et portas host[...] se subvertit.

Ubi collísi sunt [...] et hóstium suffocá[...] exércitus, * ibi n[...] justítiæ Dómini, et [...] tia in fortes Israel.

Salvátæ sunt [...] pópuli, * Dóminus [...] bus dimicávit.

Venérunt reges, [...] gnavérunt : * de [...] micátum est contra [...]

Benedicta inter [...] res, * et benedictu[...] bernáculo suo.

Ant. Ubi collísi s[...] rus, et hóstium s[...] est exércitus, ibi n[...] justítiæ Dómini, et [...] tia in fortes Israel, *Judic.* 5.

Ant. 3. *à.* Manu[s] apéruit ínopi, et [...] suas extendit ad pá[...] allelúia. *Prov.* 31.

um. *Judith.* 13.
tu à Deo tuo in
náculo Jacob,
omni gente, quæ
nen tuum, ma-
super te Deus

Hymnus.
i versas, Deus
nutu,
Princeps propè
: adsis,
n subigas in uno
ie gentem.
roto, precibus-
actæ
ernit Clodovéus

, fugiunt relic-

a castris.
pectus tumidum
ho
iæ Crucis in tro-

nit novus ille

ab hoste.
sensus fuit, ô
is!
lusit scelerátus

nento melióre

ovet aris.
s, per te modò
ána,
et : fidei jacentis
sti rediviva rore
na surgant.
ii flectis subigis-
egum,

O Deus! nostras tibi subde
mentes :
Sit tibi Patri, Genitoque,
Sancto
Laus et Amóri.
Amen.

℣. Tu es Deus, qui facis mirabília. ℟. Notam fecisti in pópulis virtútem tuam. *Ps.* 76.

Ad Benedictus. *Ant.* 6. F. Cùm invocasset ómnium rectórem et Salvatórem Deum, convertit Deus spíritum Regis, allel. *Esth.* 15.

Oratio.

Respice, quæsumus, Dómine, ad Francórum benignus Impérium : et quibus per devótam sanctæ Clotildis instántiam, donum fidei contulisti, iisdem nunc per ejus intercessiónem tríbue sincérum christiánæ pietátis affectum; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 2. D. Múlier fortis.

AD TERTIAM.

Ant. 1. D. Sanctificátus est.

Capitulum. 1 *Petr.* 3.

Mulieres súbditæ sint viris suis; ut et si qui non credunt verbo, per mulíerum conversatiónem sine verbo lucrifíant, considerantes in timóre castam conversatiónem vestram.

℟. *br.* Perambulábam * in innocéntiâ cordis mei, * Allelúia, allelúia. Perambulábam. ℣. In médio * domûs meæ. * Allelúia. Glória Pa-

** **

tri. Perambulábam. *Ps.* 100.

℣. Propter innocéntiam meam suscepisti me, Dómine, ℟. Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum. *Ps.* 40.

AD SEXTAM.

Ant. 8. c. Fecit.

Capitulum. 1 *Mach.* 14.

Justitiam et fidem conservávit genti suæ, et exquisívit omni modo exaltáre pópulum suum : et in diébus ejus prosperátum est in mánibus ejus, ut tollerentur gentes de regióne ipsórum.

℟. *br.* Ego in justítiâ * apparébo conspéctui tuo, * Allelúia, allelúia. Ego. ℣. Satiábor, * cùm apparúerit glória tua. * Allelúia. Glória. Ego. *Ps.* 16.

℣. Glória et divítiæ in domo ejus; ℟. Et justítia ejus manet in séculum séculi. *Ps.* 111.

AD NONAM.

Ant. 3. à. Manum suam.

Capitulum. *Job.* 29.

Auris áudiens beatificábat me, et óculus videns testimónium reddébat mihi, eo quòd liberassem páuperem vociferantem, et pupillum cui non esset adjútor.

℟. *br.* Misericórdia tua, Dómine, * ante óculos meos est, * Allelúia, allelúia. Misericórdia. ℣. Et complácui * in veritáte tuâ. * Allel. Glória. Misericórdia. *Ps.* 25.

℣. Cognóvi quia Dóminus judícium in[...]
℟. Et vindictam páup[...]
Ps. 139.

AD II. VESPERA[S]

Antiphonæ de Co[mmuni] sanctarum Mulierum.

Capitulum. *Eccl[...]*

Collaudabunt mu[ltæ sa]piéntiam ejus, et us[que in] séculum non delébit[ur,] recédet memória ej[us,] nomen ejus requirétu[r a ge]neratióne in generat[ionem.]

Hymnus.

Orbata conjux [...]
princípe,
Aulam relinquit : m[...]
réddita
Cadúca grandi ment[e ...]
nens,
Corde Deum m[...]
unum.

Qui sceptra patr[...]
que dividunt,
Natos potenti con[...]
vat;
Si fortè peccant,
Facta piat, sibi du[...]
ter.

Ortos nepótes [...]
régio
Intaminátis móril[...]
buit;
Monstrat perennes
ráre,
Christe, tibi milita[...]
mas.

Pro gente suppl[...]
tia se vovet;
Ingens voluptas pa[...]
pati,

nentem tangit ar-
dor
o crucis ebriári.
ımma Patri, sum-
ıe Fílio;
;te, compar laus
Spíritus,
a mitescunt, no-
ue
ıt pia corda flam-

Amen.
ıma mea Dómino
. Et semen meum
ısi. *Ps.* 21.
gníficat. *Ant.* 8. G.
vit omnes húmiles
i, et legem exqui-
ıncta glorificávit,
licávit vasa sanc-
lelúia. 1 *Mach.* 14.
suprà ad Laudes.
Die v.
In Festo
ΓI BONIFACII,
ı et Martyris.
Simplex.
muni unius Mart.
Lectio iij.
:ıus in majóri Bri-
bili génere ortus,
ıeptennis ductus in
ium, pietáte et re-
nárum sciéntiâ ex-
·ésbyter ordinátus,
m in tractandis ne-
:lesiásticis perítiam
Undè, crescente in
fama, ipse sibi su-
endum ratus, ob-
ıátis licéntiâ, Frí-
ıulit, Evangélium
infidélibus annuntiatúrus. Sed messe nondùm matúrâ, in pátriam reverti cógitur. Abbas electus, ut onus refúgiat, Romam petit. A Gregório secundo benignè excípitur, et mittitur in Germániam ad prædicandum Evangélium. Ob insignem Evangélii fructum, Romam post annum revocátus, consecrátur Epíscopus, et Apostólici Legáti dignitáte auctus remíttitur in Germániam. Sedem Moguntínam suscípere coactus, cùm illam Ecclésiam annos áliquot sanctè administrasset, suffecto in locum suum sancto Lúllio Epíscopo, ipse ad prædicandum Frísiis Evangélium íterùm progréditur. Ibi cùm innúmeros ad Christi fidem convertisset, martyrio coronátur, anno Christi septingentésimo quinquagésimo quinto.

Oratio.

Deus, qui in ómnium Sanctórum tuórum es virtúte mirábilis: da nobis beáti Bonifácii festivitátem cóngruis honóribus, et sédulâ imitatióne celebráre, qui Fílii tui Martyr et Póntifex, quod verbo prædicávit, confirmávit exemplo; Per eumdem.

Fit Commem. Crucis.
VESPERÆ de Feriâ.
A Capitulo, de Sequenti.

Die vi.

In Festo

SANCTI NORBERTI,

Episcopi.

Semiduplex.

De Communi Pontificum.

Lectio ij.

Norbertus, Sanctis, Clíviæ óppido in Diœcési Coloniensi, nóbili prosápiâ ortus, à primâ ætáte Cléricus, et ut idóneos annos áttigit, Subdiáconus, médiâ in aulâ necdùm formátis ad gravitátem Ecclesiásticam móribus, ordinátus est. Sed in tempestáte deprehensus, et ictu fúlminis ex equo dejectus, toto ánimo ad Deum conversus est; et relictâ Imperatóris aulâ, majóribus quos háctenùs suscípere distúlerat, Ordínibus initiátus, verbi Dei prædicatióni totum se dedit. De quo tamen pósteà véritus ne quid illegítimè à se præsumptum esset, quòd uno die sacros Diaconátûs et Presbytérii órdines contra Cánones accepisset, véniam à Gelásio Papâ secundo, ignorántiam confessus, pétiit, et regulárem demùm Evangélici múneris confirmatiónem obtínuit. Abdicátis benefíciis Ecclesiásticis quibus abundábat, et património paupéribus erogáto, austeriórem vitam amplexus est. Innúmeros hæréticos ad fidem, peccató- res ad pœniténtiam, dentes ad concórdia vocávit. Cùm esset l ni, à Bartholomæo E po rogátus ne ab Diœcési discéderet, tum in eâ locum q monstrátus dicebátu delégit; ex quo totu quem ibi sub Régul Augustíni instítuit, accépit.

Lectio iij.

Sacramentariam miticam Tanchelin sim Antuérpiæ gras eò vocátus, proflig qui multò antè obl bi Cameracensem pátum recusáverat, deburgensem Arch pátum pósteà rapt clesiásticam disci præsertìmque sacró nistrórum cœlibátu tanter propugnávit in Concílio, Inno secundum egrégiè et Romam cum áli copis profectus, Petri Leónis com Innocéntio suæ sedi Exactis in Pontifici ferè octo, ábiit a num, annó millési tésimo trigésimo huncque Gregóriu mus tértius anno quingentésimo oc secundo in Sanct dinem rétulit.

Oratio, Da Eccl

ie viii.

n Festo

I GILDARDI,

piscopi.

niduplex.

nuni Pontificum.

AD VESP. fit Medardi, Episc. ·. ℣. Elégit. *et* a Ecclésiæ. xvij.

ectio ij.

. 3. 3. *Febr. Coint.* *n.* 486. 488.

ادus ordinátus anno quadrin- septuagésimo- ; eo múnere per annos cum lau- ctus, Rotomagen- opus consecrátus quingentésimo , tanquàm Me- secundæ Provín- æ, intérfuit Con- no Aurelianensi, gnante Clodovæo st. Sancto Laudo ensi Epíscopo ma- uit, et plenus mé- ; in Dómino. Se- ; in Ecclésiâ Ro- s civitátis Vírgini edicátâ, cui dein- i Gildardi nomen st. Sanctum Flá- uit successórem, quingentésimo - tértio sedit in Aurelianensi se-

Lectio iij.

De sancto Medardo.

Ex vitâ S. Medardi, et aliis.

Medardus, cùm esset Viromanduensis Epíscopus, suâ civitáte à bárbaris destructâ, sedem tránstulit Noviómum. Deindè, mórtuo Eleuthério Tornacensi Præsule, ei successor, invítus licèt, constitútus est. Ab eo témpore duæ illæ Ecclésiæ ab Epíscopo Noviomensi sunt gubernátæ per sexcentos círciter annos usquè ad Simónem Epíscopum. Medardus Flandros ad Christum convertit. Obiit consummáto boni óperis cursu et plenus diérum circa annum quingentésimum quadragésimum quintum. Eum Clotárius Rex cum summo honóre apud Suessiónas civitátem sepelívit, et Basílicam super ejus corpus fabricáre cœpit, quam pósteà Sigebertus fílius ejus absolvit.

Oratio, Dírige. xvij.

AD LAUDES, fit Com. S. Medardi.

Ant. Sacerdótes tui induantur salútem. Dñe Deus, ne avérteris fáciem Christi tui; memento misericordiárum servi tui, allelúia. 2. *Paral.* 6.

℣. Salvum fecit Dóminus Christum suum; ℟. Exáudiet illum de cœlo sancto suo.

Oratio, Da Ecclésiæ tuæ, misericors Deus. xvij.

Die x.

In Festo

SANCTI EBREMUNDI,

Abbatis.

Semiduplex.

De Communi Abbatum.

Lectio ij.

Ebremundus Bajocensis, nóbili ortus génere, in aulâ primùm Clotárii tértii, tùm Childeríci secundi, ac Theodoríci tértii fratrum ejus versátus est; et sub últimis duóbus, Chilperíci príncipis, Childeríci fílii dómui et institutióni præpósitus. Quod munus dùm fidéliter adimplet, majórem in dies íniit ab utróque rege grátiam. Verùm à séculi vanitáte, sacrórum lectióne librórum planè detérritus, uxóri quam in aulâ dúxerat, ingressum persuádet in monastérium; ipseque, facultátibus in páuperes erogátis, in solitúdine agri Bajocensis vitam monásticam ampléctitur. Tùm plúrimis in ipsíus vitæ societátem affluéntibus, nonnulla monastéria, imprimìs Fonteniacense propè Cádomum, extruxit.

Lectio iij.

Inde sancti Annoberti Sagiórum Epíscopi précibus abductus, extructo in ejus Diœcési monastério, cui cùm sanctíssimè per áliquot annos præfuisset, sub séculi

octávi initia, reg alumno ejus Chil cundo, plenus mé decessit. Bárbaris dùm ómnia in Né tántibus, sacræ eju post várias transla ólium Diœcésis B sis asportantur; q in óppido, ædific honórem Ecclésiâ que Canonicórum diù fuérunt hono servátæ. Tandem Calvinistárum fu trádito córpore, put, quod separ bátur, à Canónici tum est.

Oratio, Da nob us noster. xxxiv.

Die xi.

In Festo

SANCTI BAR

Apostoli

Duplex-ma

Pridiè AD II. *ei Octavæ Ascens* *ejus Commem. An* qui cognominátus nabas ab Apóstoli béret agrum, vénd et áttulit prétium, ante pedes Apostol lelúia. *Act.* 4.

℣. Beátus qui int per egénum et p

℟. In die malâ libe Dóminus. *Ps.* 40.

Orat., Deus, qui *infrà ad Laudes.*

Fit *Comm. S. E*

, *Ant.* Atténdite.
xxvj. *Oratio*, Da
as noster. xxxiv.
CTURNUM.
put córporis Ec-
inum, * Veníte,
allel. *Coloss.* 1.
Veníte. 130.
MNUS. S. V.
tur quiéscere,
ctis, Bárnaba:
aæc affert tuis
labóribus.
ropter, agro vén-

icas déseris,
pendens fœnore
ipse fit tuus.
a per jejúnia,
as inter preces,
ancto Spíritu,
eáris núntius.
on adis mundi pla-

órum párticeps?
ambo spíritus,
unxit cáritas.
vestra gens Christi
1
llis réppulit,
entes bárbaris
illam géntibus.
hriste, nostris se
1
ien offert ménti-

noctis suæ
onum réspuant.
riste, nos tecum
;
nul da súrgere:
a contémnere;

Amáre da cœléstia.

Sit laus Patri; laus Fílio,
Qui nos, triumphátâ nece,
Ad astra secum dux vocat:
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

Psalmi de Feriâ; et sic in toto Officio.

Ant. 3. c. Bárnabas apprehensum Saulum duxit ad Apóstolos, et narrávit illis quómodò in viâ vidisset Dóminum, et quia locútus est ei, allelúia. *Act.* 9.

℣. Nimis honorificáti sunt amíci tui, Deus: ℟. Nimis confortátus est principátus eórum. *Ps.* 138.

Lectio j. de Scripturâ occur., tribus in unam junctis.

℟. Bárnabas hortabátur omnes in propósito cordis permanére in Dómino; * Quia erat vir bonus, et plenus Spíritu Sancto et fide, allelúia, allelúia. ℣. Mónita salútis dabat eis, et consolabátur eos; * Quia. *Act.* 11. *Tob.* 1.

Lectio ij.

Ex Actis Apost. et Usuardo.

Barnabas, qui et Joseph, Levítes, Cyprius génere, agro véndito quem possidébat, prétium áttulit ad pedes Apostolórum: ad quos et pósteà Paulum adduxit recèns conversum. Jerosólymis Antióchiam missus ab Ecclésiâ, quæ accéperat quosdam ibi discípulos Dó-


℣. Memento congr[egatió]nis tuæ; ℟. Quam ... disti ab inítio. *Ps*. 7[3].

℣. Dñe, exaudi [ratió]nem meam; ℟. Et ... meus ad te véniat. [Ps. 101.]

℣. Dóminus vob[iscum], ℟. Et cum spíritu t[uo].

OREMUS.

Deus, cui própri[um est] misereri semper et [parcere,] súscipe deprecatión[em nos]tram; ut nos, et o[mnes fa]mulos tuos, quos [delicto]rum caténa constri[ngit, mi]serátio tuæ pietátis [cleme]nter absolvat; Per C[hristum] Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Dictâ Oratione ... *dicuntur alii Psal[mi Gra]duales qui sequun[tur] ... in fine cujuslibet* ... *dicitur* Glória Patri

Ps. De profundis
Ps. Dómine, non
Ps. Memento, ... *cum suâ Divisione.*
Ps. Eccè quàm ... 54.
Ps. Eccè nunc ... cite. 20.

Deindè dicitur f[lexis ge]nibus: Kyrie, eléis[on] ... te, eléison. Kyrie,

Pater noster. *secr[etò]* ... ne nos indúcas in ...

ed libera nos à

fac servos tuos,
neus, sperantes
85.
ine, exaudi ora-
am; ℟. Et clamor
véniat. *Ps.* 101.
iinus vobiscum,
spíritu tuo.

ORÉMUS.

PRÆTENDE, Dómine, famulis et famulábus tuis déxteram cœlestis auxilii; ut te toto corde perquírant, et quæ dignè póstulant, cónsequi mereantur; Per Christum Dóminum.

℟. Amen.

BENEDICTIO MENSÆ.

E PRANDIUM.
ITE. ℟. Dóminus.
nium in te spe-
mine, et tu das
in témpore op-
áperis tu manum
mples omne áni-
ictióne. *Ps.* 144,
Patri, et Filio, et
ncto: Sicut erat,
, eléison. Christe,
yrie, eléison.
, Pater. *usquè ad*
ios indúcas in ten-
℟. Sed líbera nos

DREMUS.
, Dómine, nos, et
✝ dona quæ de
áte sumus sump-
Christum.
ectio, *Lector dicit:*
mne, benedícere.
Mensæ cœlestis
fáciat nos Rex æ-
riæ. ℟. Amen.
Lectionis dicitur:
em, Dómine, mi-
strî.

℟. Deo grátias.

GRATIARUM ACTIO
post Prandium.

CONFITEANTUR tibi, Dómine, ómnia ópera tua; et Sancti tui benedícant tibi. *Ps.* 144.

Glória Patri, etc.

Qui benedixit mensam, dicit:

AGIMUS tibi grátias, omnípotens Deus, pro universis beneficiis tuis; Qui vivis et regnas in sécula seculórum.

℟. Amen.

Deindè procedendo ad Ecclesiam, dicitur Ps. Miserére. 126. *Tempore verò Paschali, Ps.* Confitébor, 17. *Si verò non procedatur, dicitur Ps.* Laudáte Dóminum, omnes gentes. 118. *qui Ps. semper dicitur, quandò absolvitur Gratiarum actio in loco refectionis.*

In fine Psalm. dicitur Glória Patri. *deindè* Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater. *secretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem, etc.

℣. Dispersit, dedit paupéribus : ℟. Justítia ejus manet in séculum séculi. *Ps.* 111.

℣. Benedícam Dóminum in omni témpore; ℟. Semper laus ejus in ore meo. *Ps.* 33.

℣. In Dómino laudábitur ánima mea : ℟. Audiant mansuéti, et lætentur. *Ps.* 33.

℣. Magnificáte Dóminum mecum, ℟. Et exaltémus nomen ejus in idipsum. *Ps.* 33.

℣. Sit nomen Dómini benedictum, ℟. Ex hoc nunc, et usquè in séculum. *Ps.* 112.

Retribuere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus, propter nomen sanctum tuum, vitam ætérnam. ℟. Amen.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

Submissiori voce : Et fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

Benedictio mensæ

ante Cœnam.

Benedicite. ℟. Dóminus. Edent páuperes et saturabuntur; et laudábunt Dóminum, qui requirunt eum : vivent corda eórum in séculum séculi. *Ps.* 21.

Glória Patri, etc. Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Secretò, Pater. *Clarâ voce*, Et ne nos, etc.

Oremus.

Benedic, Dómine, nos, et hæc tua ✠ dona quæ de tuâ largitáte sumus sumpturi; Per Christum.

Ad Lect. Bened. Ad cœnam perpétuæ vitæ perdúcat nos Rex ætérnæ glóriæ. ℟. Amen.

Gratiarum actio

post Cœnam.

Memoriam fecit mirabílium suórum miséricors et miserátor Dñus : escam dedit timéntibus se. *Ps.* 110. Glória Patri.

Qui benedixit mensam, dicit :

Benedictus Deus in donis suis, et sanctus in ómnibus opéribus suis; Qui vivit et regnat in sécula seculórum. ℟. Amen.

Psalm. et reliqua, ut suprà, cxxiij.

In Jejuniis, *ad refectionem, fit Benedictio mensæ et Gratiarum actio, ut notatum est pro Cœnâ.*

¶ *Prædictus modus benedicendi mensam, et agendi gratias, mutatur diebus infrà scriptis, ut sequitur.*

) UTRAMQUE
Refectionem :
IA IV. V. ET VI.
oris Hebdomadæ,
BENEDICTIO.
STUS factus est prono-
ediens usquè ad mor-
hilip. 2.
r. *totum secretò. De-*
nihil dicendo, signo
benedicitur mensa ;
benedictio Feriâ sextâ
ur.
Lect. non datur bene-
nec dicitur Tu autem.
GRATIARUM ACTIO.
STUS factus est pro no-
édiens usquè ad mor-
nortem autem crucis.
. 2.
n. Miserére. *sine* Gló-
ter. *totum secretò.*

CE quæsumus, Dómi-
per hanc famíliam tu-
ro quâ Dóminus nos-
sus Christus non du-
mánibus tradi nocén-
et crucis subíre tor-
m; *secretò,* Qui tecum

BBATO SANCTO,
BENEDICTIO.
EDICITE. ℟. Dóminus.
ransisset Sábbatum,
Magdaléne, et María
., et Salóme emérunt
ta; ut venientes únge-
esum, allelúia. *Marc.*

ie, eléison. *et reliqua,*
rà, cxxiij.

GRATIARUM ACTIO.

VESPERE autem Sábbati, quæ lucescit in primâ Sábbati, venit María Magdaléne, et áltera María, vidére sepulcrum, allelúia. *Matth.* 28.

Benedictus Deus in donis suis, etc. cxxiv. *Ps.* Laudáte Dóminum, omnes gentes. 118. Kyrie. Pater noster. ℣. Dispersit. *et reliqua, ut suprà,* cxxiv.

IN DIE S. PASCHÆ,
et usquè ad prandium sequentis Sabb. inclusivè.

BENEDICTIO.

BENEDICITE. ℟. Dóminus. Hæc dies quam fecit Dóminus; exultémus, et lætémur in eâ, allelúia. *Ps.* 117.

Glória. Kyrie, eléison. *et reliqua, ut suprà,* cxxiij.

GRATIARUM ACTIO.

HÆC dies quam fecit Dóminus; exultémus, et lætémur in eâ, allelúia. *Ps.* 117.

Glória. *et reliqua omnia ut suprà,* cxxiij. *excepto quòd loco Ps.* Miserére mei, Deus. *dicitur Ps.* Confitémini Dómino. 9.

IN ASCENSIONE
DOMINI,
et usquè ad Vigiliam Pentec.

BENEDICTIO.

BENEDICITE. ℟. Dóminus. Ascendens Christus in altum, allel., captívam duxit captivitátem, allel. *Ephes.* 4.

Glória. Kyrie. *et reliqua, ut suprà,* cxxiij.

GRATIARUM ACTIO.

ASCENDIT Deus in júbilo, allelúia; et Dóminus in voce tubæ, allelúia. *Ps.* 46.

Glória. *et reliqua omnia ut suprà,* cxxiij. *excepto quòd loco Psalmi* Miserére. *dicitur Psalmus* Omnes gentes. 33.

IN PENTECOSTE

et per Hebdomadam.

BENEDICTIO.

BENEDICITE. ℟. Dóminus. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúia; et hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúia. *Sap.* 1.

Glória. Kyrie, eléison. *et reliqua, ut suprà,* cxxiij.

GRATIARUM ACTIO.

REPLETI sunt omnes Spíritu sancto, allelúia, et cœpérunt loqui, allelúia. *Act.* 2.

Glória. *et reliqua omnia ut suprà,* cxxiij. *excepto quòd loco Psalmi* Miserére. *dicitur Ps.* Magnus Dóminus. 122.

ITINERARIUM.

Viator, in ipso itineris ingressu, si solus fuerit, dicat quæ sequuntur in singulari; si cum sociis, in plurali, ut sequitur.

In Cant. Benedictus. 135.

Ant. 5. C. In viam pacis et prosperitátis dírigat nos omnípotens et miséricors Dñus: et Angelus Ráphael comitétur nobiscum in viâ, ut cum pace, salúte et gáudio revertámur ad própria. *T. P.* Alleluia. *Tob.* 4 *et* 5.

PRECES.

KYRIE, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Pater. *Secretò usquè ad* ℣. Et ne nos indúcas, etc.

℣. Salvos fac servos tuos, ℟. Deus meus, sperantes in te. *Ps.* 85.

℣. Mitte nobis, Dómine, auxílium de sancto; ℟. Et de Sion tuére nos. Ps. 19.

℣. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis, ℟. A fácie inimíci. *Ps.* 60.

℣. Nihil profíciat inimícus in nobis, ℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére nobis. *Ps.* 88.

℣. Benedictus Dóminus die quotídiè: ℟. Prósperum iter fáciat nobis Deus salutárium nostrórum. *Ps.* 67.

℣. Vias tuas, Dómine, demonstra nobis, ℟. Et sémitas tuas édoce nos. *Ps.* 24.

℣. Utinam dirigantur viæ nostræ ℟. Ad custodiendas justificatiónes tuas! *Ps.* 118.

℣. Erunt prava in directa, ℟. Et áspera in vias planas. *Is.* 40.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te, ℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis. *Ps.* 90.

℣. Dómine, exaudi, etc.

Oremus.

, qui filios Israel per
médium sicco vestí-
e fecisti, quique Ma-
:r ad te, stellâ duce,
sti; tríbue nobis, quæ-
s, iter prósperum,
ısque tranquillum; ut,
.o tuo sancto cómite,
m quò pérgimus lo-
ac demùm ad æter-
ılútis portum perve-
:elíciter valeámus.

s, qui Abraham púe-
tuum de Ur Chaldæó-
eductum, per omnes
peregrinatiónis vias il-
n custodisti; quæsu-
ut nos fámulos tuos
díre dignéris: esto no-
Dómine, in procinctu
ígium, in viâ solátium,
stu umbráculum, in
â et frígore tegumen-
in lassitúdine vehícu-
in adversitáte præsí-
, in lúbrico báculus,
in naufrágio portus; ut, te duce, quò téndimus, prósperè perveniámus, et demùm incólumes ad própria redeámus.

Adesto, quæsumus, Dómine, supplicatiónibus nostris, et viam famulórum tuórum in salútis tuæ prosperitáte dispóne; ut inter omnes viæ et vitæ hujus varietátes, tuo semper protegámur auxílio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut família tua per viam salútis incédat; et beáti Joannis præcursóris hortamenta sectando, ad eum quem prædixit secúra pervéniat, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

℟. Amen.

℣. Procedámus cum pace in nómine Dómini.

℟. Amen.

PRÆPARATIO AD MISSAM,

AD LIBITUM SACERDOTIS.

'mi, Quàm dilecta. 84.
dixisti. 44. Inclína, Dó-
cum suâ divis. 127.
di. 87. De profundis
ívi ad te, Dómine. 72.
:t. Dómine, memor esto
et ne vindictam sumas
ccátis meis, neque re-
miniscáris delicta mea, vel parentum meórum. *Tob*. 3.

Preces.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Pater, etc. ℣. Et ne nos, etc.

℣. Ego dixi: Dñe, miserére meì;

℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. *Ps.* 40.

℣. Convértere, Dómine; úsquequò?

℟. Et deprecábilis esto super servos tuos. *Ps.* 89.

℣. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos,

℟. Quemádmodùm sperávimus in te. *Ps.* 32.

℣. Sacerdótes tui induantur justítiam, ℟. Et Sancti tui exultent. *Ps.* 131.

℣. Ab occultis meis munda me, Dñe, ℟. Et ab aliénis parce servo tuo. *Ps.* 18.

℣. Dómine, exaudi, etc.

℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101.

Oremus.

Aures tuæ pietátis, mitíssime Deus, inclína précibus nostris, et grátiâ Sancti Spíritûs illúmina cor nostrum; ut tuis mystériis dignè ministráre, teque æternâ caritáte diligere mereámur.

Deus, cui omne cor patet, et omnis voluntas lóquitur, et quem nullum latet secrétum: purífica per infusiónem Sancti Spíritûs cogitatiónes cordis nostri; ut te perfectè dilígere, et dignè laudáre mereámur.

Ure igne Sancti Spíritûs renes nostros, et cor nostrum, Dómine; ut tibi casto córpore serviámus, et mundo corde placeámus.

Mentes nostras, quæsumus, Dñe, Paraclétus qui à te procédit, illúminet, et indúcat in omnem, sicut tuus promísit Fílius, veritátem.

Adsit nobis, quæsumus, Dñe, virtus Spíritûs Sancti; quæ et corda nostra clementer expurget, et ab ómnibus tueátur adversis.

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritûs illustratióne docuisti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére.

Conscientias nostras, quæsumus, Dómine, visitando purífica; ut véniens Dóminus noster Jesus Christus Fílius tuus, parátam sibi in nobis invéniat mansiónem; Qui tecum vivit et regnat.

Formula Intentionis.

Gregorius Papa XIII concessit cuilibet Sacerdoti, hanc formulam devotè ante Missam recitanti, quinquaginta dierum indulgentiam.

Ego volo Missam celebráre, et confícere Corpus et Sánguinem Dómini nostri Jesu Christi, juxta ritum Sanctæ Románæ Ecclesiæ, ad laudem omnipoténtis Dei, tótiusque Cúriæ triumphantis; ad utilitátem meam, totiusque Ecclésiæ mi-

s et patientis; pro óm-
qui se commendavé-
rationibus meis in gé-
t in spécie, et pro felíci
sanctæ Románæ Ecclé-
men.
idium cum pace, e-
atiónem vitæ, spátium
pœniténtiæ, grátiam et

consolatiónem Sancti Spiri-
tûs, perseverántiam in bonis
opéribus, cor contrítum et
humiliátum, atque felícem
vitæ meæ consummatiónem
tríbuat mihi omnípotens et
miséricors Dóminus.

Amen.

GRATIARUM ACTIO
POST MISSAM.

Dóminus regit me.
Benedícam Dómi-
cum suâ divisione. 85.
lic, ánima mea, Dó-
, et ómnia. *cum suâ di-*
e. 69.
t. O quàm suávis est,
ne, Spíritus tuus! qui,
lcédinem tuam in fílios
nstráres, pane suavís-
de cœlo præstito, esu-
s imples bonis, et di-
dimittis inánes. *T. P.*
Sap. 12 *et* 16. *Luc.* 1.

Preces.

rie, eléison. Christe,
n. Kyrie, eléison.
ter noster, etc.
Et ne nos indúcas, etc.
Memóriam fecit mira-
n suórum misérieors et
átor Dóminus:
Escam dedit timénti-
e. *Ps.* 110.
Quid est homo, quòd
or es ejus? ℟. Aut fílius
nis, quóniam vísitas
Ps. 8.
Sicut ádipe et pingué-
dine repleátur ánima mea;
℟. Et lábiis exultatiónis lau-
dábit os meum. *Ps.* 62.

℣. Non nobis, Dómine,
non nobis; ℟. Sed nómini
tuo da glóriam. *Ps.* 113.

℣. Nunc dimittis servum
tuum, Dómine, secundum
verbum tuum, in pace;
℟. Quia vidérunt óculi mei
salutáre tuum. *Luc.* 2.

℣. Dómine, exaudi ora-
tiónem meam;

℟. Et clamor meus ad te
véniat. *Ps.* 101.

Oremus.

Visita, quæsumus, Dómi-
ne, famíliam tuam: et corda
sacris dicáta mystériis per-
vígili tuére pietáte; ut re-
média salútis æternæ, quæ
te miserante percípiunt, te
protegente custódiant.

Quæsumus, Dómine Deus
noster, ut quos divínâ tri-
buis participatióne gaudére,
humánis non sinas subjacére
perículis.

COGNOSCIMUS, Dómine, tuæ circa nos cleméntiæ largitátem: et ídeò fiduciáliùs implorámus, ut quos páscere non désinis imméritos, et dignè tibi servíre perfícias, et donis uberióribus prosequáris.

MAJESTATEM tuam, Dómine, suppliciter exorámus, ne períre patiáris quibus tanta remédia providisti: sed cum divíni frequentatióne mystérii crescat nostræ salútis effectus.

ACTIONES nostras, quæsumus, Dómine, aspirando præveni, et adjuvando proséquere; ut cuncta nostra orátio et operátio à te semper incípiat, et per te cœpta finiátur.

ADJUVET nos grátia tua, omnípotens Deus; ut qui offícium sacerdotále suscépimus, dignè ac devótè tibi in omni puritáte et consciéntiâ bonâ famulári valeámus: et si non póssumus in tantâ innocéntiâ vitæ conversári ut debémus, concéde nobis tamen dignè flere mala quæ géssimus, et in spíritu humilitátis, ac bonæ voluntátis propósito tibi ferventiùs de cætero deservíre; Per Christum.

℟. Amen.

HYMNUS
S. Thomæ Aquin
Sacram Euchari

ADORO te supplex,
Déitas,
Quæ sub his figúris
titas:
Tibi se cor meum
súbjicit,
Quia te contemplan
déficit.

VISUS, tactus, g
te fállitur;
Sed audítu solo tutò
Credo quidquid di
Fílius;
Nil hoc Veritátis ve
rius.

IN cruce latébat s
tas;
At hìc latet simul e
nitas:
Ambo tamen creder
cónfitens,
Peto quod petívi
pœnitens.

PLAGAS, sicut T
non intúeor;
Deum tamen meum
fíteor:
Fac me tibi sempe
crédere,
In te spem habére,
gere.

O MEMORIALE mo
míni,
Panis vivus, vitam
hómini,
Præsta meæ menti
vere,
Et te illi semper d
pere.

ons puritátis, Jesu
mine,
nundum munda tuo
nguine,
na stilla salvum fá-
re
quit ab omni mun-
m scélere.
quem velátum nunc
ício,
at illud quod tàm
io;
evelátâ cernens fácie,
n beátus tuæ glóriæ.
n.

RATIO S. IGNATII.

Christi sanctíssima,
a me; Corpus Christi
simum, salvá me;
Christi pretiosíssi-
bria me; aqua láteris
purissima, munda
dor vultûs Christi
virtuosíssime, sana me; pás-
sio Christi piíssima, confor-
ta me. O bone Jesu, custódi
me. Intra vúlnera tua abs-
conde me. Non permittas
me separári à te. Ab hoste
maligno defende me: in ho-
râ mortis meæ voca me: Ju-
be me venire ad te, et pone
me juxta te: ut cum Ange-
lis et Archángelis tuis lau-
dem te per infiníta seculó-
rum sécula.
Amen.

ORATIO.

OBSECRO te, mitíssime et bone Jesu, ut hæc immortális Hóstia pro me tibi grátias réferat, me tibi reconcíliet, me tibi restítuat; mihi peccatóri véniam tríbuat, et ad vitam perdúcat ætérnam. Amen.

ABSOLUTIONIS

ORMA IN SACRAMENTO POENITENTIÆ.

Dicit Pœnitens:
DIC mihi, Pater, quia
i.
erdos subjungit:
s sit in corde tuo et
is tuis, ut verè et
o corde confiteáris
peccáta tua: In nó-
atris, et ✝ Fílii, et
s Sancti.
dè Pœnitens dicit:
iteor Deo, etc. *usquè*
culpâ; *et post con-*
em, reliqua prose-

Tùm Sacerdos, dictis quæ dicenda judicaverit, et injunctâ pœnitentiâ, aperto capite, dicit:

MISEREATUR tuî omnípotens Deus, et dimissis peccátis tuis perdúcat te ad vitam æternam. Amen.

Deindè, manu elevatâ super Pœnitentem, ei benedícat dicens:

INDULGENTIAM, absolutiónem, ✝ et remissiónem peccatórum tuórum tríbuat

tibi omnipotens et miséricors Dóminus. Amen.

Tùm, operto capite, dexterâ super caput Pœnitentis extensâ, eum absolvit hoc modo:

Dominus noster Jesus Christus qui est summus Póntifex ipse te absolvat, et ego auctoritáte illíus, absovlo te primùm ab omni vínculo excommunicatiónis, (suspensiónis,) et interdicti in quantum possum et indiges: Deindè, Ego absolvo te ab ómnibus peccátis tuis; in nómine Patris, et ✝ Filii, et Spiritûs Sancti. Amen.

Si Pœnitens sit laicus, omit. verbum suspe...

Deindè manum ... aperto capite, ...

Passio Dómini nostri ... Christi, et mérita ... mæ semper virgin... et ómnium Sanctó... frágia sanctæ ... nis, quidquid bo... et mali sustinúeri... tibi, in remissión... tórum tuórum, in... tum grátiæ et pr... tæ ætérnæ. Amen.

Urgente mort... sic breviter absol... Pœnitens:

Ego te absolvo ... bus Censúris e... In nómine Patris ... et Spiritûs Sanct...

FORMULA

Pro impertiendâ benedictione, et plenariâ ... moribundis Fidelibus applicandâ, à Benedicto ... eripta.

Benedictio in articulo mortis cùm soleat impertiri post Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ et Extr.-Unctionis, illis infirmis, qui vel illam petierint, dùm sanâ mente et integris sensibus erant, seu verisimiliter petiissent, vel dederint signa contritionis, impertienda iisdem est, etiamsi posteà linguæ, cæterorumque sensuum usu sint destituti, aut in delirium vel amentiam inciderint. Excommunicatis verò, Impœni... qui in manifesto ... tali moriuntur, ... deneganda.

Habens præd... tatem, ingredie... lum, ubi jacet ... dicat: Pax huic ... *ac deindè ægrot... lum et circumst... gat aquâ benedi... Antiphonam:* As...

Quòd si ægr... confiteri, audiat ... solvat; si confe...

tet illum ad eli-
'um contritionis ;
nedictionis effi-
'tute, si tempus
'iter admoneat ;
t atque hortetur,
commoda ac do-
'actæ vitæ expia-
enter perferat,
paratum offerat
ceptandum quid-
'uerit ; et mortem
'enter obeundam
'onem pœnarum,
ındo promeruit.
llum verbis con-
ı spem erigens
divinæ munifi-
itate eam pœna-
ionem, et vitam
'turus æternam.
t :
tórium nostrum
Dómini. ℟. Qui
ı et terram.
ITIPHONA.
niscáris, Dómine,
ıuli tui (*vel* an-
, neque vindic-
de peccátis ejus.
eléison. Christe,
rie, eléison. Pa-
etc.
e nos indúcas in
n.
ibera nos à malo.
m fac servum *tu-*
ncillam tuam, *et*
s.)
meus, sperantem
35.
ne, exaudi ora-

tiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101.

℣. Dóminus vobiscum,

℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

CLEMENTISSIME Deus, Pater misericordiárum, et Deus tótius consolatiónis, qui néminem vis períre in te credentem atque sperantem, secundum multitúdinem miseratiónum tuárum réspice propítius fámulum tuum *N.* quem tibi vera fides et spes christiána commendant. Vísita eum in salutári tuo, et per Unigéniti tui passiónem et mortem, ómnium ei delictórum suórum remissiónem et véniam clementer indulge, ut ejus ánima in horâ éxitûs sui, te Júdicem propitiátum invéniat, et in sánguine ejusdem Fílii tui ab omni máculâ ablúta, transíre ad vitam mereátur æternam ; Per eumdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Tùm dicto ab uno ex Clericis adstantibus Confíteor, etc.

Sacerdos dicat : Misereátur, etc ; *Deindè :*

DOMINUS noster Jesus Christus, Fílius Dei vivi, qui beáto Petro Apóstolo suo dedit potestátem ligandi atque solvendi, per suam piíssimam misericórdiam

recípiat confessiónem tuam, et restítuat tibi stolam primam, quam in Baptísmate recepisti: Et ego facultáte mihi ab Apostólicâ sede tribútâ, Indulgéntiam plenáriam et remissiónem ómnium peccatórum tibi concédo: In nómine Patris, et ✝ Fílii, et Spíritûs Sancti. Amen.

Per sacro-sancta humánæ reparatiónis mystéria, remittat tibi omnípotens Deus omnes præsentis et futúræ vitæ pœnas, P
portas apériat, et a
dia sempitérna perd

Benedícat te omni
Deus, Pater et ✝ Fil
Spíritus Sanctus. Am

Si verò infirmus si
morti proximus, ut
confessionis generali
ciendæ, neque præ
rum precum recita
tempus suppetat, sta
cerdos ei benedictione
pertiatur dicens: D
noster, etc. *ut suprà.*



COMMUNE

TRONI VEL PATRONÆ,

IN PROPRIA EJUS ECCLESIA.

principale Patroni vel Titularis in pro- !esiá celebratur ritu um Octavâ, si juxta generales Octava ce- ›ssit.

ı autem (nisi pro- 'eatur in Breviario, à DD. Episcopo ›batum) sumitur de Sanctorum pro qua- :ti, vel Sanctæ, aut :nctorum, exceptis 'ıntur.

⁷esperas et Comple- salmi de Feriâ. Ante I. Vesp. dicitur ℟. *· in Communi. Ad et* Nunc dimittis. *›ropriæ, ut ibidem.*

ᑊUADRAGESIMA, *ırrat Festum alicujus Officium cum tribus dicitur pro ut nota- ·is Breviarii partibus, tantùm; hoc enim nihil fit de Octavâ ?, ne quidem Com-).*

PORE PASCHALI, *ı hâc Parte Verna 'm assignetur Anthi- ' Nocturnum sive in sive in Communi n, et tamen tres de- : in Officio Patroni; aliæ infrà assignan- ualitate Festi.*

Lectiones, in Annualibus et Solemn.-maj., dicuntur ut habentur infrà pro unoquoque Com. In Solemn. verò minori, Lect. j erit de Script. occur.

Si autem Fest. occur. in Dom. Lect. ij erit de Sancto, iij de Homilia in Evang. Festi; iv verò sub benedictione, Permaneámus *de Homilia in Evang. Dominicæ occurrentis.*

Circa Officium dierum intra Octavam servabuntur pariter quæ præscribuntur in Rubricis generalibus, de Octavis Fest. Annualium quæ ad secundum ordinem pertinent. Cujusmodi declarantur ibidem quæ sequuntur Festa Patroni primarii et titularis; ideoquè Dominicâ intra Octavas hujusmodi totum Officium fiet de Dominicâ occurrente, cum Commem. Oct. in utrisque Vesp. et Laudibus.

Diei Octavæ Officium erit Duplex-majus; Lectio j de Scripturâ occurrente; duæ aliæ ut infrà pro unoquoque Communi ponuntur.

Diebus verò intra Octavam tàm primarii quàm secundarii Patroni, nullâ dignitatis cujusque Sancti habitâ ratione, dicentur, etiam pro Apostolo, ut infrà, nisi adsint propriæ; vel nisi propriæ cùm adsunt, non sufficiant, aut non possint aliàs commodè dividi.

Ad Primam, Canon ut sequitur.

CANON.

Ex Concílio Mediolanensi tértio, sub sancto Cárolo. 1573. *Tit.* 1.

Quo religiósiùs íncolæ uniuscujusque Paróchiæ festum diem colant illíus Sancti Sanctæve, cujus patrocínio parochiális Ecclésia dicáta est, cohortatiónibus agat Parochus, ut ánimo piè répetant religiósas ejus sanctórum virtútum exercitatiónes, quórum méritis in cœlum ille vocátus, cùm sempiternâ glóriâ perfruátur, pro caritáte quâ abundat, eórum quorum salútis patrocínium suscépit, preces Deo offert. Die Sancti qui Paróchiæ patrónus est et custos, quò ad illíus imitatiónem magis fidéles inflammentur, id Párochus præstet, cùm frequéntior in ecclésiâ pópulus adest, ut ipse aut álius in suggestu res ejus sanctè admirabiliterque gestas, morum disciplínam, pietátis stúdia ac virtútes pronúntiet.

PRO APOSTOLO.

DIE FESTO.

Antiph. iv et v de I Vesp. cum eâ quæ posita est ad Noct. super Psal. sequentes.

Ps. 18. Cœli enarrant. *cum suâ divis.* 40.

Ps. 44. Eructávit. 120.

Ps. 46. Omnes gentes. 33.

LECTIO j.

De Epístolâ primâ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

Cap. 4.

Sic nos exístimet homo ut minístros Christi, et dispensatóres mysteriórum Dei. Hic jàm quæritur inter dispensatóres, ut fidélis quis inveniátur. Mihi autem pro mínimo est ut à vobis júdicer, aut ab humáno die: sed neque meipsum júdico. Nihil enim mihi cónscius sum; sed non in hoc justificátus sum: qui autem júdicat me, Dóminus est. Itaque nolíte ante tempus judicáre, quoadusquè véniat Dóminus, qui et illuminábit abscóndita tenebrárum, et manifestábit consília córdium; et tunc laus erit unicuíque à Deo.

Lectiones ij et iij. ut in Proprio Sanctorum.

DIE OCTAVA.

LECTIO ij.

Sermo sancti Joannis Chrysóstomi.

Hom. 7. in 1. *ad Cor.*

Ostendamus fíeri non potuisse ut institúerent et cogitárent Apóstoli prædicáre quæ prædicârunt, nisi Christum secum habuissent. Non quóniam imbecilli advérsùs fortes, nec quóniam pauci adversùs multos: non quóniam páuperes advérsùs divites, nec rudes et ignari advérsùs

us sapientes struébant
: sed quóniam magna
e vis est præoccupátæ
nis. Quandò autem in
tibus fúerit consuetú-
a efficitur fírmior et
or : facíliùs enim mu-
ómnia quíspiam, quàm
értinent ad religiónem.
óstolis autem valídius
hoc impedimentum,
non solùm sic antíquam
ent consuetúdinem, sed
cum perículis fácerent
nutatiónem. Oportébat
eum qui credébat, sta-
ublicári, expelli, à pá-
xuláre, extréma mala
ti, ab ómnibus ódio
i, commúnem esse hos-
et suis et aliénis. Cum
etúdine ac perículis hæc
e præcepta erant gra-
; ea verò à quibus ab-
ant, facília : à stupris
vocábant ad temperán-
à vitæ amóre ad mor-
ab ebrietáte ad sobrie-
, à risu ad lácrymas
npunctiónem, ab avarí-
habendi cupiditáte ad
rtátem et suárum fa-
um abdicatiónem, à
táte ad perícula; et per
extrémam exigébant
vitæ perfectiónem. Præcepta quidem erant hujúsmodi.

LECTIO iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Lucam.

Cap. 6.

In illis diébus; Exiit Jesus in montem oráre, et erat pernoctans in oratióne Dei. Et cùm dies factus esset, vocávit discípulos suos, et elégit duódecim ex ipsis quos et Apóstolos nominávit. Et réliqua.

Homília sancti Hierónymi Presbyteri.

In Matth. c. 10. *l.* 1.

Benignus et clemens Dóminus ac magister non ínvidet servis atque discípulis virtútes suas. Et sicut ipse curáverat omnem languórem et infirmitátem, Apóstolis quoque suis tríbuit potestátem, ut curárent omnem languórem et omnem infirmitátem in plebe. Sed multa distántia est inter habére et tribúere; donáre, et accípere. Iste, quodcunque agit, potestáte Dómini agit : illi, si quid fáciunt, imbecillitátem suam, et virtútem Dómini confiténtur, dicentes : In nómine Jesu surge et ámbula.

PRO UNO MARTYRE.

DIE FESTO.

Ps. 3. Dómine, quid
plicáti sunt. 2.
t. 1. a. Omnis qui te co-
ómine, vita ejus, si in
tióne fúerit, coronábi-
ars verna.
tur, allelúia. *Tob.* 3.

In Ps. 10. In Dómino confído. 72.

Ant. 8. G. Hæc est grátia, si propter Dei consciéntiam

sústinet quis tristítias, pátiens injustè, allelúia. 1. *Petr.* 2.

In Ps. 12. Usquequò. 55.

Ant. 3. c. Qui vícerit. *ut in Communi.*

LECTIO j.

De Epístolâ secundâ beáti Pauli Apóstoli ad Corínth.

Cap. 4.

DEUS qui dixit de ténebris lucem splendéscere, ipse illuxit in córdibus nostris, ad illuminatiónem sciéntiæ claritátis Dei, in fácie Christi Jesu. Habémus autem thesaurum istum in vasis fictílibus; ut sublímitas sit virtútis Dei, et non ex nobis. In ómnibus tribulatiónem pátimur, sed non angustiámur: aporiámur, sed non destitúimur: persecutiónem pátimur, sed non derelínquimur: dejícimur, sed non perímus: semper mortificatiónem Jesu in córpore nostro circumferentes, ut et vita Jesu manifestétur in corpóribus nostris. Semper enim, nos qui vívimus, in mortem trádimur propter Jesum; ut et vita Jesu manifestétur in carne nostrâ mortáli. Ergò mors in nobis operátur, vita autem in vobis. Habentes autem eumdem spíritum fídei, sicut scriptum est: Crédidi, propter quod locútus sum; et nos crédimus propter quod et lóquimur: sciéntes quóniam qui suscitávit Jesum, et nos cum Jesu suscitábit, et constítuet vobiscum. Omnia enim propter vos; ut grátia abundans, per multos in gratiárum actióne abundet in glóriam Dei. Propter quod non defícimus: sed licèt is qui foris est, noster homo corrumpátur, tamen is qui intùs est renovátur de die in diem.

LECTIO ij.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi, 311.

ISTUM nobis festum diem Pássio beatíssimi Mártyris fecit, cujus nos victóriæ celébritas in istum locum devotíssimos congregávit. Sed celebrátio solemnitátis Mártyrum imitátio debet esse virtútum. Fácile est honórem Mártyris celebráre; magnum est fidem atque patiéntiam Mártyris imitári. Hoc sic agámus, ut illud optémus; hoc sic celebrémus, ut illud pótiùs diligámus. Quid laudámus in fide Mártyris? Quia usquè ad mortem pro veritáte certávit, et ideò vicit. Blandientem mundum contempsit, sævienti non cessit; ideò victor ad Deum accessit.

LECTIO iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Matthæum.

Cap. 10.

IN illo témpore; Dixit Jesus discípulis suis: Non est discípulus super magistrum, nec servus super dóminum suum. Et réliqua.

Homília sancti Cypriáni Epíscopi et Mártyris.

Epist. 56. *ad Thib.*

GAUDERE nos in persecutiónibus vóluit Dóminus, quia tunc dantur coronæ fidei, tunc probantur mílites Dei, tunc Martyribus patent cœli. Neque enim sic nomen milítiæ dédimus, ut pacem

nmodò cogitáre, et re-
e milítiam debeámus,
lò in ipsâ milítiâ pri-
ambuláverit Dóminus
litátis et toleránti æ et
ínis magister; ut quod
dócuit, prior fáceret;
od pati hortátur, prior
ıobis ipse paterétur. Sit
óculos, fratres dilectís-
simi, quòd qui omne judíci-
um à Patre solus accépit, et
qui ventúrus est et judicatú-
rus, jam judícii sui et cogni-
tiónis futúræ senténtiam pro-
túlerit, prænúntians et con-
testans confessúrum se coram
Patre suo confitentes, et ne-
gatúrum negantes.

DIE OCTAVA.

LECTIO ij.
o sancti Augustíni Epís-
copi. 283.
TITUDINEM sanctórum
yrum sic in eórum pas-
mirémur, ut grátiam
ini prædicémus. Neque
et illi in seipsis laudári
runt, sed in illo cui dí-
: In Dómino laudábi-
inima mea. Hoc qui in-
unt, non supérbiunt.
tremóre petunt, cum
io accípiunt. Persevé-
, jàm non amittunt. Quia
non supérbiunt, mites
Et ídeò cùm dixisset:
ómino laudábitur áni-
nea; áddidit: Audiant
uéti, et jucundentur.
caro infírma, quid ver-
et putrédo esset, nisi
cantávimus verum es-
Deo subjiciétur ánima
, quóniam ab ipso est
ntia mea? Etenim, ut
ómnia pro fide Márty-
olerárent, virtus eórum
ntia nominátur.

LECTIO iij.
io sancti Evangélii se-
cundùm Matthæum.
Cap. 16.
llo témpore; Dixit Jesus
pulis suis: *Si quis vult*
post me veníre, ábneget seme-
tipsum, et tollat crucem suam,
et sequátur me. Qui enim
volúerit ánimam suam salvam
fácere, perdet eam. Et réli-
qua.

Homília sancti Augustíni
Epíscopi.
Serm. 331.

ILLA Evangélicâ tubâ, quan-
dò ait Dóminus: Qui amat
ánimam suam, perdet illam;
et qui perdíderit illam prop-
ter me, invéniet eam, ac-
censi sunt Mártyres, et vi-
cérunt; quia non de se, sed
de Dómino præsumpsérunt.
Duóbus modis intélligi po-
test quod dictum est: Qui
amat ánimam suam, perdet
illam. Si amas illam, perdis
eam. Et álio modo: Noli a-
máre, ne perdas. Prior mo-
dus istum habet sensum: Si
amas, perde illam. Hìc sé-
mina illam, et in cœlo me-
tes illam. Agrícola si non
tríticum pérdidit in sémine,
non amat in messe. Alius
modus sic habet: Noli amá-
re illam, ne perdas illam.
Videntur sibi amáre ánimas
suas, qui timent mori. Ani-
mas suas Mártyres si sic a-
massent, procul dúbio per-

didissent. Quid enim prodesset tenére ánimam in hâc vitâ, et pérdere in futúrâ?

PRO PLURIBUS MARTYRIBUS.

DIE FESTO.

In Ps. 5. Verba mea. 62.

Ant. 5. c. Convenérunt adversùm nos, ut nos disperdant : quómodò potérimus subsístere, nisi tu, Deus, ádjuves nos? allel. 1 *Mach.* 3.

In Ps. 31. Beáti quorum. 55.

Ant. 5. a. Séquimur te in toto corde, et timémus te, et quærimus fáciem tuam : érue nos, et da glóriam nómini tuo, Dómine, allel. *Dan.* 3.

In Ps. 32. Exultáte, justi. 75.

Ant. 7. b. In mortem. *ut in Communi.*

LECTIO j.

De Epístolâ beáti Pauli Apóstoli ad Romános.

Cap. 8.

FRATRES; Debitóres sumus non carni, ut secundùm carnem vivámus. Si enim secundùm carnem vixéritis, moriémini : si autem spíritu facta carnis mortificavéritis, vivétis. Quicunque enim Spíritu Dei aguntur, ii sunt fílii Dei. Non enim accepistis spíritum servitútis íterùm in timóre; sed accepistis spíritum adoptiónis filiórum, in quo clamámus : Abba, Pater. Ipse enim Spíritus testimónium reddit spirítui nostro, quòd sumus fílii Dei. Si autem fílii, et hærédes : hærédes quidem Dei, cohærédes autem Christi; si tamen compátimur, ut et conglorificémur. Exístimo enim quòd non sunt condignæ passiónes hujus témporis ad futúram glóriam quæ revelábitur in nobis. Quis ergò nos separábit à caritáte Christi? Tribulátio, an angústia, an fames, an núditas, an perículum, an persecútio, an gládius? Sicut scriptum est : Quia propter te mortificámur totâ die, æstimáti sumus sicut oves occisiónis. Sed in his ómnibus superámus propter eum qui dilexit nos.

LECTIO ij.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi. 335.

QUONIAM dies sanctórum Mártyrum est, undè pótiùs áliquid delectet nos dícere, nisi de glóriâ ipsórum? Adjuvet nos Dóminus Mártyrum. Audívimus paulò antè beátum Paulum Apóstolum prædicantem : Quis nos separábit à caritáte Christi? (Ista vox est Mártyrum.) Tribulátio, an angústia, an persecútio, an fames, an núditas, an perículum, an gládius? sicut scriptum est : Propter te morte afficimur totâ die, deputáti sumus ut oves occisiónis : sed in his ómnibus superámus per eum qui dilexit nos. Hæc est vox Mártyrum, ómnia toleráre, et de se nihil præsúmere, u-

ılígere qui glorificátur ; ut, Qui gloriátur, nino gloriétur.

Lectio iij.

sancti Evangélii secundùm Lucam.

Cap. 6.

› témpore; Descendens le monte, stetit in loco stri; et turba discipuejus, et multitúdo co›lebis ab omni Judæâ úsalem, et marítima, i, et Sydónis. Et réli-

ıílìa sancti Ambrósii Epíscopi.

e Off. l. 1. *c.* 15, 16.

potest quis præmium re, nisi legítimè certánec est gloriósa vicnisi ubì fúerint labo:ertámina. Nonne inest, qui antè dat præ, quàm certámen fúeolútum? Ideòque Dóin Evangélio ait: Beáti rsecutiónem patiuntur r justítiam, quóniam m est regnum cœlóbeáti estis, cùm vobis maledícent hómines, et persequentur, et dicent omne malum adversùm vos propter justítiam; gaudéte et exultáte, quóniam merces vestra copiósa est in cœlo. Futúram, non præsentem, in cœlo, non in terrâ, mercédem promísit esse reddendam. Quid álibi poscis quod álibi debétur? Quid præprópere corónam éxigis, ántequàm vincas? Quid detérgere púlverem? quid requiéscere cupis? Quid epulári gestis, ántequàm stádium solvátur? Adhuc pópulus spectat, adhuc athlétæ in scámmate sunt; et tu jàm ótium petis? Sed fortè dicas: Cur ímpii lætantur? cur luxuriantur? cur étiam ipsi non mecum labórant? Quóniam qui non subscrípserint ad corónam, non tenentur ad labórem certáminis: qui in stádium non descénderint, non se perfundunt óleo, non oblínunt púlvere. Quos manet glória, expectat injúria.

DIE OCTAVA.

Lectio ij.

sancti Gregórii Nazianzéni Epíscopi.

Or. 6.

hoc festo atque hâc um frequéntiâ dignum ́mus? Purificémus nosos Martyribus, fratres, ›ótiùs cui ipsi quoque ; veritátisque confessióificáti et expiáti sunt. :mur ab omni inquinacarnis et *spíritûs.* Lavémur, mundi efficiámur; exhibeámus nos, étiam córpora nostra, hóstiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationábilem, nostram precatiónem. Neque enim púrius tanto in prétio quidquam habet, quàm puritátem aut purgatiónem. Certémus propter athlétas, vincámus propter victóres, testimónium dicámus veritáti propter Mártyres. Hoc illórum certami-

tâ decet glóriâ virtútis excéllere, ut, instar solis, céteros véluti stellárum ignículos in suo fulgóre obscúret. Debet hujúsmodi vitam habére immaculátam atque compósitam; ut omnes in illum et in ejus vitam, véluti in exemplum áliquot excellens, intueantur.

Lectio iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Matthæum.

Cap. 24.

In illo témpore; Dixit Jesus discípulis suis: Vigiláte, quia nescítis quâ horâ Dóminus vester ventúrus sit. Et réliqua.

Homília sancti Fulgéntii Epíscopi.

Dominicus sermo quem debémus omnes, non solùm studiósè, verùm étiam sapienter audíre, cui nos oportet humíliter ac delectabíliter obedíre, moderatiónis suæ tenens ubíquè tempériem, ut nec óvibus desint pábula, nec pastóribus aliménta; quædam speciáliter solis præcipit nobis, quædam verò generáliter et nobis et vobis. Nobis namque (id est, servis, quos Pater ille famílias, rerum ómnium Dóminus, ad hoc in suâ magnâ domo constítuit, ut pópulo ejus verbum grátiæ ministrémus) speciáliter injúngitur sanctæ prædicatiónis offícium; generáliter verò et nobis et vobis salutáris indícitur observántia mandatórum.

DIE OCTAVA.

Lectio ij.

Sermo sancti Bernardi Abbátis.

Tract. de Offic. Episc.

In ómnibus actis vel dictis suis nihil suum quærat Epíscopus, sed tantùm aut Dei honórem, aut salútem proximórum, aut utrumque. Hoc enim agens implébit, non solùm Pontíficis offícium, sed et etymológiam nóminis; pontem útique seipsum fáciens inter Deum et próximum. Pertingit pons iste usquè ad Deum eâ fidúciâ, quâ non suam, sed illíus glóriam quærit. Pertingit usquè ad próximum illâ pietáte, quâ et ipsi, non sibi prodesse desíderat. Offert Deo bonus mediátor preces et vota populórum, reportans illis à Deo benedictiónem et grátiam. Súpplicat majestáti pro excéssibus delinquéntium, víndicat in peccantes injúriam Dei. Ingrátis impróperat benefícia pietátis, contemnéntibus poténtiæ severitátem insínuat; utrísque tamen nihilóminùs placáre studet indignantis furórem, nunc quidem hóminum obtendens infirmitátem, nunc divínæ magnitúdinem pietátis. Dénique, sive excédat Deo, sive sóbrius sit nobis, aut Deo semper, quantum in ipso est, placére gestit, aut præstáre nobis, non quod sibi omninò útile est quærens.

ıd multis.

LECTIO iij.

sancti Evangélii se-
ıdùm Matthæum.

Cap. 20.

› témpore; Dixit Je-
scípulis suis : Scitis
ríncipes géntium do-
tur eórum; et qui ma-
ıunt, potestátem exer-
ı eos. Non ità erit inter
ɜd quicunque volúerit
'os major fíeri, sit ves-
ninister. Et réliqua.

ia sancti Joannis Chry-
sóstomi.

5. *in Ep.* 2. *ad Cor.*

LEX impérii genus est.
ım cujus óperâ hómi-
pópulis et úrbibus im-
t, ac civílem hanc vi-
ıoderantur; (id quod
s indicábat, cùm díce-
)mnis ánima potestáti-
ıublimióribus súbdita
on est enim potestas ni-
)eo. Ac pósteà, quan-
hinc cómmodi caperé-
›stendens, hæc verba
ngit : Magistrátus Dei
ter est in bonum. Ac
ıs : Dei minister est vin-
ı iram ei qui malè agit.)
Alterum verò est impérium, quod in se gerit quisquis mente ac prudéntiâ præditus est; quod ipsum quoque Paulus his verbis declarávit : Quòd si vis non timére potestátem, bonum fac. Quo loco de eo lóquitur qui sibi ipse ímperat. Ac verò hìc áliud quoque impérii genus est, ac civíli quidem império sublímius. Quodnam ígitur hoc est? Illud nimírùm quod in Ecclésiâ viget; cujus étiam ipsíus mentiónem Paulus facit, cùm ait : Obedíte præpósitis vestris, et subjacéte eis. Ipsi enim pervígilant, tanquàm ratiónem pro animábus vestris redditúri. Hoc enim impérium tantò civíli excelléntius est, quantò cœlum terrâ; imò étiam multò præstántius. Primum namque non hoc præcípuo stúdio spectat, ut scélera perpetráta víndicet, sed ut ne omnínò quidem perpetrentur. Deindè si perpetráta sint, non ut ægrotantem de médio tollat; sed ut ipsa deleantur.

PRO DOCTORIBUS.

DIE FESTO.

Ps. 1. Beátus vir. 1.
nt. 3. a. Sapiéntia non
ıultis manifesta; quibus
n cógnita est, pérmanet
è ad conspectum Dei,
iia. *Eccli.* 6.

Ps. 11. Salvum me
Dómine. 89.
nt. 5. a. Sciéntia sapien-
tis tanquàm inundátio abundábit, et consilium illíus sicut fons vitæ pérmanet, allelúia. *Eccli.* 21.

In Ps. 18. Cœli enarrant. *cum suâ divisione.* 40.

Ant. 8. G. Apéruit. *ut in Communi.*

Lectio j.

De libro Ecclesiástici.

Cap. 39.

Sapiéntiam ómnium antiquórum exquíret sápiens, et in Prophétis vacábit. Narratiónem virórum nominatórum conservábit, et in versútias parabolárum simul introíbit. Occulta proverbiórum exquíret, et in abscónditis parabolárum conversábitur. In médio magnatórum ministrábit, et in conspectu præsidis apparébit. In terram alienigenárum géntium pertránsiet: bona enim et mala in homínibus tentábit. Cor suum tradet ad vigilandum dilúculò ad Dóminum qui fecit illum, et in conspectu Altíssimi deprecábitur. Apériet os suum in oratióne, et pro delictis suis deprecábitur. Si enim Dóminus magnus volúerit, spíritu intelligéntiæ replébit illum, et ipse tanquàm imbres mittet elóquia sapiéntiæ suæ: et in oratióne confitébitur Dómino: et ipse díriget consílium ejus et disciplínam, et in abscónditis suis consiliábitur. Ipse palàm fáciet disciplínam doctrínæ suæ, et in lege testamenti Dómini gloriábitur. Collaudábunt multi sapiéntiam ejus, et usquè in séculum non delébitur. Non recédet memória ejus, et nomen ejus requirétur à generatióne in generatiónem. Sapiéntiam ejus enarrábunt gentes; et laudem ejus enuntiábit Ecclésia.

Lectio ij.

Ex libro sancti Augustini Epíscopi contra Juliánum.

Lib. 2. *Cap.* 10.

Sanctos et in sanctâ Ecclésiâ illustres Antístites Dei, non Platónicis, et Aristotélicis, et Zenónicis, áliisque hujuscémodi, vel Græcis, vel Latínis, quanquàm ex istis áliquos eórum, verùm omnes sacris lítteris eruditos, nominàtìm, sicut oportébat, expressi; eorúmque sententias, quantùm sufficere videbátur, sine ullâ éditas ambiguitáte digessi; ut in eis tímeas non ipsos, sed illum qui sibi eos utília vasa formávit, et sancta templa construxit: qui tunc de istâ causâ judicavérunt, quandò eos nemo potest dícere pérperàm cuíquam vel adversári, vel favére potuisse. Nullas nobiscum vel vobiscum amicítias attendérunt, vel inimicítias exercuérunt: neque nobis; neque vobis iráti sunt; neque nos, neque vos miseráti sunt. Quod invenérunt in Ecclésiâ, tenuérunt: quod didicérunt, docuérunt: quod à Pátribus accepérunt, hoc fíliis tradidérunt.

Lectio iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Matthæum.

Cap. 5.

In illo témpore; Dixit Jesus discípulis suis: Vos estis sal terræ: Quòd si sal evanuerit, in quo saliétur? Et réliqua.

ilia sancti Augustini
Episcopi.
rm. Domini in Monte,
lib. 1. cap. 6.
ENDIT Dóminus fátuos
idicandos, qui tempo-
a bonórum vel cópiam
tes, vel inópiam me-
s, amittunt ætérna,
ec dari possunt ab ho-
us, nec auferri. Itaque
infatuátum fúerit, in
aliétur? Id est, si vos
ios condiendi sunt quo-
odò pópuli, metu per-
ónum temporálium a-
itis regna cœlórum; qui
erunt hómines per quos à vobis error auferátur, cùm vos elégerit Deus per quos errórem áuferat cæterórum? Ergò ad níhilum valet sal infatuátum, nisi ut mittátur foràs, et calcétur ab homínibus. Non ítaque calcátur ab homínibus, qui pátitur persecutiónem, sed qui persecutiónem timendo infatuátur. Calcári enim non potest nisi inférior: sed inférior non est, qui, quamvìs córpore multa in terrâ sustíneat, corde tamen fixus in cœlo est.

DIE OCTAVA.

Lectio ij.
Commonitório primo
Vincéntii Lirinensis
Presbyteri.
Cap. 1 *et* 2.
uis vellet exurgéntium
icórum fraudes depre-
re, láqueosque vitáre,
ide sanâ sanus atque in-
permanére, dúplici mo-
iníre fidem suam, Dó-
adjuvante, deberet;
im scílicet divínæ legis
ritáte, tùm deindè Ec-
Cathólicæ traditióne.
ırsitan requírat áliquis:
sit perfectus Scripturá-
anon, sibique ad óm-
itìs superque suffíciat,
opus est ut ei ecclesiás-
intelligéntiæ jungátur
ritas? Quia vidélicet
úram sacram pro ipsâ
itúdine non uno eódem-
ensu universi accípiunt;
ejusdem elóquia áliter
atque álius interpretátur: idcircò multùm necesse est, propter tantos tàm várii erróris anfractus, ut prophéticæ et apostólicæ interpretatiónis línea secundùm ecclesiástici et cathólici sensûs normam dirigátur. In ipsâ Cathólicâ Ecclésiâ magnópere curandum est, ut id teneámus, quod ubíquè, quod semper, quod ab ómnibus créditum est: hoc est étenim verè próprièque cathólicum, quod ipsa vis nóminis, rátioque declárat; quæ ómnia ferè universáliter comprehendit.

Lectio iij.
Léctio sancti Evangélii secundùm Joannem.
Cap. 7.
In illo témpore; Ascendit Jesus in templum, et docébat. Et mirabantur Judæi, dicentes: Quómodò hic líttteras scit, cùm non didícerit? Respondit eis Jesus, et dixit:

Mea doctrína non est mea, sed ejus qui misit me Patris. Si quis volúerit voluntátem ejus fácere, cognoscet de doctríná, utrùm ex Deo sit. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

In Joan. tr. 29.

DOMINUM Jesum invénimus dixisse: Si quis volúerit fácere voluntátem ejus qui misit me, cognoscet de doctrínâ. Quid est cognoscet? Hoc est, intélliget. Quod est autem, Si quis voluntátem ejus volúerit fácere, hoc est crédere. Sed quia cognoscet, hoc est intélliget, omnes intélligunt; quia verò quod ait: Si quis volúerit voluntátem ejus fácere, hoc pértinet ad crédere; ut diligéntiùs intelligátur, opus est nobis ipso Dómino nostro expositóre, ut índicet nobis utrùm revérà ad crédere pertíneat fácere voluntátem Patris ejus. Quis nésciat hoc esse fácere voluntátem Dei, operári opus ejus; id est, quod illi placet? ipse autem Dóminus apertè álio loco dicit: Hoc est opus Dei, ut credátis in eum quem misit ille. Ipsa est ergò fides quam de nobis éxigit Deus: et non ínvenit quod éxigat, nisi donáverit quod invéniat: non qualiscumque fides, sed fides quæ per dilectiónem operátur. Hæc in te sit, et intélliges de doctríná. Quid enim intélliges? Quia, inquit, ista doctrína non est mea, sed ejus qui misit me Patris. Id est, intélliges quia Christus Fílius Dei, qui est doctrína Patris, nec est, nec lóquitur ex seipso; sed Fílius est, et Verbum Patris.

PRO PRESBYTERIS.

DIE FESTO.

In Ps. 22. Dóminus regit me. 85.

Ant. 3. à. Hæc dicit Dóminus. *ut in Communi.*

In Ps. 25. Júdica me, Dómine. 49.

Ant. 1. g. Implévi eum Spíritu Dei, sapiéntiâ et intelligéntiâ, et sciéntiâ in omni ópere, allelúia. *Exod.* 31.

In Ps. 42. Júdica me, Deus. 68.

Ant. 7. d. Juxta cor meum et ánimam meam fáciet; et ambulábit coram Christo meo cunctis diébus, allel. 1. Reg. 2.

LECTIO j.

De Epístolâ primâ beáti Pauli Apóstoli ad Timótheum.

Cap. 4.

EXEMPLUM esto fidélium in verbo, in conversatióne, in caritáte, in fide, in castitáte. Dùm vénio, attende lectióni, exhortatióni, et doctrínæ. Noli neglígere grátiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophétiam, cum impositióne mánuum Presbytérii. Hæc meditáre, in his esto; ut proféctus tuus maniféstus sit ómnibus. Attende tibi, et doctrínæ: insta in illis; hoc enim

, et teipsum salvum fá-
t eos qui te áudiunt.
ıæstus magnus píetas
ıfficiéntiâ. Nihil enim
ıus in hunc mundum :
.úbium quòd nec au-
ıid póssumus. Haben-
əm alimenta, et quibus
ır, his contenti simus.
ui volunt dívites fíeri,
ıt in tentatiónem, et in
m diáboli, et desidéria
ınutília et nocíva, quæ
ıt hómines in intéri-
perditiónem. Radix e-
ınium malórum est cu-
: quam quidam appe-
erravérunt à fide, et
ərunt se dolóribus mul-
autem, ô homo Dei,
ge : sectáre verò justí-
pietátem, fidem, cari-
patiéntiam, mansue-
n. Certa bonum certá-
lei; apprehende vitam
m, in quâ vocátus es.

Lectio ij.

o sancti Joannis Chry-
omi de Sacerdótio.

Lib. 3. *c.* 2.

dotium in terrâ qui-
ərágitur, sed in rerum
um classem órdinem-
érendum est; atque id
m méritò : quippè non
is quisquam, non An-
non Archángelus, non
ıævis creáta poténtia,
e Paraclétus órdinem
ıodi dispósuit ; qui
ibus homínibus etiam-
carne manéntibus auc-
t, ut Angelórum mi-
ım ánimo concíperent.
ı necesse est Sacerdó-
: esse purum, ut si in
elis collocátus inter
cœlestes illas virtútes médius
staret. Nam dùm cónspicis
Dóminum immolátum, et il-
lic situm; Sacerdótem sacrifí-
cio incumbentem, ac preces
fundentem; tùm verò turbam
circumfúsam pretióso illo sán-
guine intingi ac rubefíeri; é-
tiamne te inter mortáles ver-
sári, atque in terrâ consístere
censes? An non pótiùs è ves-
tígio in cœlos transferris? An
non carnis cogitatiónem om-
nem abjíciens, nudo ánimo,
mente purâ, circúmspicis quæ
in cœlo sunt? O miráculum!
ô Dei benignitátem! qui cum
Patre sursùm sedet, in illo ip-
so témporis artículo ómnium
mánibus pertractátur, ac se
ipse tradit voléntibus ipsum
excípere ac complecti.

Lectio iij.

Léctio sancti Evangélii secun-
dùm Lucam. *Cap.* 10.

In illo témpore; designávit Dóminus et álios septuaginta duos : et misit illos binos ante fáciem suam in omnem civitátem et locum, quò erat ipse ventúrus. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

17. *in Evang.*

Dominus et Salvátor noster, fratres caríssimi, aliquandò nos sermónibus, aliquandò verò opéribus ádmonet. Ipsa étenim facta ejus præcepta sunt : quia dùm áliquid tácitus facit, quid ágere debeámus innotescit. Eccè enim binos in prædicatiónem discípulos mittit; quia duo sunt præcepta caritátis, Dei vidélicet amor et próximi : et minùs quàm inter duos, habé-

ri cáritas non potest. Nemo enim própriè ad semetipsum habére caritátem dícitur, sed diléctio in álterum tendit, ut esse cáritas possit. Binos ergò ad prædicandum Dóminus discípulos mittit, quátenùs hoc tácitus nobis ínnuat, quia qui caritátem erga álterum non habet, prædicatiónis officium nullátenùs suscípere debet. Benè autem súbditur, quia misit eos ante fáciem suam in omnem civitátem et locum, quò erat ipse ventúrus. Prædicatóres namque suos Dóminus séquitur: quia prædicátio prævenit, et tunc ad mentis nostræ habitáculum Dóminus venit, cùm verba exhortatiónis præcurrunt, atque per hoc véritas in mente suscípitur.

DIE OCTAVA.

Lectio ij.

Sermo sancti Joannis Chrysóstomi.

De Sacerd. lib. 6. *Cap.* 3.

Eum qui pro civitáte ipsâ totâ, quid dico, civitáte? imò verò pro universo terrárum orbe legátus intercédit, deprecátorque est apud Deum, ut hóminum ómnium, non viventium modò, sed étiam mortuórum peccátis propítius fiat: qualem, quæro, esse oportet? Equidem neque Móysis, neque Elíæ fidúciam fore unquàm satìs putáverim ad supplicatiónem hujúsmodi peragendam: quandóquidem tanquàm mundus illi universus concredátur, atque ádeò ómnium sit pater, sic ad Deum ipse accédit, déprecans quidquid ubíque bellórum est extingui, turbas solvi, atque in horum locum pacem ac felícem rerum statum succédere: déniquè célerem malórum ómnium imminéntium quà privátìm, quà públicè depulsiónem póstulans. Porrò illum ipsum oportet tantò ómnibus in rebus, illis præstáre pro quibus intercédit, quantùm par est ut súbditis præfectus excellat. Cùm autem ille et Spíritum Sanctum invocáverit, sacrificiúmque illud horróre ac reveréntiâ plenissimum perfécerit, communi ómnium Dómino mánibus assíduè pertractáto; quæro ex te, quorum illum in órdine collocábimus? quantam verò integritátem ab eo exigémus? quantam religiónem?

Lectio iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Lucam.

Cap. 10.

In illo témpore; designávit Dóminus et álios septuaginta duos; et misit illos binos ante fáciem suam, in omnem civitátem et locum, quò erat ipse ventúrus. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

17. *in Ev. n.* 3.

Missis prædicatóribus, quid Dóminus dicat, audiámus. Messis quidem multa; operárii autem pauci: rogáte ergò Dóminum messis, ut mittat operários in messem suam. Ad méssem multam operárii pauci sunt, quod sine gravi mœ-

róre loqui non póssumus; quia etsi sunt qui bona áudiant, desunt tamen qui dicant. Eccè mundus Sacerdótibus plenus est; sed tamen in messe Dei rarus valdè invenítur operátor: quia officium quidem sacerdotále suscépimus; sed opus officii non implémus. Sed pensáte, fratres caríssimi, pensáte quod dícitur: Rogáte Dóminum messis ut mittat operários in messem suam. Vos pro nobis pétite, ut digna vobis operári valeámus, ne ab exhortatióne lingua tórpeat, ne postquàm prædicatiónis locum suscépimus, apud justum júdicem nostra nos tacitúrnitas addícat.

PRO ABBATIBUS, MONACHIS ET SOLITARIIS.

DIE FESTO.

In Ps. 1. Beátus vir. 1.

Ant. 5. c. Eccè nos relíquimus ómnia, et secúti sumus te, allelúia. *Matth.* 19.

In Ps. 6. Dómine, ne in furóre. 38.

Ant 7. c. Esurímus, et sitímus, et nudi sumus, et laborámus operantes mánibus nostris, allelúia. 1. *Cor.* 4.

In Ps. 16. Exaudi, Dñe. *cum suâ divisione.* 113.

Ant. 2. D. Non defícimus. *ut in Communi.*

LECTIO j.

De Epístolâ beáti Pauli Apóstoli ad Philippenses.

Cap. 3.

FRATRES, quæ mihi fuérunt lucra, hæc arbitrátus sum propter Christum detrimenta. Verúmtamen exístimo ómnia detrimentum esse, propter eminentem sciéntiam Jesu Christi Dómini mei, propter quem ómnia detrimentum feci, et árbitror ut stércora, ut Christum lucrifáciam, et invéniar in illo, non habens meam justítiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi Jesu: quæ ex Deo est justítia in fide ad cognoscendum illum, et virtútem resurrectiónis ejus, et societátem passiónum illíus, configurátus morti ejus; si quo modo occurram ad resurrectiónem quæ est ex mórtuis: non quòd jàm accéperim, aut jàm perfectus sim: sequor autem, si quo modo comprehendam, in quo et comprehensus sum à Christo Jesu.

LECTIO ij.

Sermo sancti Joannis Chrysóstomi.

Hom. 69. *in Matth.*

IN mentem véniat memória Sanctórum, qui cilício induuntur, erémum hábitant, qui nunquàm oblátas púrpuras acceptárent; sed quemádmodùm rex, si quis pannósa indumenta páuperis induenda offerret, abominarétur atque repélleret, non áliter illi régiam púrpuram contemnunt. Hæc illis institúta ciliciórum usu confirmáta sunt; undè régibus ipsis excellentióres sunt atque præstantióres. Nam si

posses mentis eórum atque ánimi jánuas reseráre, et nudas cogitatiónes eórum, et omnem interiórem ornátum conspícere, fulgóre perculsus in terram concíderes : nec illárum véstium splendórem, nec consciéntiæ lucem perferre posses. Nihil ergò in tabernáculis eórum triste inveniétis ; sed tanquàm in cœlo tugúria fabricáti, sic longè à sǽculi perturbatiónibus hábitant, adversùs diábolum militántes, et cum lætítiâ eum expugnantes. Idcircò enim in solitúdine domicílium constituérunt, civitátibus et célebri habitatióne hóminum omnínò relictâ; quóniam qui bellum gerit, non potest domi sedére, sed necesse est, quasi súbitò migratúrus, præparáto in diem domicílio hábitet. Quis unquàm in exércitu domûs fundamenta jecit? Quis ædes ædíficat, cùm indè paulò pòst discessúrus sit? Quis in castris agri júgera emit? Nullus certè. In pátriâ hæc, non in castris, facienda sunt.

LECTIO iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Marcum.

Cap. 10.

IN illo témpore; Cœpit Petrus dícere ad Jesum : Eccè nos dimísimus ómnia, et secúti sumus te. Et réliqua.

Homília sancti Paulíni Epíscopi.

Ep. 24. *ad Sulp. Sever. al.* 2. §. 5, 6.

BONA quæ nobiscum non intulerámus in hunc mundum, nec poterámus efferre, quasi mutuáta reddídimus; nec ut cutem à carne distráximus, sed ut vestem à córpore depósuimus. Nunc opus est, ut quæ verè nostra sunt, dependámus Deo, hoc est, cor et ánimam, et córpora nostra exhibentes in hóstiam vivam, ut scriptum est, Dómino; nosque ipsos ædificantes ei in templum sanctum, in ipso lápide angulári, qui nobis sanctificatiónis nostræ fórmulam in semetipso dedit, et ait : Sancti estóte, quóniam ego sanctus sum. Quæ ígitur nobis grátia, si in aliéno tantùm fidéles fuérimus, nisi de próprio serviámus, id est, de líbero voluntátis arbítrio, ex toto corde nostro, ex totis ánimæ nostræ, ut scriptum est, víribus diligentes Deum?

DIE OCTAVA.

LECTIO ij.

Sermo sancti Basílii Epíscopi.

De abdic. rerum.

SI tibi in ánimo est rápere regnum Dei, violéntiæ te dato, cervíces tuas servitútis Christi jugo submitte, et ejus loris collum tuum arctè circumquáquè cohibéto; premat illud cervícem tuam : labóre illud virtútis attérito, jejunando, vigilando, ipsum te ómnibus subjiciendo, taciturnitátem servando, psalmos

è decantando, oratió-
[q]ue et lácrymis óperam
, et mánibus laboran-
[c]ujusque modi difficultá-
[o]nes tolerando, sive illæ
[ho]mínibus, sive à dæmó-
afferantur. Cave ne
[a]liquo modo elátè nimìs
ipso séntias : ne tuum
as in ánimum, ut de
[gr]ā labórum assiduitáte
[st]uam remittas; ne, si in
[v]itæ fóribus, cùm è mun-
[se]mpè migratúrus es, nu-
[in]veniáris virtútibus, à
[cœl]i regno excludáre.

Lectio iij.

[Lectio] sancti Evangélii secun-
dùm Matthæum.

Cap. 19.

[In ill]o témpore; Dixit Jesus
[adolescen]centi : Si vis perfectus
vade, vende quæ habes,
paupéribus, et habébis
[thesa]urum in cœlo; et veni,
[seque]re me. Et réliqua.

[Ho]mília sancti Joannis
Chrysóstomi.
64. *in Matth.*

[N]equam Jesus adolescen-
[t]ámen et labórem ostén-
, brávium præ óculis
t, dicens : Si vis perfec-
se; ac tùm infert : Ven-
de ómnia quæ habes, et da
paupéribus. Et mox íterùm
præmia inculcat : Et habébis
thesaurum in cœlo; et veni,
séquere me. Magna enim re-
tribútio est Dóminum se-
qui. Et habébis, inquit, the-
saurum in cœlo. Nam quóni-
am magna illi cura de pecú-
niis erat, et quandóquidem
ipsi cunctis denudári rebus
consílium dabat, ut ostendat
non amissúrum bona sua, sed
tantò plura majóraque inven-
túrum, quantò cœlum terrâ
præstabílius est, restitutiónis
præstántiam thesaurum ap-
pellávit, et simul stabilitá-
tem atque incorruptibilitátem
præmii, ut fieri póterat, per
res humánas expressit. Non
ergò satìs est pecúniam spér-
nere; verùm étiam oportet
páuperes nutríre et ante óm-
nia Christum sequi, id est,
ómnia præstáre quæ ab ipso
jubentur; parátumque sem-
per esse tàm labóres subíre,
quàm omne genus mortis suf-
ferre. Si quis enim, inquit,
veníre post me velit, ábneget
semetipsum, tollatque crucem
suam, et sequátur me.

PRO JUSTIS.

DIE FESTO.

Ps. 1. Beátus vir. 1.
[Ant]. 6. F. Deridétur justi
[simp]lícitas : lampas contemp-
[ta ap]ud cogitatiónes dívitum,
[parat]a ad tempus statútum,
[allelú]ia. *Job.* 12.
Ps. 5. Verba mea. 62.
[An]t. 5. a. Benedíctio Dei
in mercédem justi festínat;
et in horâ velóci processus
illíus fructíficat, allelúia.
Eccli. 11.
In Ps. 8. Dómine, Dómi-
nus noster. 50.
Ant. 2. D. Beáti. *ut in
Communi.*

Lectio j.
De libro Sapiéntiæ.
Cap. 4.

Justus, si morte præoccupátus fúerit, in refrigério erit. Senectus enim venerábilis est, non diuturna, neque annórum número computáta. Cani autem sunt sensus hóminis, et ætas senectútis vita immaculáta. Placens Deo factus est dilectus, et vivens inter peccatóres translátus est. Raptus est, ne malítia mutáret intellectum ejus, aut ne fíctio decíperet ánimam illíus. Fascinátio enim nugacitátis obscúrat bona, et inconstántia concupiscéntiæ transvertit sensum sine malítiâ. Consummátus in brevi, explévit témpora multa: plácita enim erat Deo ánima illíus; propter hoc properávit edúcere illum de médio iniquitátum.

Lectio ij.
Ex libro Morálium sancti Gregórii Papæ.
l. 10. *c.* 16.

Deridetur justi simplícitas. Hujus mundi sapiéntia est cor machinatiónibus tégere, sensum verbis veláre; quæ falsa sunt, vera ósténdere; quæ vera sunt, falsa demonstráre. Hæc nimírùm prudéntia usu à juvénibus scitur, hæc à púeris prétio díscitur: hanc qui sciunt, céteros despiciendo supérbiunt: hanc qui nésciunt, subjecti et tímidi in áliis mirantur; quia ab eis hæc éadem duplícitas æquitátis nómine palliáta dilígitur, dùm mentis pervèrsitas urbánitas vocàtur. Hæc sibi obsequéntibus præcipit honórum cúlmina quærere, adeptâ temporális glóriæ vanitáte gaudére, irrogáta ab áliis mala multiplícius réddere; cùm vires súppetunt, nullis resisténtibus cédere; cùm virtútis possibílitas deest, quidquid explére per malítiam non valent, hoc in pacíficâ bonitáte simuláre.

Lectio iij.
Léctio sancti Evangélii secundùm Lucam.
Cap. 12.

In illo témpore; Dixit Jesus discípulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in mánibus vestris. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.
In Evang. 13.

Dominus dicit: Sint lumbi vestri præcincti. Lumbos præcíngimus, cùm carnis luxúriam per continéntiam coarctámus. Sed quia minùs est mala non ágere, nisi étiam quisque stúdeat et bonis opéribus insudáre, prótinùs ádditur: Et lucernæ ardentes in mánibus vestris. Lucernas quippè ardentes in mánibus tenémus, cùm per bona ópera próximis nostris lucis exempla monstrámus. De quibus profectò opéribus Dóminus dicit: Luceat lux vestra coram homínibus, ut vídeant ópera vestra bona, et glorífícent Patrem vestrum, qui in cœlis est. Duo autem sunt quæ jubentur, et lumbos restríngere, et lucernas tenére; ut et mundítia sit castitátis in córpore, et lumen veritátis in

óne. Redemptóri éte-
stro unum sine áltero
nequáquàm potest, si
qui bona agit, adhuc
luxúriæ inquinamenta non déserit; aut is qui castitáte præéminet, necdùm se per bona ópera exercet.

DIE OCTAVA.

Lectio ij.
bro Morálium sancti
Gregórii Papæ.
l. 10. *c.* 16.
simplícitas, et lampas
citur, et contempta.
s, quia intériùs lucet:
tempta, quia extériùs
cet. Intùs ardet flam-
itátis, foris nullâ gló-
plendet decóris. Lucet
et despícitur, qui fla-
irtútibus, abjectus æs-
r. Sed úsquequò lam-
a contémnitur? Us-
despicábilis habétur?
id non fulgórem su-
quátenùs saltèm éxerit,
quàm quantâ claritá-
leat ostendit? Ostendit
nam prótinùs áddi-
aráta ad tempus statú-
tatútum quippè con-
lámpadis tempus est
i judícii prædestinátus
uo justus quisque qui
espícitur, quantâ po-
fúlgeat, declarábitur.
Lectio iij.
sancti Evangélii secun-
dùm Lucam.
cap. 12.
témpore; Dixit Jesus
lis suis: Nolíte timé-
sillus grex; quia com-
Patri vestro dare vo-
num. Et réliqua.
lia sancti Petri Chry-
sólogi. *Serm.* 22.
pulis suis Christus reg-
nit in præmio; ut in
certámine non cedant perículis, non timóri. Perícula déspicit qui tendit ad regnum: victóriæ cúpidus nescit timére. Nolíte timére, inquit, pusillus grex; quia complácuit Patri vestro dare vobis regnum. Adjécit quid faciendum sit regnatúris. Véndite quæ possidétis, et date eleemósynam. Non potest dominári ómnibus, nisi is qui própriis non tenétur: dejectæ mentis est qui familiáris rei méminit, cùm vocátur ad regnum. Fácite vobis sácculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlo. Homo, tali mónitu Christus te ditáre voluit, non nudáre: manére tibi tua vóluit, non períre: perpetuári, non vacuári sácculos imperávit: jussit te transferre, non pérdere. Contristátus es, quia quod habes, in cœlis cógeris collocáre. Rogo, crede Deo tuo, qui servo credis; et magìs Deo quàm hómini commenda. Sed si times, ne quid indè præsúmat, ne quid dispergat píetas largitóris, signa fídei ánnulo sácculos tuos; ut tali custóde dórmias sic secúrus: quia ubì ille est, ibi locus nullus est furi. Non póterit tibi pecúniam tuam denegáre, qui tibi ómnia sua cóntulit, qui te regni sui honóre ditávit et glóriâ.

PRO VIRGINIBUS.

DIE FESTO.

In Ps. 8. Dómine, Dóminus noster. 30.

Ant. 6. F. Grátia cum ómnibus qui díligunt Dóminum nostrum Jesum Christum in incorruptióne, allel. *Ephes.* 6.

In Ps. 18. Cœli enarrant. *cum suâ divisione.* 40.

Ant. 3. *à.* Incorrúptio facit esse próximum Deo, allelúia. *Sap.* 6.

In Ps. 23. Dómini est terra. 44.

Ant. 7. d. Cantábant. *ut in Communi.*

LECTIO j.

De Epístolâ primâ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

Cap. 7.

De virgínibus præceptum Dómini non hábeo: consílium autem do, tanquàm misericórdiam consecútus à Dómino, ut sim fidélis. Exístimo ergò hoc bonum esse propter instantem necessitátem, quóniam bonum est hómini sic esse. Alligátus es uxóri? noli quærere solutiónem. Solútus es ab uxóre? noli quærere uxórem. Si autem accéperis uxórem, non peccasti: et si núpserit virgo, non peccávit. Tribulatiónem tamen carnis habébunt hujúsmodi. Ego autem vobis parco. Hoc ítaque dico, fratres: Tempus breve est. Réliquum est, ut et qui habent uxóres, tanquàm non habentes sint: et qui flent, tanquàm non flentes: et qui gaudent, tanquàm non gaudéntes: et qui emunt, tanquàm non possidentes: et qui utuntur hoc mundo, tanquàm non utantur; præterit enim figúra hujus mundi. Volo autem vos sine sollicitúdine esse. Qui sine uxóre est, sollícitus est quæ Dómini sunt, quómodò pláceat Deo. Qui autem cum uxóre est, sollícitus est quæ sunt mundi, quómodò pláceat uxóri, et divísus est. Et múlier innupta et virgo cógitat quæ Dómini sunt, ut sit sancta córpore et spíritu.

LECTIO ij.

Ex libro sancti Cypriáni Epíscopi et Mártyris, de disciplinâ et hábitu Vírginum.

Nunc nobis ad Vírgines sermo est, quarum quò sublímior glória est, major et cura est. Flos est ille ecclesiástici gérminis, decus atque ornamentum grátiæ spirituális, læta índoles, laudis et honóris opus íntegrum atque incorruptum, Dei imágo respondens ad sanctimóniam Dómini, illústrior pórtio gregis Christi. Gaudet per illas, atque in illis lárgiter floret Ecclésiæ matris gloriósa fœcúnditas: quantòque plùs copiósa virgínitas número suo addit, tantò plùs gáudium matris augescit.

Lectio iij.
sancti Evangélii se-
ıdùm Matthæum.
Cap. 25.
témpore ; Dixit Je-
:ípulis suis parábolam.
Símile erit regnum cœ-
decem virgínibus, quæ
ntes lámpades suas e-
t óbviàm sponso et
:. Et réliqua.
ıília sancti Gregórii
Papæ.
In Evang. 12.
ıs lámpades habent ,
nnes óleum non ha-
quia plerumquè bona
pera cum electis et ré-
ɔstendunt ; sed soli ad
ım cum óleo véniunt,
his quæ foris égerint,
lóriam requírunt. Un-
Psalmistam quoque de
electórum Ecclésiâ dí-
Omnis glória ejus filiæ
ab intùs. Moram autem
te sponso , dormitavé-
runt omnes et dormiérunt ; quia dùm veníre Judex ad extrémum judícium differt, electi et réprobi in mortis somno sopiuntur. De adventu sponsi clamor in médiâ nocte fit ; quia sic dies judícii surrépit , ut prævidéri non váleat quandò venit. Undè scriptum est : Dies Dómini sicut fur in nocte, ità véniet. Tunc omnes vírgines surgunt ; quia et electi et réprobi à somno suæ mortis excitantur. Lámpades ornant ; quia sua secum ópera númerant, pro quibus æternam recípere beatitúdinem expectant. Sed lámpades fatuárum vírginum extinguuntur ; quia eárum ópera, quæ clara homínibus foris apparuérunt, in adventu Júdicis intùs obscurantur ; et à Deo retributiónem non invéniunt, quia pro èis recepérunt ab homínibus laudes quas amavérunt.

DIE OCTAVA.

Lectio ij.
ɔro sancti Augustíni E-
:opi de sanctâ Virgi-
nitáte.
Cap. 2.
: ipsa universa Ecclésia
sit desponsáta uni viro
to , sicut dicit Apósto-
ɪuanto digna sunt honó-
mbra ejus, quæ hoc cus-
nt étiam in ipsâ carne,
tota custódit in fide !
mitátur matrem viri sui
mini sui : nam Ecclésia
ıe et mater et virgo est.
; enim integritáti consú-
, si virgo non est? Proindè cùm Ecclésia universa sit sancta córpore et spíritu, nec tamen universa sit córpore virgo , sed spíritu ; quantò sánctior est in his membris, ubì virgo est et córpore et spíritu. Hábeant conjúgia bonum suum ; Virginális autem intégritas angélica pórtio est, et in carne corruptíbili incorruptiónis perpétuæ meditátio.

Lectio iij.
Léctio sancti Evangélii secundùm Matthæum.
Cap. 19.

In illo tèmpore ; Venit Jesus in fines Judææ trans Jordá-

nem : et secútæ sunt eum turbæ multæ , et curávit eos ibi. Et réliqua.

Homília sancti Joannis Chrysóstomi.

In Matth. 63.

Christus , quia ad virginitátem hortári grave esse videbátur , à necessitáte legis de non solvendo matrimónio ad cupiditátem virginitátis tráhere studet. Deindè ut eam esse possíbilem ostendat, dicit : Sunt eunúchi qui ex ventre matris sic nati sunt, et sunt qui ab homínibus eunúchi facti sunt, et sunt qui se- ipsos eunúchos fecérunt ter regnum cœlórum. Q ómnibus, latenter ipso ligendam virginitátem cit, dùm eam virtúte possíbilem ástruit. C tem dicit, Qui seipsc chos fecérunt, non d sióne membrórum di pravárum mentis c num interemptióne git. Nam qui membi dit , maledictióni est , ut Paulus ait : abscindantur qui v bant !

PRO SANCTIS MULIERIBU

DIE FESTO.

In Ps. 18. Cœli enarrant. *cum suâ divisione.* 40.

Ant. 1. a. Inítium sapiéntiæ timor Dómini, et cum electis féminis gráditur , allelúia. *Eccli.* 1.

In Ps. 22. Dóminus regit me. 85.

Ant. 2. D. Sápiens múlier ædíficat domum : múlier gratiósa invéniet glóriam , allelúia. *Prov.* 14.

In Ps. 27. Ad te, Dómine, clamábo. 5.

Ant. 8. G. Benedicta es. *ut in Communi.*

Lectio j.

De Parábolis Salomónis.

Cap. 31.

Mulierem fortem quis invéniet? Procùl et de últimis fínibus prétium ejus. Confídit in eâ cor viri sui, et spóliis non indigébit. Reddet ei bonum , et non malum , ómnibus diébus vitæ vit lanam et linu ta est consilio m rum. Facta est institóris , de lo panem suum. Et rexit, deditque mésticis suis, et lis suis. Conside et emit eum : de nuum suárum neam. Accinxit lumbos suos , brácbium suum et vidit quia bo tiátio ejus : non in nocte lucern num suam misit dígiti ejus app fusum. Manum s ínopi , et palmas dit ad páuperem bit dómui suæ nivis : omnes ei tici ejus vestiti su

ı vestem fe-
; et púrpura
ıs. Nóbilis in
quandò sé-
ǫribus terræ.
et véndidit;
didit Chana-
et decor in-
, et ridébit in
's suum apé-
:t lex clemén-
s. Considerá-
ìs suæ, et pa-
:omédit. Sur-
s, et beatís-
érunt; vir e-
eam. Multæ
runt divítias,
es universas.
vana est pul-
r timens Dó-
dábitur. Da-
nánuum suá-
eam in portis

ij.
Augustíni
ɔpi.
Relig. c. 41.
piditátis vel
moléstias, si
ıis dúcibus et
; nec jàm cu-
ıperántia no-
cùm ipsa du-
équimur, cu-
ɔído, nos ve-
stultítia nun-
t féminis præ-
maritáli, sed
quo jure in
ıásculus, nec
Habent enim
ɹiddam undè
ʒent voluptá-
sto sérviant,

et ímperent cupiditáti.

Lectio iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Lucam.

Cap. 10.

In illo témpore; Intrávit Jesus in quoddam castellum: et múlier quædam, Martha nómine, excépit illum in domum suam. Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii Epíscopi.

In Luc. l. 1. *n.* 9.

Est nonnunquàm in intentióne plusquàm in actióne, aut plùs in actióne quàm in intentióne, ut in Evangélio cérnimus inter sanctam Maríam et Martham fuisse distántiam. Alia enim verbum audiébat: ália festinábat circa ministérium. Quæ stetit, et ait: Dómine, non est tibi curæ quòd derelíquit me soror mea solam ministráre? Dic ergò illi ut me ádjuvet. Et dixit illi Dóminus: Martha, Martha, María óptimam partem elégit, quæ non auferétur ab eâ. Ergò in álterâ intentiónis stúdium, in álterâ actiónis ministérium redundábat. Utríque tamen utriusque virtútis stúdium suppetébat; síquidem et Martha, nisi audisset verbum, ministérium non subiisset: et María tantùm grátiæ de utrisque rétulit perfectióne virtútis, ut úngeret pedes Jesu, et térgeret capillis, et totam domum suæ fídei odóre compléret. Ideò ergò utriusque virtútis plenitúdo quærenda est.

DIE OCTAVA.

Lectio ij.

De Epístolâ sancti Augustíni Epíscopi ad Probam víduam.

Epist. 130. *n.* 3.

Debes præ amóre veræ vitæ desolátam te putáre in hoc século; in quantálibet ejus felicitáte verséris. Nam sicut est illa vera vita, in cujus comparatióne útiquè ista quæ multùm amátur, quantúmlibèt jucunda atque producta sit, nec vita dicenda est: sic est étiam solátium verum, sine quo solátio quæcunque sunt terréna solátia, magis in eis desolátio quàm consolátio repéritur. Hæc ómnia considerans, concerta in oratióne víncere hoc séculum; ora in spe, ora fidéliter et amanter, ora instanter atque patienter; ora ut vídua Christi, nondùm habens ejus conspectum, cujus precáris auxílium: et licèt sis ditíssima, sicut pauper ora. Nondùm enim veras futúri séculi divítias habes, ubi nulla damna formídes. Si ea quæ sursùm sunt quæris et sapis, æterna et certa desíderas; quæ quándiù nondùm habes, étiam salvis ómnibus atque obsequéntibus tuis, tanquàm desolátam reputáre te debes.

Lectio iij.

Léctio sancti Evangélii secundùm Lucam.

Cap. 13.

In illo témpore; dixit Jesus: Cui símile æstimábo regnum Dei? Símile est fermento quod acceptum múlier abscondit in farínæ sata tr[es] ... réliqua.

Homília sancti Petri C[hry]sólogi. *Serm.* 9[...]

Cui símile, inquit, æ[stima]bo regnum Dei? Sic d[...] appendit ánimos audit[...] et attónitos reddit stup[...]to; quid regno Dei, q[...]pério divíno váleat co[...]ri? Atque illis mente p[...]ta et magna pervagán[...] cœli Dóminus, in h[...] páuperis, in manu p[...]trícis mulíeris regni [...] venit, et format exem[...] dicendo: Símile est r[...] cœlórum fermento qu[...]ceptum múlier abscon[...] farínæ mensúris tribu[...] nec fermentátum est [...] Antè regnum suum g[...]nápis comparábat; n[...]lud éfficit símile fer[...] Antè sinápis granum [...]rat accepisse virum, [...]rem nunc ásserit a[...] fermentum: dicit a[...]guum semen virum se[...] magnæ árboris increm[...] mulíerem modò fer[...] breve ad profectum [...] massæ abscondisse n[...]tat. Verè sicut dixit [...]lus Paulus; neque v[...] muliere, neque múl[...] viro in Dómino. Ad[...] regnum diversum sex[...]ria similitúdo perdúc[...]que virum séparat à [...] vocátio christiána, q[...]us conjungit, natúra[...] ac mirâ similitúdine [...] reddit hábitus, spéci[...] compónit.

LECTIONES

TRA OCTAVAM PATRONI, VEL PATRONÆ.

DIE II.

LECTIO ij.

mo sancti Basílii Epís-
copi.
Orat. in 40. Mart.

unt qui acceptam à Deo
ım regiónem, quasì tur-
ıædam contra adversa-
n incursum munientes,
.um éxhibent. Benefíci-
ɔc, fratres dilectíssimi,
m hanc mínimè cessan-
Deo obtinémus. Pará-
est hìc Christiánis au-
ı. Qui áliquâ prémitur
tiâ, ad hos cónfugit;
ursùs lætátur, ad hos
rit: hic ut à malis libe-
, ille ut duret in rebus
Hæc múlier orans pro
audítur, peregrinanti
·éditum incólumem, æ-
ıti verò salútem impló-
óbtinet.

LECTIO iij.

ꞁNCTUM chorum! ô sa-
órdinem! ô cúneum
ugnábilem! ô commú-
ımáni géneris custódes!
i curárum sócii, pre-
ıc votórum ínvicem suf-
.óres, legáti apud Deum
tíssimi, astra mundi,
Ecclesiárum, vos non
contexit, sed cœlum ex-
Apertæ sunt vobis pa-
portæ, dignum profec-
ꞇercítibus Angelórum,
Patriarchis, Prophétis et Justis ómnibus spectáculum.

DIE III.

LECTIO ij.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi. *Tract. 1. Ep. Joan.*

JOANNES quid dixit: Si quis peccáverit, advocátum habémus ad Patrem Jesum Christum justum. Sed dicet áliquis: Ergò Sancti non petunt pro nobis? Ergò et Epíscopi et præpósiti non petunt pro pópulo? Sed atténdite Scriptúras, et vidéte quia et Præpósiti commendant se pópulo. Nam Apóstolus dicit plebi: Orantes simul et pro nobis. Orat Apóstolus pro plebe, orat plebs pro Apóstolo. Orámus pro vobis, fratres; sed et vos oráte pro nobis. Invicem pro se ómnia membra orent. Caput pro ómnibus interpellet.

LECTIO iij. *Serm.* 280.

BENEDIXIT Dóminus pusillos cum magnis. Non nobis parùm videátur quòd ejus córporis membra sumus, cujus et illi quibus æquiparári non póssumus. Quia, si unum membrum pátitur, compatiúntur ómnia membra; itá, cùm glorificátur unum membrum, congaudent ómnia membra. Glória cápiti undè consúlitur, et superióribus

mánibus, et ínfimis pédibus. Sicut ille unus ánimam suam pro nobis pósuit, ità et imitáti sunt Mártyres, et ánimas pro frátribus posuérunt. Fructus labóris ergò illórum étiam nos sumus. Mirámur eos, miserantur nos. Gratulámur eis, precantur pro nobis.

DIE IV.

Lectio ij.

Sermo sancti Bernardi Abbátis.

In Vigil. SS. Petri et Pauli.

Tria sunt quæ in festivitátibus Sanctórum vigilanter considerάre debémus: auxílium Sancti, exemplum ejus, confusiónem nostram. Auxílium ejus, quia qui potens in terrâ fuit, poténtior est in cœlis ante fáciem Dómini Dei sui. Si enim, dùm hìc víveret, misertus est peccatóribus, et orávit pro eis; nunc tantò ámpliùs, quantò vériùs agnoscit misérias nostras, orat pro nobis Patrem: quia beáta illa pátria caritátem ejus non immutávit, sed augmentávit; neque enim quia impassíbilis omninò, ídeò et incompassíbilis factus est.

Lectio iij.

Debemus étiam atténdere exemplum ejus; quia quándiù in terris visus est, et cum homínibus conversátus est, non declinávit neque ad déxteram, neque ad sinistram; sed viam régiam ténuit, donec veníret ad illum qui dicit: Ego sum via, véritas et vita. Intuémini humilitátem óperum ejus, auctoritátem verbórum ejus, et tunc vidébi quómodò tàm verbo quàm xemplo lúxerit inter hó nes: quália nobis vestígia relíquerit, ut ambulé per ea, et non errémus in Verè, juxta Prophétam, mita justi recta est; rectus lis justi ad ambulandum.

DIE V.

Lectio ij.

De Sermóne sancti Bern Abbátis.

In Vigil. SS. Petri

Pauli.

Diligentiori intúitu, in tivitátibus Sanctórum, fusiónem nostram insp mus; quia homo ille si nobis fuit passíbilis, e dem luto formátus, ex q nos. Quid ergò est, quò solùm difficile, sed et im síbile crédimus, ut faci ópera quæ fecit? Confu mur, fratres, et contre mus. Hómines isti fuéru præcessérunt nos, qui mirabíliter processéru vias vitæ, ut vix eos hó fuisse credámus. Sic er gaudére, et confundi mus: gaudére, quia pat præmísimus; confundi, eos imitári non póssum

Lectio iij.

Ita semper gáudium trum in hâc valle lacr rum, lacrymárum pane díri debet; ut semper solùm extréma, sed et gáudii luctus óccupet: etsi magna est gaudiórum téria, sed máxima est rum. Verè nobis rubor fusiónis sunt, quos vix ámus respícere, ne d

. Orémus ergò eos, ut
ɔpítium nobis reddant
n suum, júdicem nos-
qui est Deus benedic-
sécula. Amen. Tu au-

DIE VI.

Lectio ij.

·rmóne Sancti Bernardi
Abbátis.

Festo omnium SS. 2.
n. 1.

, præstante Dómino,
: sermónis (de Sanctó-
elicitáte) utílitas, quá-
ignita, vel ex parte áli-
elíci retributióne Sanc-
, abundantióri dein-
ollicitúdine ipsórum in-
e vestígiis, ac ferven-
lesidério ad eórum sus-
consórtia, propensióri
e devotióne eorumdem
ɔmmendáre patrocíniis
ımus. Fidélis quippè
, et omni acceptióne
s; ut quos solemni ve-
óne proséquimur, éti-
mili conversatióne se-
ur. Quos beatíssimos
cámus, ad eórum bea-
nem totâ aviditáte cur-
s: quorum delectámur
iniis, sublevémur có-
patrocíniis.

Lectio iij.

sanè parùm fructuósa
ítur memória festíva
órum, languórem, te-
n, erróremque depel-
cùm eórum intercessió-
vétur infírmitas nostra,
deratióne beatitúdinis
tur negligéntia nostra,
ántia quoque nostra ip-
a erudiátur exemplis.

DIE VII.

Lectio ij.

De Sermóne sancti Cæsárii
Epíscopi.

Serm. 230. in App. S.
Aug.

Quando festivitátes cóli-
mus, fratres caríssimi, dili-
genter debémus atténdere, et
totis víribus laboráre, ut
quod visibíliter cólitur, in
nobis invisibíliter compleá-
tur. Qui nec castitátem cus-
tódit in córpore, nec puritá-
tem tenet in mente, quótiès
sanctæ solemnitátes advéni-
unt, in córpore vidétur ha-
bére gáudium, in corde non
célebrat nisi luctum. Quale
enim gáudium potest habé-
re, in cujus ánimâ multis ví-
tiis occupátâ magìs diábolus
probátur habitáre quàm
Christus? Nos verò, fratres
caríssimi, etiamsi nobis áli-
qua, ut solet fíeri, peccáta
subrépunt, quantùm póssu-
mus, cum Dei adjutório la-
borémus, jejúniis, vigíliis, o-
ratiónibus, eleemósynis mun-
dáre sórdida; ut véniens Dó-
minus in nobis, nihil invé-
niat quod óculos suæ majes-
tátis offendat.

Lectio iij. *Serm. 265.*

Filios et omnes famílias
vestras admonéte, fratres,
semper ut castè et justè ac
salúbriter vivant: nec solùm
eos verbis, sed étiam exem-
plis ad bona ópera provocá-
te. Ante ómnia ubicunque
fuéritis, sive in domo, sive
in itínere, sive in convívio,
sive in consessu, verba túr-
pia et luxuriósa nolíte ex ore
vestro proferre; sed magìs

vicínos et próximos vestros júgiter admonéte, ut semper quod bonum est et honestum, loqui stúdeant; ne fortè detrahendo, mala loquendo, et in sanctis festivitátibus choros ducendo, cántica luxuriósa et túrpia proferendo de linguâ suâ, undè debúerant Deum laudáre, indè sibi vúlnera videantur inflígere. Isti enim infelíces et míseri hómines, qui balatiónes et saltatiónes ante ipsas basílicas Sanctórum exercére nec métuunt, nec erubescunt: etsi Christiáni ad Ecclésiam vénerint, pagáni de Ecclésiâ revertuntur; quia ista consuetúdo balandi de paganórum observatióne remansit.

SERIES TITULORUM

SUB QUIBUS ORDINANTUR CANONES IN TOTO BREVIARIO DISTRIBUTI.



1. De Adventûs Tempore, de reverentiâ sacris Scripturis debitâ, et de sacrorum Canonum auctoritate et observantiâ: *A Dom. I. Adventûs ad Sabb. seq. inclusivè.*

2. De Sacramento Ordinis, de Tyrocinio Clericali, Tonsurâ et minoribus Ordinibus, de ætate et aliis conditionibus prærequisitis ad Ordines: *A Dom. II. Adv. ad Sabb. seq.*

3. De jejuniis quatuor Temporum, de Ordinatione, de examine Ordinandorum, Vocatione, Titulo et de Irregularitatibus: *A Dom. III. Adv. ad finem Hebd. IV.*

4. De Dignitate, Caractere, et Officiis Presbyterorum in genere, eorumque subordinatione in Ecclesiasticâ Hierarchiâ: *A die 26 Decembris ad diem 12 Januarii.*

5. De Modestiâ et Honestate à Clero servandâ, præsertim in comâ, veste et conversatione: *A Dom. I. post Epiph. ad Sabb. post Dom. II.*

6. De Armorum usu, Venatione, Ebrietate, Cauponâ, Spectaculis et Ludis: *A Dom. III. post Epiph. usquè ad Sabb. seq.*

7. De Potestate Ecclesiasticâ et Civili: *A Dom. IV. post Epiph. ad Fer. 3. seq.*

8. De Conciliis et Synodis: *A Fer. 4. post Dom. IV. ad Sabb. seq.*

29. De officii divini publicâ celebratione et privatâ recitatione : *à Dom. XI. ad Sabb. post Dom. XII.*

30. De prædicatione et prædicatorum dotibus : *A Dom. XIII. ad Sabb post Dom. XV.*

31. De precibus pro Defunctis, Exequiis et cœmeteriis : *A Dom. XVI. ad Sabb. seq.*

32. De Ecclesiis earumque supellectili : *A Dom. XVII. ad Sabb. post Dom. XVIII.*

33. De Miraculis, Reliquiis et imaginibus Sanctorum : *A Dom. XIX. ad Fer. 5. seq.*

34. De Fide, Spe, Charitate, Humilitate, Pace et Concordiâ Clero necessariis : *A Fer. 6. post Dom. XIX. ad Fer. 4. post Dom. XXI.*

35. Recensentur varia Pastorum Officia : *A Fer 5. post Dom. XXI. ad Fer. 4. post Dom. XXIII.*

36. De Clericorum cum Laïcis et Monialibus conversatione : *A Fer. 5. post Dom. XXIII. ad Fer. 4. post Dom. XXIV.*

37. De Seminariis et Scholis : *A Fer. 5. post Dom. XXIV. ad Sabb. seq.*

38. De iis qui pœnitentiam in extremis vitæ postulant : *A Dom. XXV. ad Fer. 5. seq.*

39. De hæreticis et schismaticis : *A Fer. 6. post Dom. XXV. ad Sabb. seq.*

40. De Usurâ et Usurariis : *A Dom. XXVI. ad Sabb. seq.*

41. De Censuris : *A Dom. XXVII. ad Sabb. post Dom. XXVIII.*

42. De observantiâ et sanctificatione Diei Dominicæ et Festorum. *Omnibus ferè Dominicis post Pentecost.*

In hâc Serie non comprehenduntur Festa quæ proprios habent Canones, ratione peculiaris ritûs, aut disciplinæ prædictis Solemnitatibus congruentis.



INDEX PSALMORUM.

Index Canticorum in Psalterio.

INTONATIONES,

MEDIATIONES ET TERMINATIONES

PSALMORUM ET CANTICORUM

SECUNDUM OMNES CUJUSQUE TONI DIFFERENTIAS.

In hocce Breviario cuilibet Antiphonæ præfigitur numerus et littera. Numerus tonum designat; littera terminationem. Terminationes completæ majusculis, *incompletæ verò* minusculis *distinguuntur. Terminatio autem completa, ea est quæ desinit in legitimam toni sui finalem; incompleta verò, quæ in solâ Antiphonâ perfectè terminatur.*

Intonatio adhibetur tantùm ad primum versum Psalmi: reliqui versus à Dominante resumuntur; quod et observatur in Canticis Evangelicis, nisi Organa pulsentur. Cùm intonatio Canticorum Evangelicorum sit eadem ac Psalmorum in tonis imparibus, non hìc specialiter notatur. Mediatio autem in iisdem Canticis eadem semper est ad singulos versus quæ ad primum. Quia verò in primo versu Cantici Magnificat, *propter brevitatem, Mediatio compleri nequit, in ceteris ejus versibus ad eam recurrendum est quæ ad* Benedictus *notatur.*

Ubi monosyllab. hebrææque voces non reperiuntur notata, tunc in hoc tono fiunt ut in Psalmo.

Istæ vocales e, u, o, u, a, e, *inveniuntur in his verbis* seculorum amen, *et quæcunque verba repræsentant.*

Significatio litterarum quæ indicant terminationem.

a	b	c	d	e	f	g
la	si	ut	re	mi	fa	sol


Una tamen ex terminationibus in D *primi toni designatur per* J, *defectu caracterum, et una de quarto, licet incompleta, per* D *vel D.*

Ubi duæ claves simul apponuntur, ♭ *ad superiorem solam pertinet.*


*Diebus solemnibus adhiberi possunt Terminationes quæ * asterisco designantur, licet aliter notetur.*


Fit Neuma in fine ultimæ Antiphonæ Vesperarum, Officii Noct., Laudum, Quatuor Horar.-minor. et Completorii; item post Antiphonas omnium Canticorum Evangelicorum; omni tempore, except. à Fer V. in Cœnâ Domini ad Sabb. in albis inclusivè: non fit etiam in Officio parvo Beatæ Mariæ nec in Officio Defunct.

PRIMUS TONUS.





D*


J






D

a, *a*




f

g




g

Alter primi Toni cantus.

Lauda-te Do-minum, om-nes gen-tes;

lau-da-te e-um. e u o u a e A

Quoni- am... mi-se-ri-cordi- a e-jus,et ve-ri-tas.

Super vos. David. Frumenti sa-ti- at te.

SECUNDUS TONUS.

Lau-da-te Do-minum, omnes gen-tes.


D e u o u a e Domine, Da- vid. Tu es.

In Canticis Evangelicis.

Bene- dic-tus Do-minus De- us I-sra- el.


Ma-gni- fi-cat a- ni-ma me- a Do-minum.

ALTER SECUNDI TONI CANTUS.




Lau-da-te Do-mi-num, om-nes gen-tes.

A*




e u o u a e Ma-gni-fi-cat a-ni-ma.

TERTIUS TONUS.




Lauda-te Do-minum, omnes gen-tes.



Credi-di... quod locu-tus sum. Patri et Fi-li-o.

E*



à, *à*

e u o u a e   e u o u a e


a, *a*



vel

e u o u a e   e u o u a e


b



c, *c*

e u o u a e   e u o u a e

QUARTUS TONUS.



Lau-da- te Do-minum, omnes gen-tes.

E * euou a e euou a e D, *D*

a *a*, euouae euouae f, *f*

Lau-da- te Do-minum, om-nes gen-tes.

A, *A* euouae euouae c

d, *d* euouae *vel* euouae

Credidi... quod lo-cu-tus sum. Da- vid.


In Canticis Evangelicis.

Bene- dictus Do-minus De- us I-sra-el.

QUINTUS TONUS.


Lau-da- te Do-mi-num, omnes gen-tes.

C* euouae euou a e F

a, *a* 

e u o u a e   Domi-ne, David. Tu es.

SEXTUS TONUS.




Lau-da- te Do-minum, omnes gen- tes.


F*  *F*

e u o u a e   e u o u a e

Mediatio seq. adhiberi potest et cum Terminat. F.




Lauda- te Do-minum, omnes gen-tes.

C  *vel* 


e u o u a e   e u o u a e

In Canticis Evangelicis.



Bene- dictus Do-minus De- us I-sra- el.

ALTER SEXTI TONI CANTUS.




Lauda- te Do-mi-num, omnes gen-tes.


C 

e u o u a e   I-sra- el in-ten-de.

In Canticis Evangelicis.




Bene- dictus Do-mi-nus De- us I-sra- el.



Ma-gni- fi-cat anima me- a Dominum.


SEPTIMUS TONUS.




Lauda- te Do-mi-num, om-nes gen-tes.




e u o u a e   e u o u a e



e u o u a e   e u o u a e




e u o u a e   e u o u á e



e u o u a e   e u o u a e

OCTAVUS TONUS.



Lauda-te Do-minum, omnes gen-tes.

G* G

e u o u a e e u o u a e

c c d

e u o u a e e u o u a e

Pu-e-ri, Do-mi-num. Do-mi-ne, David. Tu es.

In Canticis Evangelicis.

Bene-dic-tus Dominus De- us Is-ra- el.

Ma-gni- fi- cat a- nima. magna qui po-

tens est. Al- tis- simi vo-ca- be-ris.

In die S. Pasch. et per Oct. ad Hor. et Complet.

de 2.

Cùm invo-ca-rem.... ju-sti-ti-æ me-æ; in...


di-la-ta-sti mi-hi. e u o u a e. b


CANTUS *Psalmi* Miserere, IN PROCESSIONIBUS.


de 1.

Mi-se-re-re me- i, De- us, se-cundùm











Sequentes Toni adhiberi possunt ad libitum in Festis Solemnibus, pro notatis in Antiphonario , eâ tamen lege ut Tonus et Antiphona concordent.

In primo.




In secundo irregulari.






et... recor-da-re-mur Si-on. *vel* e u o u

IN QUARTO.




Lau-da- te Dominum, omnes gen-tes




e u o u a e *vel* e u o u a

IN QUINTO.




Lauda- te Dominum, omnes gen-tes.




e u o u a e *vel* e u o u

IN SEXTO. 1.




Lauda- te Dominum, omnes gen-tes




e u o u a e *vel* e u o u a

IN SEXTO. 2.



Lauda-te Domi-num, omnes gen-te




e u o u a e *vel* e u o u a e

IN SEXTO. 3.




Lauda- te Dominum, omnes gen- tes.

Altera mediatio alternatim.




Quoni- am.... mi-se-ri-cor-di- a e-jus et




ve-ri-tas. e u o u a e

IN SEXTO. 4.




Lauda-te Dominum, omnes gen-tes.



e u o u a e *vel* e u o u a e

IN OCTAVO.



Lauda-te Dominum, omnes gen-tes.



e u o u a e *vel* e u o u a e

NEUMATA.

1

2 D

2 A

3

4 E

4 A

5 C


5 F

6

7


8

Versic. post Hymn. Vesp. et Laud. et post ultim. Antiph. cujusq. Noct. cant. ut sequitur.



In De- o.... di- e.

In Off. Noct. Defunctorum.



Ne tra-das.... con-fi- ten-tes ti- bi.


CANTUS Benedicamus.

Ad Laudes et Vesperas.


[*Quandò occurrit Commemoratio, posterius* Benedicamus *cantatur de gradu immediatè sequenti, v. g. in Dupl. Maj. de Dupl. Min. Attamen, in die S. Paschæ et per Oct. posterius* Benedicamus *cantatur ut infrà in Annualibus Domini, prius autem ut in aliis Annualibus.*

Tempore Paschali, prius Benedicamus *cantatur cum duplici* Allel., *posterius autem sine* all.]


In Annual. et Sol. Maj. Dni.



Bene-di- ca-
De-o di- ca-




mus Do- mino.
mus gra- ti- as.




T. P. o- mino. Al- le-lu- ia, al- le-lu- ia.


In aliis Annual.



Be- ne- di-ca-mus Do-
De- o di-ca-mus gra-




mino.
ti- as.




T. P. o-mi-no. Al-le-lu-ia , al-le-lu- ia.


In aliis Sol. Maj.



Be-ne-di-ca-mus Do-
De-o di-ca-mus gra-




mino.
ti-as.




T. P. o-mino. Al- le- lu- ia , al- le- lu- ia.


In Sol. Min.



Be- ne- di ca-mus Do-
De- o di-ca-mus gra-




mi- no.
ti- as.




T. P. o-mi-no. Al- le-lu- ia , al le- lu- ia.


In Dupl. Maj.



Be- ne- di-ca-mus Do-
De- o di-ca-mus gra-




mi-no.
ti- as.




T. P. Do- mi-no. Al-le-lu-ia, al-le-lu- ia.


In Dupl. Min.



Bene- di-ca- mus
De-o di-ca - mus




Do- mino.
gra- ti- as.




T. P. o- mi-no. Al-le- lu- ia, al- le- lu- ia.

In Dom. et infrà, extra T. P.




Bene-di-ca-mus Domino.

In Dom. et infrà, T. P.




Be-ne-di-ca-mus Do-mi-no. Al-



le- lu- ia, al-le- lu- ia.

In Dom. et infrà, post Commem. si occur.




Bene-di- ca- mus Do-mi- no.

Pars verna. 6

AD HORAS ut sequitur de ut *in* la.



AD COMPLETORIUM.



Cantari possunt præcedentia Benedicamus *vel quæ notantur in Processionali, ad libit.*



Te De- um lau- da- mus.




MODUS CANTANDI OFFICIUM.




Celebrans. Domi-ne, la-bi- a me- a a-pe-ri- es.
Chorus. ℟. Et os me- um....laudem tuam.

AD COMPLET. ℣. Converte nos. *et* ℟. Et averte, etc. *à Celebrante et à Choro cantantur, ut suprà, recto Tono.*


Cantatur ℣. Deus, in adjut. *ut sequitur.*




Celeb. ℣. De-us, in ad-ju- to-ri-um... inten-de.



Chorus. ℟. Domi-ne... Glo-ri- a.... Amen.




(*per ann.*) Al-le-lu- ia. *A Septuag. ad Pasch.*




Laus ti-bi... æ-ternæ glo-ri- æ.

Modus cantandi Absol. et Benedict.



Celebr. Pa-ter no-ster... ℣. Et...ten-ta-ti- o-nem.




Lector. Jube... bene-di- cere.

Benedictio. De-us... sapi- en-ti- æ ℟. Amen.

Lection. incipiunt. et cant. recto Tono. Ad singula puncta, vocis inflexio fit de ut *in* fa.

Si punctum præcedit vox hebraïca non declinabilis, Monosyllaba, nomen Jesu, *vel* Amen, *terminatur recto Tono.*

Ad punctum Interrogationis.



Quid cla-ma-bo? Quid vis?

LECTIONES Sancti Evangelii incipiuntur et cantantur ut ceteræ Lectiones.


Sic terminantur omnes Lectiones, ni aliter notetur.




Tu... mi-se-re-re nos-tri. ℟. De-o gra- ti- as.




C. Ky-ri- e e- le- i-son, Chri- ste e- le-i-son.



Ch. Chri-ste. *C.* Pa-ter de coe-lis De- us,



mi-se- re- re no- bis. O- ra pro no- bis.




Cantor. Ky-ri- e e- le- i- son, Chri- ste e-



le- i-son. *Chor.* Chri-ste au-di nos.....



*C.*Kyri- e e-le- i-son, Chri-ste e-le- i-son.



Ch. Ky-ri- e e-le-i-son, Chri-ste e-le- i-son.



Ky-ri- e e- le- i-son, Chri- ste e-le- i-son.

In Quadragesima.

C. Ky-ri- e e-le- i-son, Christe e-le-

i-son. *Ch.* Chri- ste au-di nos, Chri-

ste e-xaudi nos. *C.* Pa-ter de cœlis De- us,

mi-se-re- re no- bis. *Ch.* Fi-li re-demptor

mundi De- us.... O- ra pro no- bis.



Ky-ri- e e-le- i-son, Chri- ste e-

le- i-son. Pa-ter de cœ- lis De- us,

mi- se-re- re no- bis. San-cta Ma-ri- a,

o- ra pro no- bis.

Ad Expositionem SS. Sacramenti.

Ado-ro te sup-plex, la-tens De- i-tas; Quæ

sub his fi-gu-ris ve-rè la-ti-tas: Ti-bi se

cor me- um totum sub- ji-cit; Qui- a te

con-templans to-tum de-fi-cit. *reperit.* cxxx.

Post Bened. SS. Sacramenti.

Ado- re-mus in æ-ter- num sanctissi-

mum Sa-cra-men- tum. Lauda-te Do-mi-

num, om-nes gen- tes, lauda-te e- um

om-nes po- pu- li. Quo-ni- am... mi-se-ricor-

di- a e- jus, et...ma- net in æ-ter- num.



